
3 3433 02267335 8

194(2)



George Bancroft.

Aristoteles
Politica
XAE

ARISTOTELIS

POLITICORUM

LIBRI OCTO SUPERSTITES.

GRAECA RECENSUIT EMENDAVIT ILLUSTRAVIT
INTERPRETATIONEMQUE LATINAM
ADDIDIT

IO. GOTTLOB SCHNEIDER, SAXO.

VOLUMEN II.

FRANCOFURTI AD VIADRUM.
SUMTIBUS TABERNAE LIBRARIAE ACADEMICAE.
MDCCCIX.

NOTITIA

Editionum, Versionum, et Commentariorum ad Aristotelis Politica scriptorum, per annos descripta.

I.

Editiones.

I. Princeps Aldina prodiit Venetiis MIID. mense Junio apud Aldum. fol.

II. Basileensis emendante Simone Grynaeo 1531. fol.

III. Basileensis altera 1539. fol. per Bebelium et Mich. Isingrinium.

IV. Aristotelis Politica, graece apud Jo. Lod. Tiletanum, Parisiis. 1540. 4. Insunt tantum liber primus et secundus et tertii pars cum emendationibus et notulis marginalibus, indice Buhlio in Vol. I. Edit. p. 251.

V. Aristotelis de Republica libri VIII. interprete et enarratore Genesio Sepulveda, Cordubensi, Parisiis apud Vascosanum 1548. 4.

Haec repetita fuit Coloniae Agrippinae in officina Birckmannica anno 1601. 4. adjectis Kyriaci Strozae de Republica

libris duobus, videlicet IX. et X. graece conſcriptis et ab eodem Stroza latinitate donatis. Atque hanc ſolam potui conſulere ab humaniſſimo Langero e bibliotheca Guelfertytana ſuppeditatam.

Iterum repetita fuit Matriti graece et latine apud Joach. Ibarram anno 1775. fol.

Emendationes verſionis et ſcholiorum ex exemplo deſcriptas, quod fuit olim Editoris Sepulvedae, publicarunt Editores Operum Sepulvedae Matritenſes anno 1780. 4. Vol. I. p. CXIII — CXLIII. quae maxima ex parte ſunt emendationes errorum typographicorum editionis Vaſcoſanae.

Vaſcoſanam Pariſienſem anni 1548. 4. habui e Bibliotheca Goettingenſi. Inſcriptio habet: Ἀριστοτέλους Πολιτικῶν βιβλία ὀκτώ. Ariſtotelis Politicorum libri octo. Pariſiis apud Vaſcoſanum, via Jacobaea ad inſigne Fontis. MDXLVIII. Praefationis ibi nihil reperi, nec divinare poſſum, hanc an aliam commentariis ſuis Sepulveda illuſtraverit. Sequitur ea in locis, quos comparavi, ſcripturam Aldinae; comparavi autem librum ſeptimum extremum et primum; reliquos enim libros jam abſolveram, cum iſte liber cum Montecatini commentario ad librum ſecundum Goettinga huc perlatus adveniret.

VI. Baſileenſis tertia 1550. fol. Conr. Gesneri et Sim. Grynaei ſtudio recognita, apud M. Iſingrinium.

VII. Aldina minor ſeu Camotiana anni 1552. 8. curante Jo. Baptiſta Camotio, cum praefatione Frid. Turiſani.

VIII. Florentina prior P. Victorii Florentiae prodita anno 1552 inſcripta Johanni Caſae, Archiepiſcopo Beneventano, a quo accepiſſe ait ſe, quae ille in his libris accurate legendis et cum antiquis exemplaribus conferendis annotaverat. Hanc Morellius repetiit Pariſiis 1556, quam editionem ſolam comparavit Reizius.

IX. Aristotelis Politicorum liber primus graece et latine cum commentario a Michaele Toxite confecto ex scholiis Jo. Sturmii matutinis. Tiguri apud Christ. Froschoverum. 8. sine anno. Retulit tamen Buhle ad annum 1558.

X. Aristotelis Politicorum libri octo, graece apud Jo. Benenatum. Parisiis 1574. 4. Memoravit Buhle.

XI. Ἀριστοτέλους Πολιτικῶν βιβλία ὀκτώ. Aristotelis Politicorum sive de optimo statu reipublicae libri octo, ex castigationibus Petri Victorii emendatiores facti. Francofurti ex Typographia Andr. Wecheli. 1577. 4.

Haec est repetitio prioris Florentinae, quam una cum illa omisit Fabricius. Caret annotatione Sylburgii et Indicibus, quae exhibet Editio Sylburgii Wecheliana anni 1587. 4. Addidit tamen Sylburgius capitum distinctionem, qua Victoriana utraque caret.

XII. Victoriana altera Florentiae prodita est apud Juntas 1576. fol. Hanc anno 1582 repetiit Basileae Theodorus Zuingerus adjectis versione Lambini et Fragmentis Pythagoreorum politicis, a Jo. Spondano conversis atque emendatis. fol. Lambini annotationibus excerptis suas aliquot et Tabulas analyticas addidit Zuingerus.

XIII. *Aristotelis Politicorum hoc est Civilium Librorum Secundus, ab Antonio Montecatino in latinam linguam conversus et partitionibus, resolutionibus, scholiis illustratus ad Petrum Aldrovandinum Romanum, S. E. Cardinalem, cum aliis quibusdam, quae sequens pagina indicabit. Ferrariae apud Benedictum Mammarellum.* 1594. fol.

Eodem anno dicitur prodiisse commentarius in librum I., in tertium vero anno 1598. fol. Catalogus autem Bibliothecae Bodlejanae p. 348. Commentarium in li-

brum I. proditum ponit anno 1587. in secundum et tertium anno 1594.

Ejusdem Progymnasmata in Politicos libros Aristotelis ad se missa memorat Anton. Riccobonus in Epistola ad Ant. Montecatinum data Pridie Idus Aug. anni 1587. atque inserta Commentariis Montecatini ad Librum II, p. 127.

De anno editi Commentarii ad Librum I. dubius haereo; vix enim eodem anno videtur potuisse absolvere utrumque volumen auctor. Alterum enim spissum satis est; cujus hae sunt appendices: A pagina inde 237. novus titulus habet: *Platonis — de Republica vel de Justo libri decem, a docto quodam viro e graeca lingua in latinum versi, Ant. Montecatini in eos libros Partitiones et veluti Paraphrasis quaedam ad Cynthium Aldrovandinum Cardinalem. Ferrariae — 1594.*

A pagina 452. incipit novus titulus: *Platonis — de Legibus vel Legumlatione Libri duodecim cum Epinomide, a docto — Antonii Montecatini Epitome eorum librorum et Legum, quas illi continent, in ordinem quendam redactarum, ad — Franciscum Toletum, Cardinalem. Ferrariae — 1594.*

A pagina 717. sequitur: *Quinque veterum rerumpublicarum Hippodamiae, Laconicae, Creticae, Carthaginensis, Atheniensis, contra quas Aristoteles in posteriori parte secundi Politici disputavit, antiqua fragmenta, ad — Lutium Saxum, Cardinalem. Ferrariae — 1594.*

A pagina 767. denique adjectus est Index rerum his libris comprehensarum.

Orationem Philosophi brevem et concisam mirum in modum auxit et dilatavit sermone non ubique puro nec latino.

Graeca diligenter cum Editionibus comparavit, raro correxit; in critica enim arte plumbeus, in philosophia enarranda loquax magis quam disertus fuisse videtur, in Victorium denique iniquior, cujus alteram editionem ignorasse videri possit, quanquam alibi copiis ab eo paratis usus sit.

Librum e Bibliotheca Goettingensi suppeditavit venerandus *Heyne*; commentarium in librum primum et tertium nanscisci nondum potui.

XIV. Ἀριστοτέλους Πολιτικῶν τὰ εὑρισκόμενα. Aristotelis Politica a Petro Ramo, regio Professore, latina facta et dialecticis rerum summis breviter exposita et illustrata. Cum Indice rerum et verborum memorabilium locupletissimo. Francofurti typis Wechelianis 1601. 8.

Nihil praefationis reperi, ubi de subsidiis traditum aliquid sit, quibus in interpretandis verbis graecis usus est. Praeter Sepulvedam et veterem interpretem ceteros interpretes raro aut nunquam consuluisse videtur.

XV. Ἀριστοτέλους Πολιτικῶν βιβλία Θ. Aristotelis Politicorum libri VIII. Cum perpetua Dan. Heinsii in omnes libros Paraphrasi. Accedit accuratus rerum Index. Lugduni Batav. ex officina Elzeviriana anno 1621. 8.

Habet additam versionem Ob. Giphanii, et in postrema libri septimi parte et in octavo Genesii Sepulvedae. Accedunt a pagina inde 971. Fragmenta Heraclidis Pontici de rebuspublicis Graecorum, Nicolai Damasceni de Moribus gentium et Aristotelis Fragmenta rerumpublicarum graecarum. Sequuntur pag. 1041 — 1045. paucae Dan. Heinsii emendationes et annotationes.

XVI. Ἀριστοτέλους Πολιτικῶν τὰ σωζόμενα. Aristotelis Politicorum libri superstites. Editio nova. Cura Herm. Con-

ringii, cum ejusdem Introductione et emendationibus. Helmstadii 1656. 4. Priorem ipse non vidi. De posteriore satis fuit in Praefatione dictum.

XVII. Ἀριστοτέλους Πολιτικῶν βιβ. Θ. Aristotelis Politicorum libri octo. Cum perpetua Dan. Heinsii in omnes libros Paraphrasi emendatius editi, notis illustrati et ad disputandum publice propositi auctore et praeside Severo Christoph. Olpio. Cum Indice locupletissimo. Jenae 1660. 4.

Repetita est Editio Heinsiana, sed tanta cum socordia, ut non solum Praefatio Heinsii et annotationes omissae fuerint, sed lectores etiam ignari relinquerentur, cujusnam sit versio latina graecis apposita. In verbis quaedam mutata fuerunt ad exemplum Conringianae; unde etiam creberrimi isti obeli translati fuerunt. Praefatio jactat annotationes, in quibus inesse ait quaedam a Thoma Reinesio e penu critico privatim communicata, quorum nihil omnino apparet in exemplo, quo utor.

XVIII. Ἐκ τῶν Ἀριστοτέλους Πολιτικῶν, περὶ τῆς πόλεως μακαρίας — περὶ τῆς τῶν παίδων ἀγωγῆς καὶ παιδείας. Cum annotatione critica (Fr. Wolfg. Reizii) Lipsiae apud Jacobaeerum 1776. 8. Continet libri septimi capita postrema a decimo secundo inde et librum octavum integrum. Textum habet Conringianum, passim emendatum et rectius dispunctum. Comparavit vir egregius Victorianam priorem a Morellio repetitam Parisiis 1556. alteram non vidit; praeter eam Zuingerianam cum versione Lambini, Rami, Victorii. Camerarium raro nominavit; atque ejus annotationes intra septimum librum subsistunt. Aretini versionem non inspexit, nec Giphanium, Heinsium, Piccartumve adhibuit; vetustiores Editiones, veluti Aldinam et Sylburgianam neglexit; nihil e Codicibus duxit; omnia ingenii sui acumine reperta et parata attulit ad Aristotelem interpretandum, quae sane non levia nec pauca sunt. Ceterum opinionem a Conringio in-

primis vulgatam de libro feptimo et octavo transponendis et poft primos tres collocandis tanquam fuam in Praefatione profeffus, fi totum opus eadem cura et diligentia, qua particulam poftremam, complexus fuiffet, non dubito quin pro magno ingenii acumine ftatim errorem agnoviffet et conviciffet.

II.

Verfiones latinae.

I. Antiquiffima omnium eft, quam vulgo Thomae Cantimpratano adfcribunt, quamque Guilelmo de Morbecka Brabantino, circiter anno Chr. 1273 factam de graeco, et verbum verbo reddentem, vindicavi in Praefatione ad Editionem novam Hiftoriae animalium Ariftotelis. Hujus exemplo gemino ufus fum non fine magno fructu, ut in Praefatione jam expofui.

II. Johannis Argyropuli, Byzantini, fed patria a Turcis expugnata extorris, verfionem multi memorant, contra alii negant fe repeiffe, qui illam oculis manibusque ipfe ufurpaffet. Panzerus tamen in Annal. Typogr. Vol. VIII. p. 381. aliunde pofuit hunc libri titulum: Ariftotelis Politica et Oeconomica Jo. Argyropulo interprete. Venetiis per Jacobum Pencium 1506. die 23. Novembris. 8.

III. *Leonardi Aretini*. Ufus fum ea editione, quae fubjunctam habet dedicationem Aretini ad Papam, ejusdemque Epiftolam ad magiftratum Florentinum datam Florentiae 8. Kal. Dec. 1538. cum refponfione magiftratus data die 28. Dec. 1538. fol. Repetitionem hujus verfionis Lipfienfem etiam ad manus habui, quae plures operarum errores emendaffe gloriatur. Eandem vulgares Editiones textui graeco appofitam, fed varie interpolatam et vitiofam habent. Annotavit

autem Buhle p. 210. Leonardi verſionem editam jam reperiri in Editione Veneta anni 1496 quam Goettingae ipſe inſpexerat.

IV. Politica Ariſtotelis, Leon. Aretino interprete; Economica et Hecatonomiarum libri VII, Jac. Fabro Stapul. interprete, cum illius Scholiis. Apud Petrum Portam et Beatum Rhenanum 1506. fol.

Ariſtotelis Politica et Oeconomica, Leonardo Aretino interprete, recognitore et explanatore Jacobo Fabro; et libri Hecatonomiarum et Oeconomiarum publicarum cum Aretini explanationibus. Pariſiis ex officina Henr. Stephani 1506. fol. Repetita anno 1511, 1516, et apud Sim. Colinaeum 1526.

Ariſtotelis Politicorum libri VIII, latine, interprete Leonardo, ex emendatione Jac. Fabri Stapul. cum comment. ac annott. Variorum; apud H. Stephanum Pariſ. 1517. fol.

V. Ariſtotelis Statigiritae Politicorum liber primus, Leon. interprete, cum Raphaelis Volaterrani argumentis. Venetiis apud Hier. Scotum, 1543. 8.

VI. Ariſtotelis de republica libri octo, latine, a Cornelio Valerio ab Auuater, Ultrajectino. Pariſiis apud Vaſcoſan. 1548. 8.

Harum quinque Editionum notitiam debeo Buhlio l. c.

VII. Ariſtotelis Ethica et Politica latine per Eugenium Brutum, Ord. Praedicat. Venetiis 1509. fol.

Eadem — latine, recognovit Fr. Eugenius Brutus. Venetiis 1514. fol.

Utramque Editionem memoravit *Quetif* in Histor. litter. Ordinis Dominic. II, p. 28. et ex eo Panzer Annal. Typogr. Vol. VIII, p. 400 et 423.

VIII. Aristotelis de republica, qui Politicorum dicuntur, libri VIII, Joachimo Perionio, Benedictino Cormoeriacino, interprete. Accesserunt ejusdem in eosdem libros observationes et argumentum, quo ordo et sententia eorum librorum breviter exponitur. Parisiis apud Tiletanum 1543. 4. repetita ibidem 1556. Fabricius hanc posteriorem solam nominavit et fecit Lugdunensem.

IX. *Jac. Ludov. Strebaei* Parisiis prodita 1542, quae animadversiones habere dicitur ad versionis Perionianae libros tres priores. Buhle memoravit (p. 252.) Editionem anni 1549. 4. factam Parisiis apud Jo. Roigny, quam repetitam ait fuisse anno 1550 et 1554.

X. Paraphrasis Coelii Calcagnini extat in ejus Operibus Basileae editis 1544. fol.

XI. Politicorum et Oeconomicorum Aristotelis interpretationes et explicationes accuratae nunc primum a filiis in lucem editae, auctore Joachimo Camerario, Bapenbergensi. Subjecto rerum et verborum Indice. Francofurti apud Andr. Wechelum 1581, 4. Desinunt cum libro septimo. Usus est Camerarius codice scripto, cujus notitiam nusquam dedit. Versionem omnium librorum et capitum non dedit, sed quorundam tantum; veluti librum primnm non vertit, sed sparsis observationibus passim illustravit. Ipse etiam p. 12. professus est p. 14. *Convertere autem Graeca ordine et serie sua in sermonem latinum certis de causis non est visum.* Praeter Codicem suum Venetam utramque Editionem et Aretini versionem, rarissime antiquam Guilelmi, comparavit.

XII. Aristotelis de Politica libri VIII. latine, Dion. Lambino interprete, apud Jo. Benenatum Lutetiae 1567. 4. Basileensem Editionem anni 1582. memorat Catal. Biblioth. Bodlejanae. Ipse Lambini annotationes adhibere ad operam meam non potui nisi eas, quas Zuingeri Editio posuit.

XIII. Oberti Giphanii, Philosophi et Icti clarissimi Commentarii in Politicum opus Aristotelis post sat bene longam suppressionem jam boni publici gratia primum in lucem editi. Cum Indice rerum verborum et sententiarum locupletissimo. Francofurti 1608. 8. Substitit ejus opera intra priorem partem dimidiam libri septimi, ceterum bene de librorum horum interpretatione meriti. Versioni latinae particulatim subjunxit interpretationem et verborum et sententiarum.

III.

Versiones Italico, Gallico, Anglico et germanico sermone factae.

1. *Bern. Segni* versionem Italicam editam anno 1551. memorat Bibliothecae Bodlejanae Catalogus p. 389. his verbis: *Ragionamenti sopra le cose pertinenti alla Politica.*

2. *Antonii Scaini*, Salodiensis, Paraphrasin Etruscam Politicorum cum annotationibus aliquot et dubiis Romae 1578. 4. proditam memoravit Fabricius: Florent. 1551 in 8.

3. Les Politiques D'Aristôte avec les expositions de Loys le Roy augmentés du 9 et 10 livre, 1599. memorante Catalogo Bibliothecae Bodlejanae p. 377. Idem Gallus Platonis Symposium interpretatus cum animadversionibus suis prodidit Parisiis 1559. 4. De hac versione ita judicavit Gallus

Champagne in Praefatione Verſionis ſuae p. XLI. *Sa traduction littérale eſt presque partout inintelligible. On voit qu'il ſavoit bien la langue grecque, mais qu'il étoit très-peu verſé dans l'art de traiter les matières politiques.*

4. Gallicam paraphraſin Hieronymi Beneventani editam Pariſiis anno 1621. memoravit et judicavit Gallus Champagne in Praefatione Verſionis ſuae p. XLI. his verbis: *L'auteur a évidemment travaillé ſur une traduction latine peu fidèle et paroit n'avoir eu qu'une très-légère connoiſſance de la langue grecque.*

5. *La Politique d'Ariſtôte ou la Science des Gouvernemens. Ouvrage traduit du Grec avec des notes hiſtoriques et critiques. Par le Citoyen Champagne. Paris 1797, Tom. 2. 8.* Hanc ipſe comparavi et de ea dixi in Praefatione.

6. — — *par Charles Millon.* Paris 1803.

7. *A Treatiſe on Government, translated from the Greek of Ariſtotle by William Ellis.* London 1778, 4.

8. *Gillie Ariſtotles Ethicks and Politicks compriſing his practical Philoſophy, translated from the Greek and illuſtrated by Introductions and Notes. London. 2 Voll. 4.*

9. *Ariſtoteles Politik und Fragment der Oeconomie. Aus dem Griechiſchen überſetzt und mit Anmerkungen und einer Analyſe des Textes verſehen von J. G. Schloſſer. Lübeck und Leipzig* 1798. 2 *Voll.* 8.

10. *Die Politik des Ariſtoteles überſetzt von Chr. Garve, herausgegeben und mit Anmerkungen und Abhandlungen begleitet von Ge. Guſt. Fülleborn. Breslau* 1799 — 1802. *Voll.* 2. 8.

IV.

Commentarii seorsim proditi.

1. *In Aristotelis Politicorum sive de republica libros octo Martini Borrhaei Annotationes cum primis eruditae nuncque primum editae. Basileae per Jo. Oporinum* 1545. 8.

2. *Felicis Accoramboni Vera mens Aristotelis, seu Commentarius obscuriorum locorum et sententiarum in omnibus Aristotelis scriptis, et controversiarum inter Platonicos, Galenum et Aristotelem examinatio. Romae* 1590, *fol.* Pauca habet ad Politicos libros annotata, quibus uti potuerim.

3. *Phil. Scherbii*, Prof. Altorfini, commentarius nugatorius prodiit Francof. 1610. 8.

4. *Michaelis Piccarti Franci, Professoris Norici, in Politicos libros Aristotelis Commentarius. Lipsiae anno* 1615. 8.

In praefatione ait se methodum Ant. Montecatini et Philippi Scherbii, doctoris sui, secutum esse; in verbis et rebus explicandis non facile recessisse a P. Victorio, Ob. Giphanio et Joach. Camerario. Equidem in primo et tertio libro Philosophi interpretando occupatus, ad quos Montecatini commentarios desiderabam, inspexi et comparavi Piccarti librum, atque inde excerpsi, siquid ille vel ex Montecatini commentario vel aliunde attulerat, quod ad rem pertinere putabam.

Praeterea commemorantur a Fabricio aliisque hi, quos ipse inspicere non potui.

5. *Jacobi Fabri*, Parisiis 1516. fol.

6. *Francisci Robortelli* Venetiis 1552, 4.

7. *Donati Acciajoli* Venetiis 1566, 8.

8. *Jo. Calvini* Notae in libros Priores Politicorum. Fr. 1595, 8. memorantur in Catalogo Biblioth. Bodlejanae p. 597.

9. *Pauli Benii* Patavii 1613.

10. *Joh. Buridani,* Philosophi circa A. C. N. 1340 celebris in quaestionibus ad VIII libros Politicorum. Oxonii 1640, 4.

11. *Joh. Feldeni,* Analysis Politicorum Ar. Helmstadii 1654, 8. nihil interpretationem quod adjuvare possit, continet.

12. *Gebh. Theodori Meieri.* Ibidem 1669, 4.

13. *Antonii Scaini* Quinque Quaestiones ad octo libros de republica latine editae Romae 1577, 4. quas ab Heinsio et Conringio frustra quaesitas tractavit Fabricius earumque argumenta haec posuit. Quaestione prima p. 7 et 16. seqq. non dubitat libros VII. et VIII. quibus de optima politia agitur, praemissos fuisse ab auctore libris IV, V et VI. qui sunt de rebuspublicis a recto statu aberrantibus. Idem p. 20. cum negasset librorum distinctionem esse ab Aristotele, sed ab Andronico Rhodio vel alio prisco Philosopho profectam contendisset, observat verba postrema libri tertii supplenda esse ex initio libri septimi hunc fere in modum. Ἀνάγκη δὲ τὸν μέλλοντα περὶ αὐτῆς (ἀρίστης πολιτείας) ποιήσασθαι τὴν προσήκουσαν σκέψιν διορίσασθαι πρῶτον etcet. Tum quod Giphanius aliique negarent libros Politicos integros ad nos pervenisse, id Scainus in Quaestione secunda multis refellere conatur et docere, nihil plane tanquam propriam ac legitimam partem Acroasibus Aristotelis Politicis deesse, quod vel ex professo se tractaturum vel incidenti sermone indicaverit.

Quaestione tertia disputat, ab Aristotele civilis facultatis doctrinam tradi potuisse, etsi rempublicam ipse non attigerit. Quarta, contemplativi non activi philosophi personam gerere Aristótelem. Quinta denique docet, forma disciplinae facili ac populari usum esse Aristotelem in opere Politico contexendo.

Com-

Commentarii

ad

Aristotelis Politica.

Commentarii ad Aristotelis Politica
Ad Librum Primum.

Ad Prooemium ex Ethicis Nicomacheis libri X capite postremo.

Prooemium huc ex Ethicis transtulimus gemina de causa; primum ne liber hic philosophus tanquam ἀκέφαλος esset, sed ut appareret unde esset aptus; deinde consilium operis suscepti ordoque doctrinae in eo traditur; unde pendet judicium de ordine et integritate librorum eorum, qui hodieque supersunt. Addidi paraphrasin, quam D. Heinsius primus Lugduni Batavorum anno 1617 edidit, et ex fide glossae margini Codicis appositae Andronico Rhodio adscripsit; ex ea enim sensum verborum Philosophi quorundam accuratius perspicere licet; est etiam, ubi verba librariorum socordia omissa restituere inde possimus; velut in eo loco ubi est καὶ τὰ ποῖα ἑκάστας τῶν πολιτειῶν, verba omissa συνίστησι καὶ λύει ex paraphrasi restitui, sed seclusi. Deinde verba ἐκ τῶν συνηγμένων πολιτειῶν Camerarius male interpretabatur de collectione 158 rerum publicarum, quas Philosophus uno opere comprehensas descripserat et enarraverat, quarumque fragmenta pauca ex variorum scriptorum monumentis excerpta et collecta in vulgaribus Aristotelis Editionibus extant. Falsam interpretationem Camerarii vel illud convincit, quod hic argumentum Politicorum enarratur, a qui-

bus libri isti de diversis rebuspublicis seiuncti fuerunt. Accedit nunc auctoritas paraphrastae, qui verba ista ita reddidit εἶτα συναγαγόντες τὰς πολιτείας θεωρῶμεν ἐν αὐταῖς, ut appareat, de argumento huius ipsius voluminis, non alieni operis, loqui Philosophum. Denique hoc ipsum Prooemium seu mavis Argumentum ordinem vulgarem librorum horum tueri videtur, quem viri docti quidam mutatum voluerunt ita, ut septimus et octavus qui nunc numerantur, post tertium statim collocarentur. Quam quidem opinionem argumentis multis impugnavi, nisi plane convici, in annotatione ad librum tertium extremum et ad quarti initium. Accedit auctoritas ipsius Argumenti, ubi postremo loco proponitur tractandum ποία πολιτεία ἀρίστη, καὶ πῶς ἑκάστη ταχθεῖσα καὶ τίσι νόμοις καὶ ἔθεσι χρωμένη? ubi si vocabulum ἑκάστη abesset aut eius loco αὕτη adesset, quaestio de ordine librorum politicorum plane extra omnem dubitationem esset posita. Illud vero ἑκάστη revocare potest animum lectoris ad ea loca, ubi post βασιλείαν et post ἀριστοκρατίαν tractat etiam obiter de ἀρίστῃ πολιτείᾳ.

Ad Libri I. Caput I.

2. οἷον ἂν μὲν ὀλίγων,] Victorius vertit *si paucorum rector sit*, Lambinus *si paucis praeesse atque imperare possit*, Ramus et Giphanius *si paucis imperet*. Igitur intellige ἀρχῇ vel ἄρχων ᾖ, uti statim post δεσπότην verbum καλοῦσι, quanquam simile verbum non praecessit. Hoc brevitatis studium in locis difficilioribus magnam saepe lectori atque interpreti molestiam parit. — Deinceps καὶ μικρὰν πόλιν vertit antiq. interpres.

Καὶ πολιτικὸν δὲ — ὅταν μὲν αὐτὸς] Aretinus vertit *gubernatorque civitatis et rex, quum quidem idem praesidet, quum vero secundum rationem talis scientiae in parte praesidet et in parte subest, gubernator civitatis*. Victorius haec cum prioribus copulat ita *et civitati et regno regendo facti homines*. Itaque repetendum ὡς οὐδὲν διαφέροντα. Lambinus totum hoc membrum omisit. Ramus Victorii rationem sequitur. Con-

tra Giphanius separat, et vertit: *Et de politico quidem atque rege, esse quidem regem si ipse praesit, politicum vero, si partim praesit seu imperat, partim pareat pro rationibus huius modi scientiae.* Heinsius autem: *neque ullum sit discrimen inter regem ac praefectum reipublicae, nisi quod videlicet rex dicatur aliquis; cum et solus imperat et semper; cum vero ex scientiae civilis ratione ac praescripto et pro usitata ac recepta consuetudine in ciuitate aliqua ac lege alternis imperat ac paret etc.* Verum si haec cum antecedentibus copulamus, sequentia luxata apparent, nec verborum structura constat. Deinde apparet, aliud tradi discrimen πολιτικῦ et βασιλικῦ, ut sit βασιλικὸς qui solus et semper imperet, πολιτικὸς, qui per vices imperet et pareat. Itaque separanda censui haec verba et cum sequentibus copulanda. Difficultatem Lambinus vidisse videtur, et omittendis verbis dubiis vitare studuit. Ad sententiam autem absolvendam intellige καὶ π. δὲ καὶ βασιλικὸν διαφέρειν νομίζουσιν, ὅταν etc. Nostram et Giphanii rationem sequitur cum Schlossero Garvius.

αὐτὸς ἐφεστήκῃ] Aldina et Victoriana ἐφεστήκει habent, Zuingeriana jam rectum dedit. αὐτὸς Aretinus reddidit *idem* quasi ὁ αὐτὸς scriptum legisset; Victorius *ipse*, Lambinus *ipse solus*, Ramus omisit, *ipse* Giphanius, sed in anotatione *si semper imperet, nunquam pareat;* Heinsius *et solus et semper*. Est αὐτὸς, ut alibi, *solus;* idque vocabulum solum duobus membris et sententiis opponi videtur, nempe τῷ κατὰ μέρος ἄρχοντι καὶ ἀρχομένῳ, et praeterea illi κατὰ λόγυς τῆς ἐπιστήμης τῆς τοιαύτης. Quod posterius membrum Aretinus vertit *secundum rationem talis scientiae;* Victorius *ut sunt rationes disciplinae hujusce modi*, Lambinus *ex rationibus talis scientiae*, Ramus *ex politicae scientiae praescripto ac formula*, Giphanius *pro rationibus hujus modi scientiae*, Heinsius *ex civilis scientiae ratione ac praescripto.*

Victorius in annotatione docere conatur τὸς λόγυς τ. ἐπ. esse praecepta et documenta civilis facultatis, comparato Plutarchi loco in Solone c. 14. τὴν ὑπὸ λόγυ καὶ νόμυ μεταβολὴν ἐργῶδη καὶ χαλεπὴν ὥετο. Exemplum quidem quamvis satis aptum non sit, vera tamen est interpretatio verbo-

rum, quae magnam molestiam interpretibus exhibuerunt. Sed tenendum est, eos quorum opinionem nunc refellit, censuisse videri, ad imperium magnum regali potestate regendum scientia politica non esse opus, quoniam arbitrium regis dominetur ibi; in aliis autem imperiorum et rerum publicarum formis, ubi non unus idemque semper imperat, sed cives vel omnes vel plerique per vices et imperant et parent, scientia illa politica ad regendam civitatem et servandam reipublicae summam et salutem magnopere opus esse. Hanc vulgarem opinionem arguit satis aperte locus Platonis in Politico p. 104. ed. Fischeri, quem praecipue ante oculos habuit Aristoteles, quanquam id Camerarius negare sit ausus et cum eo Accorambonus et Montecatinus. Verba haec sunt: *ταύτῃ τοίνυν συμπάσας ἐπιστήμας διαίρει, τὴν μὲν πρακτικὴν προσειπὼν, τὴν δὲ μόνον γνωστικήν. — Πότερον οὖν τὸν πολιτικὸν καὶ βασιλέα καὶ δεσπότην καὶ ἔτι οἰκονόμον θήσομεν, ὡς ἓν πάντα ταῦτα προσαγορεύοντες, ἢ τοσαύτας τέχνας αὐτὰς εἶναι φῶμεν, ὅσαπερ ὀνόματα ἐῤῥέθη; — Τί δέ; ὅστις βασιλεύοντι χώρας ἀνδρὶ παραινεῖν δεινὸς ἰδιώτης ὢν αὐτὸς, ἆρ᾽ οὐ φήσομεν ἔχειν αὐτὸν τὴν ἐπιστήμην, ἣν ἔδει τὸν ἄρχοντα αὐτὸν κεκτῆσθαι; — Ἀλλὰ μὴν ἥ γε ἀληθινοῦ βασιλέως βασιλική; Ναί. Ταύτην δὲ ὁ κεκτημένος οὐκ, ἄν τε ἄρχων ἄν τ᾽ ἰδιώτης ὢν τυγχάνῃ, πάντως κατά γε τὴν τέχνην αὐτὴν βασιλικὸς ὀρθῶς προσρηθήσεται; — Καὶ μὴν οἰκονόμος γε καὶ δεσπότης ταὐτόν. — Τί δέ; μεγάλης σχῆμα οἰκήσεως ἢ σμικρᾶς αὖ πόλεως ὄγκος μῶν δὴ πρὸς ἀρχὴν διοίσετον; Οὐδέν. Οὐκοῦν — φανερὸν, ὡς ἐπιστήμη μία περὶ πάντ᾽ ἐστὶ ταῦτα· ταύτην δὲ εἴτε βασιλικὴν εἴτε πολιτικὴν εἴτε οἰκονομικήν τις ὀνομάζει, μηδὲν αὐτῷ διαφερώμεθα.*

Κατὰ τὴν ὑφηγημένην,] Antiquus Interpres *subiectam*, quasi *ὑποκειμένην* scriptum legisset, nisi scripsit *subinductam*, ut infra. Aretinus *secundum hanc doctrinam*, Victorius *ex ratione viaque, quae incepta est*, comparans locum Platonis in Lyside sect. 31. p. 36. Heind. *ἆρ᾽ ἂν καὶ καλῶς ὑφηγεῖται ἡμῖν τὸ νῦν λεγόμενον*, qui nihil adjuvat sensum. Camerarius viam et rationem quasi praeeuntem et ducentem ad certam cognitionem interpretatur, comparans loca Xenophontis *ἱππικῇ* 6, 5. et Thucydidis libro 1, 78. ubi *ὑφηγεῖσθαι* significat

praecedere. Lambinus *ex ea institutione ac docendi ratione, quam nos antea secuti atque ingressi sumus.* Sepulveda *pristinam disserendi rationem* ad libros Ethicorum referens. Ramus *ex disputationis hujus et doctrinae progressu.* Strebaeus *doctrinam quae viam monstrat.* Giphanius *via et ratione piore, id est usitata methodo*, cum quo facit Montecatinus. Nicomacheorum 2, 7. νῦν δὲ περὶ τῶν λοιπῶν λέγωμεν κατὰ τὸν ὑφηγημένον τρόπον, ubi Lambinus vertit *eo, qui est jam subindicatus, modo.* Addo locum de Generatione animal. 3, 9. περὶ δὲ τῶν ἐντόμων καὶ τῶν ὀστρακοδέρμων λεκτέον κατὰ τὴν ὑφηγημένην μέθοδον, ubi recte Gaza: *via et ratione qua coepimus.* Victorium igitur sequamur et Sepulvedam; qui aliter interpretati sunt, non animadvertisse videntur discrimen, quod est inter ὑφηγουμένην et ὑφηγημένην, Apparet etiam hinc Politicorum tractationem esse cum morali disputatione copulatam et conjunctam.

Τὰ πράγματα φυόμενα,] *rerum originem* Aretinus, *res orientes ac nascentes* Lambinus et Giphanius, *ut quidque oriatur et existat* Ramus, *res cum nascuntur* vertit Victorius qui putat hoc acceptum a Platone, cujus haec sunt verba libro 2 de republica p. 230. εἰ γιγνομένην πόλιν θεασαίμεθα λόγῳ καὶ τὴν δικαιοσύνην αὐτῆς ἴδοιμεν ἂν γιγνομένην καὶ τὴν ἀδικίαν.

3. Τεχνικόν τι λαβεῖν] *si quid proprium artis contingit capere* Victorius vertit, in annotatione *ad ea explicanda ratione et arte accedere.* Aretinus *si quid artificii recipiunt,* Lambinus *ut quippiam, quod sub artem cadat — sumamus.* Ramus *an aliqua tandem arte atque doctrina singulae tradi separatim et institui possint.* Giphanius: *et si qua ratione et via singula tractari possint.* In annotatione monet τεχ. τι λαβεῖν esse *arte aliquid explicare.*

Καὶ ἐν τούτοις — οὕτω] Recte Victorius cum Aretino οὕτω in versione transposuit; debebat enim esse οὕτω καὶ ἐν τούτοις; quod non animadversum turbavit Garvium.

4. Τοὺς — μὴ δυναμένους εἶναι,] Intellige ad opus aliquod naturale et commune efficiendum, breviter πρός τέλος τι.

Deinde in exemplo maris et feminae distinctius τὸ τέλος additur γενέσεως ἕνεκεν.

ἐφίεσθαι, — καὶ φυτοῖς,] Sexum plantarum diversum aperte agnoscit hic Philosophus; praeterea iisdem sensum aliquem et cupiditatem tribuere videtur.

Ἄρχον δὲ φύσει] Alterum hoc συνδυασμοῦ et κοινωνίας φυσικῆς exemplum est, quod ob σωτηρίαν communem initur.

Ταῦτα ποιεῖν] Latent ea, ad quae refertur ταῦτα, in verbo προορᾶν, quae ὁ ἄρχων προορᾷ, facienda providet propter communem salutem et fieri jubet.

5. Τὴν Δελφικὴν] Alterum vocabulum Aldina et Isingr. omisit, nec aliunde de gladio isto constat, quem pauperum in usum fabricari solitum fuisse, suspicantur quidam e vocabulo πενιχρῶς. Hinc Victorius *apte ad usus pauperum.* Antiq. Interpres *aeris figuratores — pro paupere,* sed Thom. *pro* omisit. Lambinus *parve tenuiter et anguste.* Ramus *per inopiam,* Giphanius *ex inopia.* Fuerunt, qui huc traherent Euripideum in Oreste versu 1656 θανεῖν Δελφικῷ ξίφει, sed id alia ratione explicandum vidit Camerarius; videlicet pro eo est in Andromache 1152 Δελφοῦ πρὸς ἀνδρὸς φασγάνῳ τυπείς. De eo ponam suspicionem meam infra ad librum quartum, ubi est de ὀβελισκολυχνίῳ. Ceterum regulae istius de naturae instituto et usu membrorum ἓν πρὸς ἓν varias exceptiones in proboscide elephanti aliisque animalium et hominum membris ipse alibi Aristoteles annotavit.

οἱ ποιηταί.] Euripidis sunt verba in Iphigenia in Aulide versu 1400. ubi accedunt haec: ἀλλ' οὐ βαρβάρους Ἕλληνας· τὸ μὲν γὰρ δοῦλον, οἱ δ' ἐλεύθεροι. Antiquus interpres βαρβάρων μὲν vertit.

6. Ἡσίοδος] Is versu 376 (ex editione Brunckiana) addit κτητήν, οὐ γαμετήν, ἥτις καὶ βουσὶν ἕποιτο· unde varie criminantur Philosophum interpretes, cum Hesiodus non de legitima uxore dixerit, sed de serva. Verum suspicari contra licet, versum istum spurium, nec ab Aristotele olim lectum fuisse; neque equidem legi Graecis vel antiquissimis temporibus fuisse in usu servas bubulcas. Alia ratione Ari-

ſtotelem defendere conatus eſt Fülleborn ad Garvianam verſionem p. 93.

Εἰς πᾶσαν ἡμέραν,] Aretinus et Ramus *quotidiana ſocietas*, Victorius *ad totum diem conſtituta*, Lambinus *in omnes vitae dies conſtituta*, Giphanius *quae omnium dierum est natura conſtituta*.

ὁμοσιπύυς,] Recte hoc et ſequens vocabulum interpretatus Camerarius a σιπύα et κάπη, quod eſt idem quod φάτνη, derivavit. Vetus *verſio omocephios — omokapnos* habet, ubi Thom. *homoſitios — homoeapnos* dedit. Heſychius ὁμοσίπται habet, quod interpretatur ὁμοτραπέζοι. Giphanius inepte ὁμοκάπνυς praetulit, alterumque ab ὁμῦ et καπνὸς derivavit. ὁμοσιπύυς Thomas *unius pulmenti homines*, Faber *compenuarios* vertit, ὁμοκάπυς *contubernales*. Zuingerus ineptiſſime a πύα, coloſtro, dictos ſuſpicabatur, nec prudentius Joh. Pius et Caelius Calcagninus ὁμοσύπνυς ſcribunt, quaſi eodem loco dormientes dicas. Plura dixi in Lexico Graeco. Charondas fuit Siculus, Epimenides Creta oriundus; horum igitur patriae propria ſunt vocabula haec duo. Ἀποικίαν antiq. Interpres *viciniam* vertit.

7. ὁμογάλακτας,] Aretinus *quos dicimus coaluiſſe et natos eſſe natorum*. Camerarius ex Ulpiano *collactaneos* interpretatur, et annotat cum Victorio locum Ciceronis de Officiis 1, 17. *Nam cum ſit hoc natura commune animantium, ut habeant lubidinem procreandi, prima ſocietas in ipſo conjugio est; proxima in liberis: deinde una domus, communia omnia. Id autem est principium urbis et quaſi ſeminarium reipublicae. Sequuntur fratrum conjunctiones, poſt conſobrinorum ſobrinorumque: qui cum una domo jam capi non poſſunt, in alias domos tanquam in colonias exeunt. Sequuntur connubia et affinitates, ex quibus etiam plures propinqui. Quae propagatio et ſoboles origo est rerum publicarum.*

θεμιστεύει,] Locus eſt Odyſſeae 9, 114. quo uſus etiam Plato libro 3 Legum p. 113. exinde arguit ὅτι (τοιαῦται πολιτεῖαι γίγνονται) ἐκ τούτων τῶν κατὰ μίαν οἴκησιν καὶ κατὰ γένος διεσπαρμένων ὑπὸ ἀπορίας τῆς ἐν ταῖς φθοραῖς, ἐν αἷς τὸ πρεσβύτατον ἄρχει, διὰ τὸ τὴν ἀρχὴν αὐτοῖς ἐκ πατρὸς καὶ μη-

τερος γεγονέναι· οἷς ἑπόμενοι καθάπερ ὄρνιθες ἀγέλην μίαν ποιοῦσι, πατρονομούμενοι καὶ βασιλείαν πασῶν δικαιοτάτην βασιλευόμενοι.

σποράδες γάρ· καὶ οὕτω] diſtinctionem expreſſit etiam verſio Victorii: *diſſeminati enim erant: et ſic antiquitus habitabant.* Contra conjunctim haec reddidit Aretinus, Lambinus, Ramus et Giphanius.

ὅτι καὶ αὐτοὶ,] Heinſii conjectura καὶ ἄνθρωποι non indigemus.

8. πόλις ἤδη] Vulgatum πόλις, ἡ δὴ correxi ſenſu ipſo et ſtructura verborum flagitante. Aldina ἤδὴ habet, ἡ δὴ vertit Aretinus et Victorius. Sed dum inſpicio recentiores editiones, video Sylburgianam jam edidiſſe ἤδη, quod annotare debebat Conringius propter verſionem Victorii a ſe appoſitam. Quid? quod ipſa Zuingeriana ἤδη dedit, ſed omnes male poſt πόλις inciſum poſuerunt. Antiquus etiam Interp. *jam* habet.

ὡς ἔπος εἰπεῖν, γενομένη] Aldina et Victoriana poſt ἔπος habent inſertum μὲν, quod omiſit antiqua verſio, Aretinus, Zuingeriana et recentiores Editiones. Deinceps vulgatum γινομένη correxi.

καὶ τὸ τέλος, βέλτιστον — καὶ βέλτιστον.] Sylburgius et Montecatinus annotant in Camotiana et Iſingr. eſſe καὶ τέλος βέλτιστον. Deinceps Caſaubonus corrigebat καὶ βέλτιστον ἄν.

9. Ὅμηρος] Iliadis 9 verſu 63. Verſio antiqua: *inſocialis, illegalis, ſceleratus;* ubi male Thom. *illegatus* habet. Sequentia ita ſcripta exhibet Aldina cum ſigno lacunae ἄτε περ . . . ὥσπερ ἐν πεττοῖς. Camotiana ἄτε περ ἄζυξ ὢν ὥσπερ ἐν πετεινοῖς. Iſingr. ἄτε περ ἄνευ ζεύγους ὥσπερ ἐν πετεινοῖς. Victorius ὢν tacite ſuſtulit in Editione altera, quem ſecuti ſunt ceteri Editores. Verſio antiqua ὢν reddidit; ſed eadem καὶ ante iſta πολέμου ἐπιθυμητὴς omiſit, *belli affectator* reddens. Verſum poetae latere viderunt omnes; et quidem lyrici eſſe videtur, ubi vereor, ne ὥσπερ ad vocabulum ἄτε περ appoſitum fuerit; igitur ſecluſi. Aquilas atque omnino genus avium rapacium intelligi monent, quod coitus tantum tem-

pore conjugari solet; ceterum solitarium vivit. Hoc poeta verbo ἄζυξ significare voluit. Ceterum Zuingerus suspicabatur melius scribi: ὁ μὲν γὰρ φύσει τοιοῦτος: ita enim sententiam fieri longe explicatiorem.

10. προῆλθε,] Vulgato ἐλήλυθεν ex Camotiana et Aretini versione substitui cum Casaubono. Paullo antea verba ἔχει τῶν ζώων antiquus Interpres vertit: *super animalia.* Deinceps post σημαίνειν eadem Camotiana ταὐτὸν interserit non probandum.

11. Καὶ πρότερον — ἕκαστος ἡμῶν] Camerarius annotavit in Oeconomicis dici οἰκονομικὴν priorem esse quam πολιτικὴν, quod sit domus pars civitatis. Scilicet erit idem prius et posterius, non eodem modo, sed diverso. Nam et partes dicuntur futurae, et eae ex quibus totum jam constat universis compositis. Atque illas existere et praeparari oportet prius quam construantur. Itaque et Nicomacheorum 8, 12 scribit ἄνθρωπος γὰρ τῇ φύσει συνδυαστικὸν μᾶλλον ἢ πολιτικὸν, καὶ ὅσῳ πρότερον καὶ ἀναγκαιότερον οἰκία πόλεως, καὶ τεκνοποιΐα κοινότερον ζώοις. Sed si proponitur civitas ut totum, et partes hujus communitas seu societas domestica et vicana, jam neque vicus neque domus communitas erit extra civitatem, cum sit civilis congregatio perfectum quiddam atque totum. Ne humanitatis quidem nomen homini alieno a civili communitate conveniet, cum ad hanc κοινωνίαν natura eum procreaverit. Haec Camerarius; quae eadem copiosius exsequitur Giphanius, addens ex libro 8 φυσικῆς ἀκροάσεως et primo τῶν μετὰ τὰ φυσικὰ, quod ortu est prius, id natura seu perfectione esse posterius. Natura est optima rerum affectio; et ut bonus artifex semper etiam ab initio totius operis finem et perfectionem animo complectitur, ita et natura non in partibus, sed in totius perfectione consideratur. Praeclare igitur et Hippodamus apud Stobaeum idem quod hic Aristoteles, civitatem priorem esse domo, exemplo mundi et hominis docet. Nam si non, inquit, mundus erit, non erit stella, non sol, ut neque oculus neque pes, si animal interiit. Haec Giphanius. Minus bene haec interpretatus est *Fülleborn* ad Garvianam versionem p. 108.

ἀναιρεθέντος γὰρ τοῦ ὅλου] Intellige σώματος vel ἀνθρώπου. Lambinus etiam vertit *ſi homo, qui totum quoddam est, intereat.* Deinceps malim εἴ τις λέγοι. Vetus Interpres *ſi quis dicat.*

τῷ ἔργῳ καὶ τῇ δυνάμει] Comparat Giphanius locum libri 7 c. 4 δεῖ δὲ μᾶλλον μὴ εἰς τὸ πλῆθος, εἰς δὲ δύναμιν ἀποβλέπειν· ἔστι γάρ τι καὶ πόλεως ἔργον· ὥστε τὴν δυναμένην τοῦτο μάλιστ' ἀποτελεῖν, ταύτην οἰητέον εἶναι μεγίστην. Praeterea locum ex libro 4. Meteorologicorum: ἅπαντα δ' ἐστὶν ὡρισμένα τῷ ἔργῳ· τὰ μὲν δυνάμενα ποιεῖν αὐτῶν ἔργον et cetera. Alibi δύναμιν καὶ ἐνέργειαν jungit, veluti Nicomach. 9. c. 7 et 9.

12. πόλις φύσει πρότερον] Aldina et Victoriana dederunt καὶ φύσει καὶ πρότερον. Aretinus alterum καὶ tantum reddidit. Vetus Interpres utrumque omiſit. Zuingeriana, Sylburgiana et ceterae recentiores utrumque καὶ omiſerunt; et ſupra ſect. 11 propoſitio haec demonſtranda ita poſita erat: καὶ πρότερον δὴ τῇ φύσει πόλις ἢ οἰκία καὶ ἕκαστος ἡμῶν ἐστι.

εἰ γὰρ μὴ αὐτάρκης] Victorius haec ita diſtincta poſuit, quem ceteri ſequuntur; contra Camerarius inciſum poſt εἰ γὰρ μὴ ante αὐτάρκης ponit atque interpretatur ita: *id ſi aliter ſe habeat, unusquisque ſcilicet ſeparatus et ſe ipſo contentus, in ea ratione futurus est, qua reſpectu totius ſunt partes ceterae. Partes autem a toto ſeparatae et per ſe conſiſtentes jam proprie partes non ſunt.* Mihi vulgata interpunctio placet, in qua verba ὁμοίως — πρὸς τὸ ὅλον ita intelligenda ſunt, quaſi integra ſint: ἅπερ χωρισθέντα οὐκ ἐστὶ μέρη οὔτε κοινωνεῖ τοῦ ὅλου. Tum vero recte infertur: ὁ δὲ μὴ δυνάμενος κοινωνεῖν et reliqua. Senſu excidit Zuingerus conjiciens ſcribendum εἰ δὲ μὴ δυνάμενος. Lambinus *ſimiliter atque aliae partes a ſuo toto ſeparatae.*

ὥστε ἢ θηρίον ἢ θεός] Eſt locus apud Joannem Stobaeum Serm. 3, p. 48. Heraclito adſcriptus: Ὁκόσων λόγους ἤκουσα, οὐδεὶς ἀφικνεῖται ἐς τοῦτο, ὥστε γινώσκειν· ἢ γὰρ θεὸς ἢ θηρίον· ὅτι σοφόν ἐστι πάντων κεχωρισμένον· ubi tamen Codices a Schowio comparati reiectis in marginem verbis ἢ γὰρ θεὸς ἢ θηρίον orationem ita continuant: γινώσκειν, ὅτι σοφόν ἐστι πάντων κεχωρισμένον. Schowius autem dedit γινώσκειν

θεὸν, ὅτι σοφὸν etc. Verum ita oportebat scriptum σοφὸς — κεχωρισμένος. Verba autem seclusa putavit nata e varietate adscripta in margine ita γρ. θεὸ ἢ θν, quae deinde vitiose fuerit descripta et textui inserta. Contra vir doctus, qui nuper Heracliti fragmenta collecta commentatione egregia illustravit in Musei studiorum antiquitatis Fasciculo III. Voluminis 1, p. 347. verba ἢ γὰρ θεὸς ἢ θηρίον segregata a reliqua oratione alio modo interpretari conatus est: ceterum σοφὸν dictum putavit dictum pro σοφία, et oppositum πολυμαθίῃ. At ita scriptum oportebat addito articulo τὸ σοφόν. Equidem dubius haereo, unde invecta suspicer verba a sensu quidem totius loci aliena, sed ejusmodi tamen, ut ex varietate scripturae ad marginem vocabuli θεὸν adscripta nata esse persuadere mihi non possim. Malim utique coniicere plura excidisse verba in fragmento Heracliti, cum quibus juncta fuerant verba ista, quae deinceps librarius alieno loco inseruit. Fieri etiam potest, ut locum istum Heracliti integriorem in mente habuerit Aristoteles, cum haec scriberet.

μηθὲν ξυνόμενος] Usitatior structura erat μηθενός. Deinceps τελειωθὲν malebat Casaubonus cum Camotiana, quem secutus vulgatum τελεωθὲν correxi. Similem locum Platonis libri 7 Legum p. 362. de pueris non recte educatis comparavit Camerarius et Victorius.

ὅπλα ἔχων — φρονήσει καὶ ἀρετῇ] Aretinus *per innatam prudentiam et virtutem.* Victorius *armis munitus nascitur prudentia et virtute.* Lambinus *armis instructus — prudentia et virtute.* Ramus *homo naturali quadam ingenii facultate prudentiaque velut armatur.* Giphanius *homo cum armis nascitur, prudentia et virtute.* Camerarius *nascitur instructus armis prudentiae et virtutis.* Heinsius *arma ejus sunt virtutis ac prudentiae initia, cum quibus omnes nascimur.* Camerarius totum hoc referendum esse ait ad causam omnium actionum tam laudabilium quam vituperatarum, quas secundum Aristotelem consulto suscipi necesse est; et causa horum in homine inest. ὁ δὲ νοῦς ἀρχή; quod cum alibi disputatur ab hoc auctore, tum Nicomacheorum libro 7 c. 6. ubi est ἀσυνετώτερα

γὰρ ἡ φαυλότης ἀεὶ ἡ τῦ μὴ ἔχοντος ἀρχήν· ὁ δὲ νῦς ἀρχή· — μυριοπλάσια γὰρ ἂν κακὰ ποιήσειεν ἄνθρωπος κακὸς θηρίυ. Quod autem ait, prudentia ac virtute poſſe abuti hominem ad contraria, facile ipſa elocutionis forma indicat, eam vim animi accipiendam, qua mens et ratio continetur. Hoc Plato diſertius in 7 Legum p. 362. ὁ δὲ παῖς πάντων θηρίων ἐστὶ δυςμεταχειριστότατον· ὅσῳ γὰρ μάλιστα ἔχει πηγὴν τῦ φρονεῖν μήπω κατηρτυμένην, ἐπίβυλον καὶ δριμὺ καὶ ὑβριστότατον θηρίων γίγνεται. Hucusque Camerarius. Montecatinus reliquorum interpretum omnium verſione improbata aliter locum explicat. Quod ſi, inquit, Ariſtoteles prudentiam homini et virtutem tanquam arma datam fuiſſe dicere voluiſſet, quidni dixerit ὅπλα ἔχων φύεται φρόνησιν καὶ ἀρετήν? Ipſe igitur vertit: *homini data ſunt arma ad prudentiam et virtutem.* Quae quidem ratio non minus verbis et rationi grammaticae repugnat. Rectius vertas: *homini enim ſubminiſtrat arma natura ejus prudentia et ratione antecellens reliqua animalia.* Ἀρετὴ nempe adjecta φρονήσει ſignificat partem hominis eam, qua excellit, λόγον καὶ νῦν, in qua ipſa etiam φρόνησις ineſt, ut dicitur etiam ἵππυ et ὅπλυ, δίφρυ ἀρετὴ graece, *virtus* etiam latine interdum. Hinc eſt, quod Philoſophus ait, his armis abuti poſſe ad contrarium naturae uſum, οἷς (ὅπλοις) ἐστὶ χρῆσθαι ἐπὶ τἀναντία; minime vero, prudentia et virtute licere abuti; dicendum enim fuiſſet αἷς ἐστὶ χρῆσθαι ἐπὶ τ.. Mallem tamen equidem verba καὶ ἀρετῇ omiſſa; nam ſtatim ſequitur ἄνευ ἀρετῆς, ubi virtus moralis intelligi debet. Conringius utrumque vocabulum deletum voluit.

ἡ γὰρ δίκη πολιτικῆς] Aretinus *jus* vertit. Sequentia vero *judicio autem juſti judicium.* Victorius *jus enim civilis ſocietatis ordo est, jus autem, juſti exiſtimatio.* Annotat locum Nicomacheorum 5, 6. ubi eſt ἡ γὰρ δίκη κρίσις τῦ δικαίυ καὶ τῦ ἀδίκυ. Lambinus vertit *nam judicium ſocietatis civilis ordo est; juris autem disceptatio judicium est.* Ramus *jus enim est civilis ſocietatis deſcriptio; denique jus juſti disceptatio ac dijudicatio.* Giphanius *judicium c. ſoc. deſcriptio est: judicium autem juris dijudicatio.* Camerarius ita ad h. l.

Duplex est δίκης definitio seu descriptio. Nam prior est rei, id e[illegible]ῦ τί ἦν εἶναι demonstratio. Dicitur enim, juris executionem esse ordinem seu constitutionem legitimam civilis societatis. Hoc enim illa efficere praestareque vult. Posterior est nominis explicatio, id est λόγος ὀνόματος, interpretans vocabulum et significationem nominis exponens. Ejus enim, quod justum et injustum est, dijudicatio est δίκη, id est juris executio. Haec Camerarius. Giphanius in annotatione ita interpretatur: Judiciis institutionem et ordinem civitatum contineri ait Aristoteles; judicia igitur sunt politica, id est, ad civitatem pertinentia. Judiciis autem continetur disceptatio seu dijudicatio juris, id est, quid justum, quid injustum; ex judiciis cognoscitur; judicia juris et injuriae sunt tanquam norma et arbitrium. Addit Giphanius, male interpretes plerosque, excepto Aretino et Strebaeo, δίκην *justitiam* interpretari, cum deberent *judicium*.

Ad Caput II.

περὶ οἰκονομίας] Casaubonus et Piccartus οἰκίας scribi voluerunt, et Lambinus vertit *de domo*, item Accorambonus, qui ita scriptum esse ait in vetere Codice. Quod si mecum οἰκονομίας probaveris, deinceps etiam οἰκονομίας δὲ μέρη scribendum est cum Aldina, Camotiana, Aretino et Casaubono. Giphanius autem pariter περὶ οἰκίας probans et vertens haec annotavit: *Haec verba οἰκίας δὲ μέρη — συνίσταται vere dixerim spuria et inducenda. Non enim solum non sunt necessaria, sed orationis contextum et seriem perturbant inculcato articulo δὲ, ut οἰκίας δὲ μέρη, et οἰκία δὲ τέλειος. Eleganțius oratio sibi inter se constaret et cohaereret his verbis inductis: nimirum ut haec sit periodus: — nihil tamen temere mutandum.* Vocabulum αὖθις Aretinus *rursus* versum collocavit ante μέρη, similiter Lambinus *porro* vertens. Ramus non αὖθις sed αὐτὴ *ipsa* vertit, Giphanius εὐθὺς, *statim* vertit. Heinsius περὶ οἰκίας vertens pro αὖθις *continuo* posuit. Mihi Aretini ratio placet.

Ἐπεὶ δ' ἐν τοῖς] Ita cum Aldina, Camotiana, antiqua verſione et Aretino Victoriana. Zuingeriana, Sylburgiana et recentiores inepte δὲ καὶ dederunt.

τριῶν ἂν] Ita cum Aldina et Camot. Victoriana; contra Zuingeriana, Sylburg. et recentiores σκεπτέον ἂν εἴη dederunt, quem ordinem reddidit vetus Interpres.

2. σύζευξις,] In Aldina deſunt verba haec ἀνώνυμον γὰρ — τεκνοποιητική. Aretinus brevius etiam ita: *De his utique tribus conſiderandum fuerit quid unum quodque et quale eſſe oportet, hoc est de dominica de conjugali de paterna diſciplina.* Camotiana adjecit quae et Victorius edidit; ſed Camotiana rectius habet καὶ αὕτη γὰρ, ubi Victorius καὶ γὰρ αὕτης; itaque illam ſcripturam probante etiam Sylburgio recepi. Pro σύζευξις Giphanius ait eſſe in libris ſcriptis quibusdam σύντευξις, quaſi conſuetudo et congreſſus. Unde haec Giphanius duxerit, equidem ignoro; nec vocabuli iſtius σύντευξις auctoritas adhuc ulla niſi e Suida fuit allata. Ceterum Camerarius quaerit, quid ita Philoſophus dixerit nomine carere τὴν γυναικὸς καὶ ἀνδρὸς σύζευξιν, cum ipſe tamen γαμικὴν dixerit, nec aliud vocabulum notius ſit, quo deſignetur conjugium mariti et uxoris, quam γάμος. Mihi, inquit, in mentem aliud nihil venit, quam non habere conjugium, id eſt mariti uxorisque copulationem, ut ne procreationem quidem liberorum, in uſu ſermonis ſuum et peculiare nomen, quo ſicut illa tertia herilis ratio proprie ſoleat appellari. Ut enim herile imperium, quae eſt domini in ſervum poteſtas, δεσποτικῆς nomen habet, quo indicatur domini et ſervi domeſtica conjunctio, ſic non item γαμικὴν et τεκνοποιητικὴν de domeſticae communitatis partibus quibusdam uſurpari intelligendum eſt. Atque ita hunc veluti nodum, ſi ſcriptura vera eſt, diſſolvi poſſe exiſtimo. Victorius autem eandem dubitationem ita explicare conatur: Vereor, inquit, ne dixerit hanc carere nomine, quia quod primae ſuperiori contigit, ut a meliore parte vocata ſit, ipſi non contingat; vocata namque illa eſt ab hero δεσποτική, non autem a viro haec ἀνδρική, ſed a communi vinculo ac nomine viri et uxoris. Quod idem in tertia uſu venit,

quae

quae a communi munere et studio liberorum procreandorum appellata est. Haec mihi quidem minus probabiliter disputata esse videntur. Desiderabat Philosophus vocabulum, quo significetur ratio, causa et finis conjunctionis inter uxorem et maritum, praecipue vero auctoritas quae sit mariti in uxorem, quodve imperium, uti δεσποτικὴ significat rationem imperii et auctoritatis herilis in servum. Nunc vero γαμικὴ designat fere tantum partem conjunctionis domesticae inter uxorem et maritum, quae liberorum procreationem spectat; ceterorum officiorum mutuorum rationem non habet. Maritalem vel auctoritatem vel potestatem latine dicere possis. Quod ad tertium vocabulum attinet, multo minus id rei significandae aptum censeri debet. A γαμικῇ nihil fere differt, nisi quod γάμος est legitimum matrimonium, τεκνοποιητικὴ autem etiam in serva et pellice locum habet. Multo vero aptius est vocabulum πατρική, quo deinceps Philosophus usus est, quodque Aretinus hoc ipso in loco vel scriptum reperit in libro suo vel tanquam aptius adhibuit. Denique Camotiana articulum ἡ ante τεκνοποιητικὴ omisit.

χρηματιστικῆς] Aldina et Camotiana χρηματικῆς habent. Deinceps Vetus Interpres δεσποτικῆς pro δεσπότου reddidit. Sequentia εἴ τι πρὸς τὸ εἰδέναι Aretinus vertit: *et si quid de his melius comprehendere possimus quam ea quae nunc existimantur.* Victorius: *et si quid ad intelligendum de his capere melius valemus,* in annotatione ita: *si quid studio suo ac cura possit melius inveniri, quod faciat ad intelligentiam ipsorum, quam ea sint, quae aliis in mentem venerant.* Lambinus: *et si quid ad ea cognoscenda melius consequi possimus.* Ramus: *an ad horum cognitionem et scientiam polixius aliquid et accuratius afferre possimus.* Giphanius: *cum ut quae ad necessarium usum pertinent, videamus, tum, ad scientiam, si quid de iis melius quam nunc existimatur, reperire possimus.* Breviter partem disputationis θεωρητικὴν et πρακτικὴν interpretatur. Heinsius: *partim ut et iis consulamus, qui cognitionis studio tenentur ac scientiae.* Supra dixit εἴ τι τεχνικὸν λαβεῖν ἐνδέχεται περὶ ἕκαστον τῶν ῥηθέντων. Intellige λόγῳ λαβεῖν,

ratiocinando et disputando consequi vel reperire. Plene Plato Legum I. p. 32. πάντες οἱ λόγῳ τι λαβόντες ἐπιτήδευμα, καὶ προθέμενοι ψέγειν αὐτὸ ἢ ἐπαινεῖν. Sed Plato simpliciter pro disputare posuit phrasin, uti intelliges ex annotatis ab Heindorfio ad Phaedrum p. 250. Diversum ab eo λαμβάνειν τῷ λογισμῷ, de quo idem ad Parmenidem p. 198.

3. Τοῖς μὲν γὰρ] Aretinus: *Quibusdam porro.* Deinceps ἐπιστήμη τί τις εἶναι Aldina, Camotiana et Victoriana habet, sed τι omisit Zuingeriana, Sylb. et recentiores. Postea vetus Interpres vertit scriptum ἀλλὰ βίαιον, *sed violentum.* Idem paulo post verba καὶ εὖ ζῆν omisit.

4. ὥσπερ δὲ ταῖς] Ita cum Aldina Basil. et Victoriana, nisi quod Aldina et Basil. etiam δὲ omisit; Zuingeriana cum recentioribus dedit ὥσπερ δ' ἐν ταῖς. Victorius ait etiam in excusis multis libris et in vetere versione ἐν deesse, igitur eandem se delevisse. Aretinus: *in artibus necessarium est.* Omisit igitur ὡρισμέναις τέχναις, quas Victorius interpretatur artes absolutas et perfectas, ut distinguantur ab inchoatis. Giphanius vero, quibus certum opus et finis certus est propositus, ut medicinae sanitas; quem sequitur Heinsius. Deinceps εἰ μέλλοι vertit antiquus Interpres *si debeat.*

τῷ οἰκονομικῷ] Vulgatum τῶν οἰκονομικῶν ex vetere translatione correxit Victorius, *in re familiari* vertit Aretinus, qui τῇ οἰκονομικῇ scriptum legisse videtur, quod placebat Montecatino.

κτῆμα — κτῆσις] Aretinus *acquisitio — res possessae.* Victorius *res possessa — res familiaris.* Lambinus *res aliqua parta et quaesita sive etiam relicta — rerum partarum seu relictarum possessio.* Ramus *opes — facultates.* Giphanius *rei familiaris membrum — res familiaris.* Camerarius dubitabat, an nunc mancipium interpretari liceat: κτῆμα esse quicquid in bonis sit; rem atque facultates κτήσεως appellatione significari; atque in re familiari id, cujus dominium penes aliquem est, κτῆμα illius esse, in illius scilicet bonis, et partem facultatum. Breviter κτῆμα partem facultatum, κτῆσις omnes facultates significat. Praecipue tamen intelligi partem rei familiaris animatam docet sequens κτῆμα

πρακτικόν, ubi Victorius ipse mancipium vertit. Ubi vide dicenda.

ὄργανον πρὸ ὀργάνων] Victorius interpretatur instrumentum, quod praestat et antecellit ceteris instrumentis; comparat etiam pervulgatam, ut ait, vocem δοῦλος πρὸ δούλου, δεσπότης πρὸ δεσπότου, qua noster infra utitur. Paulo ante voculam τι post κτῆμα omisit vetus Interpres.

6. τὰ Δαιδάλου] Cum Daedalus primus statuarum oculos aperuisset, pedes diremisset gressum imitatos, brachiaque et manus antea corpori applicitas dimovisset, admiratione hominum factum est, ut diceretur simulacra se moventia et viventia fecisse. Praeter Diodorum libro quarto c. 76. narrat Suidas sub hoc nomine. Sed imprimis huc pertinet locus Platonis in Menone c. 39. de Daedali statuis: ὅτι καὶ ταῦτα, ἐὰν μὲν μὴ δεδεμένα ᾖ, ἀποδιδράσκει καὶ δραπετεύει, ἐὰν δὲ δεδεμένα, παραμένει. Et ejusdem Eutyphron. c. 12. et Nostri de anima libri I, c. 3. Homericus locus est in Iliadis 18 versu 376 ὄφρα οἱ αὐτόματοι θεῖον δυσαίατ' ἀγῶνα. Antiquus Interpres locum ita vertit: *subintraret ad cultum deorum agonem*. sed Thom. omisit verba *ad cultum deorum*. Deinceps idem scriptum οὕτω καὶ εἰ αἱ κερκίδες vertit: *sic si*, vel ut Thom. habet *sic et si*.

τὸ δὲ κτῆμα πρακτικόν] Aretinus *quod ad acquirendum possidemus, activum est*. Victorius *efficientia instrumenta sunt, mancipium autem agendi*. Lambinus ineptissime *res parta et possessa ad agendum valet*. Ramus non melius *facultates autem et possessiones ad actionis usum*. Giphanius *membrum rei familiaris est agens*. Scilicet fefellit viros doctos usus atticus vocabuli κτῆμα varius. Praeter communem enim et vulgarem notionem significabant Attici servum seu mancipium praecipue κτήματος vocabulo. Suidas κτηματίτης — καὶ κτῆμα ἐπὶ οἰκέτου; addit etiam exemplum historici non nominati. Hinc Attici herum τὸν κεκτημένον, heram τὴν κεκτημένην vocant. Noster infra cap. 11. κτήματα pecora domestica, equos, boves et oves vocat, quae alii κτήνη dicunt.

παρὰ τὴν χρῆσιν.] *praeter usum* Aretinus, Victorius, Lambinus, Ramus, Giphanius, Heinsius. Male! est enim potius *per ipsum ejus usum*, usu ejus. Nam organi propria sunt ἡ χρῆσις καὶ ἡ ποίησις, usus et effectus.

6. *δέονται δ' ἀμφότεραι*] In Aldina est καὶ δέονται ἀμφ. quam scripturam reddidit antiquus Interpres. Victorius dedit καὶ δέονται δ' ἀμφότεραι. Aldinae scripturam repetiit Zuingeriana cum recentioribus. Camotiana nostrum habet. Deinceps antiquus Interpres vertit *servus et ministri sunt eorum;* ubi Thom. habet *servus est minister eorum.*

Ὁμοίως δὲ καὶ τὸ κτῆμα.] Haec verba omisit versio Aretini, nec equidem, si abessent, desiderarem. κτῆμα *id quod possidetur* vel *rem possessam* vertunt omnes, praeter unum Giphanium, qui etiam hic obtinet suum *membrum rei familiaris.* [illegible] aliter acceperunt, vim omnem argumentationis enervem reddiderunt. Praeclare enim Camerarius monuit, uti Romani *mancipii* nomine praecipuam et humanam dominii et possessionis partem, servum vocaverunt, ita Graecos etiam κτῆμα dixisse servum vel οἰκέτην. Quod vero Philosophus ait servum ὅλως esse τοῦ δεσπότου, idem Romani jurisconsulti dixerunt, servum non esse sui juris et mancipii sed alieni, uti docet ad h. l. Giphanius. Igitur servus domini est non tantum comparatione seu ratione categoriae, sed proprietate et possessione totus est domini. Dominus autem est servi comparatione duntaxat, nimirum is, qui servum habet, non vero proprietate.

7. *αὑτοῦ φύσει ἀλλ' ἄλλου*] Lambinus et Giphanius *qui non est suus natura, sed alterius.* Ramus *qui natura sui juris non est sed alieni.* Giphanius in annotatione docet οὐχ αὑτοῦ εἶναι ἀλλ' ἄλλου proprium servi esse, uti liber homo dicitur sui esse juris et mancipii, contra servus est alieni, ad alterius nutum et arbitrium vivit. Cicero Paradoxi 5, 1. *si servitus sit, sicut est, obedientia fracti animi et abjecti et arbitrio carentis suo.* Addit Giphanius locum ex libri 1 Metaphysic. c. 2. ὥσπερ ἄνθρωπός φαμεν ἐλεύθερος ὁ αὑτοῦ ἕνεκα καὶ μὴ ἄλλου, οὕτω καὶ αὕτη μόνη ἐλευθέρα οὖσα τῶν ἐπιστημῶν· μόνη γὰρ αὕτη αὑτῆς ἕνεκέν ἐστι, sed omisit additum ibi ἕνεκα,

uti hoc in loco omittitur ab Aristotele. Ceterum sententiam de servi natura non primus Aristoteles protulisse videtur, si vere Dio Chrys. Orat. 15, p. 451. οὐκ οἶσθα τὸν Ἀθήνῃσι νόμον, παρὰ πολλοῖς δὲ καὶ ἄλλοις, ὅτι τὸν φύσει δοῦλον γενόμενον οὐκ ἐᾷ μετέχειν τῆς πολιτείας; quem locum inter leges Atticas Petiti omissum miror. Sed dubitari potest, an ista lex φύσει δοῦλον potius dixerit eum, qui patre servo natus est.

κτῆμα ᾖ, ἄνθρωπος ὤν] Antiquus Interpres: *alterius autem est homo aliique res possessa aut servus est.* Thom. *qui cum res possessa sit, servus est.* Ergo δοῦλος ὤν scriptum legit.

ὄργανον — χωριστόν.] *Separabile* cum Aretino Lambinus, *separatum* cum Victorio Ramus, Giphanius. χωριστὸν ὄργανον vocatur servus ratione habita τῶν ὀργανικῶν μορίων, veluti sunt manus et pedes, quae separari non possunt a corpore, nec separata facere opus et officium suum. Ceterum latine ὄργανον verti non posse et reddi *instrumenti* vocabulo, docuit ad h. l. Giphanius, cujus annotationem retuli in Indice Vitruviano sub voce *Organon.*

δίκαιόν τινι δουλεύειν.] Copulandum pronomen τινὶ non cum verbo δουλεύειν est, sed cum vocabulis βέλτιον καὶ δίκαιον. Vetus Interpres *justius* vertit.

8. διέστηκε — ἐπὶ τὸ ἄρχεσθαι] Aretinus *distincta sunt alia quidem ad imperandum — parendum.* Victorius *discrepant haec, namque ad parendum — facta sunt.* Lambinus *inter se distiterunt, alia ut parerent.* Ramus *protinus ut orta sunt, alia quidem ad parendum — distinguuntur.* Giphanius *statim ut orta quaedam distant, partim ad imperandum.* Heinsius *natura quaedam statim ab initio ad imperandum, alia minora atque inferiora ad obsequium videtur destinasse.*

βελτιόνων ἀρχομένων] Camotiana et Aldina καὶ importune interserit.

9. συνεχῶν ἢ διῃρημένων] Sunt τὰ συνεχῆ membra vel partes, quae ita coaluerunt, ut unum quiddam fiat de pluribus; quemadmodum homo est quiddam compositum ex corpore et animo; item in corpore membra conserta et

quaſi conglutinata ſunt. In iis autem, quae concreta non ſunt, ſed dividua, quamvis *συνημμένα*, eſt praeter civitatem etiam chorus complectens multas perſonas, exercitus imperatoris, grex paſtoris. Haec Camerarius, cum quo ſentit Victorius.

ἐκ τῆς ἁπάσης — τοῖς ἐμψύχοις] Hanc omnium librorum ſcripturam ex veteris translationis auctoritate in *ἀψύχοις* mutare auſus fuerat Victorius, ſed antiquam reſtituit Sylburgius, quem recentiores ſunt ſecuti praeter Zuingerum. Conringius *μάλιστα* addi maluit; is nempe repererat in Lambini verſione: *atque hoc ex omni natura inanimatis inest maxime: nam etiam in iis etcet.* Sequens *καὶ* inſerui flagitante ſententia et exemplo Aretini et Lambini. Sed verba *ἐκ τῆς ἁπάσης φύσεως* mihi magnam videntur habere difficultatem, quam fortaſſe Lambinus explicare voluit addito *μάλιστά*, quod vertit *maxime*. Giphanius autem neſcio ob hanc an aliam dubitationem verba haec *καὶ τοῦτο ἐκ — ἐμψύχοις* ſuſpecta habuit: *minime certe*, inquit, *ſunt neceſſaria. Sententia tamen eorum videtur haec eſſe: in animatis, etiamſi totam rerum naturam percurras, reperiri partim, qui imperent, partim qui pareant; quibus continuo adjungit de inanimis. Sed his, ut dixi, brevi omiſſis redit ad animata.* Vetus Interpres habet *ex omni natura — animatis*, ſed Thom. *ex omnium natura — inanimatis.*

οἷον ἁρμονίας] *ceu in cantu* Victorius, *inſtar harmoniae* Aretinus, *verbi gratia in concentibus* Lambinus, *veluti concentus* Ramus, *tanquam concentus* Giphanius, *ſed in iis quoque quae deſtituuntur anima, ut in ſtellis et ſimilibus, in quibus ipſis illud quod jam dico tanquam harmoniam aliquam invenies* Camerarius interpretatus, *in harmonia* fatetur ſe non ſatis intelligere, quid principatui ſimile inſit concentui; ſuſpicatur tamen reſpici ad diſcrimina tonorum in diatonico chromatico et harmonico muſices genere, cum in diatonico tonus, in chromatico dimidiatus tonus, in harmonico dieſis dominetur. *Atque ita*, inquit, *videre licet, eſſe in his ſingulis aliquid praecipuum, quod fortaſſe nobis quomodocunque intelligere ad haec, quae in manibus ſunt, ſatis*

esse poterit. Victorius nescio an idem voluerit significare hac brevi annotatione: *nam illic etiam vox existit, quae dux est, et quasi regit alias voces: ad ipsam enim reliquae referuntur.* Giphanius ita ad h. l. *Vulgo accipiunt, quasi afferatur exemplum a sonis et cantu. Nam in sonis acutum velut dominari: non recte. Nam tametsi de sonis, quod ajunt, verum est: tamen Aristoteles harmoniae vocabulum posuit et accommodavit ad verbum ἄρχειν, ut indicet, rerum inanimatarum imperium seu principatum esse tanquam harmoniam, positum videlicet in partium consensu et velut concentu formae et materiae.* Vulgarem interpretationem sequitur Schlosserus et Garvius. Hic vero distinctius ita vertit: *bey der Harmonie mehrerer Sayten, wo immer ein Ton der Grundton ist.* Giphanii interpretationem enucleatius explicuit Heinsius, qui verum loci sensum optime mihi vidisse videtur. Vulgaris interpretatio aperte falsa est. Debebat enim esse οἷον ἐν τῇ ἁρμονίᾳ, ut responderet antecedentibus καὶ γὰρ καὶ ἐν τοῖς μὴ μετέχουσι τῆς ζωῆς ἐστί τις ἀρχή. Nunc vera inanimatis ἀρχὴν seu principatum similem ἀρχῇ τῶν ἐμψύχων tribuere non ausus simpliciter, additis οἷον ἁρμονίας vocabulum ἀρχὴν seu principatum mollire conatur. Ceterum Camerarius comparavit recte locum Ciceronis de natura deorum libro 2, c. 11. *Omnem enim naturam necesse est, quae non solitaria sit neque simplex, sed cum alio juncta atque connexa, habere aliquem in se principatum, ut in homine mentem, in belua quiddam simile mentis, unde oriantur rerum appetitus; in arborum autem et earum rerum, quae gignantur e terra, radicibus inesse principatus putatur. Principatum autem id dico, quod Graeci ἡγεμονικὸν vocant.*

ἐξωτερικωτέρας — σκέψεως.] Aretinus *aliena sunt ab ista consideratione.* Lambinus *minus sunt hujus quaestionis propria atque aliquanto alieniora et extra rem.* Ramus *sed aliena fortasse ea consideratio.* Giphanius *sed haec quidem alienae fortassis sunt disputationis.* Heinsius *quanquam ista forte neque loci hujus neque contemplationis sunt.*

10. καὶ μὴ ἐν τοῖς διεφθαρμένοις] Comparat Camerarius locum Ciceronis Tusculanarum Q. I. c. 14. *Quid illud? num*

dubitas, quin specimen naturae capi debeat ex optima quaque natura?

ἢ μοχθηρῶς] Ita cum Aldina, Camotiana et Aretino Victorius edidit, reliqui cum Sylburgio et Zuingero καὶ μοχθηρῶς dederunt. Unus Giphanius nostram scripturam vertit *in vitiosis aut vitiose affectis.* Antiquus Interpres: *pestilentium enim et prave se habentium.* Igitur καὶ φαύλως ἐχόντων scriptum legit: quae varietas non spernenda videtur.

11. ἄρχει δεσποτικὴν ἀρχὴν] Verba haec omnia ἡ μὲν γὰρ — δεσποτικὴν ἀρχὴν omisit Aldina, σώματος ἄρχει δεσποτικὴν omisso ἀρχὴν Isingr. Postrema τὸ δ' ἐξ ἴσου — πᾶσι Aretinus vertit *aequalitatem vero ac vicissitudinem omnibus nocere.* Ramus *aequalitatem autem praeposteramque imperandi rationem.* Ceterum bene Giphanius comparavit locum Ciceronis ex tertio de Republica servatum ab Augustino libro 4 contra Pelagium, qui contrariam opinionem Aristotelicae prodit et magis consentaneam rationibus Stoicorum. Ita vero ille: *An non cernimus optimo cuique dominatum ab ipsa natura cum summa utilitate infirmorum datum? Cur igitur deus homini, animus imperat corpori, ratio libidini iracundiaeque et ceteris vitiosis ejusdem animi partibus? Sed et imperandi et serviendi sunt dissimilitudines cognoscendae. Nam ut animus corpori dicitur imperare, dicitur etiam libidini; sed corpori, ut rex civibus suis, aut parens liberis; libidini autem, ut servis dominus, quod eam coercet et frangit. Sic regum, sic imperatorum, sic magistratuum, sic patrum, sic populorum imperia civibus sociisque praesunt, ut corporibus animus: domini autem servos fatigant, ut optima pars animi, id est sapientia, ejusdem animi vitiosas imbecillasque partes, ut libidines, ut iracundias et perturbationes ceteras.* — Initio sectionis Vetus Interpres *Est quidem* habet; unde suspiceris Ἔστι μὲν οὖν eum scriptum legisse.

12. Ἔτι δὲ τὸ ἄῤῥεν] Aretinus vertit: *Est autem masculus et femina.* Legit igitur scriptum ἔστι. Sequens εἶναι idem omisit.

13. διάκειται δὲ] Victoriana altera et Zuingeriana habet διάκειται τοῦτον τ. τρόπον, ὅσων δ' ἐστιν. In Aldina δὲ utrobique deest, sed Camotiana nostram habet scripturam, quam cum Sylburgiana recentiores secutae sunt, jam olim suadente Camerario. Antiqua versio prius δὲ vertit, alterum omisit cum Aretino.

ἐστὶν ἀπ' αὐτῶν] Ita Camotiana; reliquae omnes ἔστ' habent. Aretinus vertit *est in eis*, et sequens εἴπερ — εἰρημένοις *quemadmodum in praemissis*. Legit igitur ὥσπερ scriptum. Sed antiquus Interpres vertit: *si quidem et dictis creditur*. Legit igitur additum verbum πιστεύεται.

ὅσον αἰσθάνεσθαι] Vetus Interpres *quantum ad sensum recipere*.

οὐ λόγου αἰσθανόμενα] Vetus Interpres λόγῳ reddidit. Aretinus vertit *non rationem quidem sentiunt, sed passionibus inserviunt*. Videtur igitur αἰσθάνονται scriptum legisse, quod structura verborum flagitare videtur. Ceterum haec opinio de servorum ratione animi imminuta ipsa servitute ab antiquissimis temporibus Graecorum ingeniis inolevit, uti constat testimonio Homerico Odysseae 17, 322. ἥμισυ γάρ τ' ἀρετῆς ἀποαίνυται εὐρύοπα Ζεὺς ἀνέρος, εὖτ' ἄν μιν κατὰ δούλιον ἦμαρ ἕλῃσιν· ubi Athenaeus et Plato Legum sexto scriptum legerunt ἥμισυ γάρ τε νόου ἀπαμείρεται — ἀνδρῶν οὓς ἂν δὴ κ. δ. ἦ. ἕλ. Ciceronis est locus in tertio Reipublicae apud Nonium in verbo Famulantur, ubi servitus eadem fere ratione demonstratur. *Est enim*, inquit, *genus injustae servitutis, cum ii sunt alterius, qui sui possunt esse*. Ex hac vero ratione Aristoteli dicendum fuisse videtur: φύσει δοῦλος ὁ μὴ δυνάμενος αὐτοῦ εἶναι ἀλλ' ἄλλου· διὸ καὶ ἄλλου ἐστί. Ceterum qui servus dicatur λόγον μὴ ἔχειν, dicetur infra ad Cap. 5, S. 11.

14. σώματι βοήθεια] Aretinus male *necessariorum corpori auxilium fit*. Victorius *ad ea quae necessaria corpori adminiculum capitur*. Rectius Lambinus *ad res necessarias adjumenta corpore afferuntur*. Ramus *ex amborum enim — corporibus auxilia nobis et adjumenta necessaria comparantur*. Giphanius *nam ad necessaria corpori commoditas existit ab*

utrisque. Hinc Graeci servos σώματα dixerunt. Ceterum eandem fere servitutis originem habet Posidonius Stoicus historicus apud Athenaeum 6, p. 203. πολλούς τινας ἑαυτῶν οὐ δυναμένους προΐστασθαι διὰ τὸ τῆς διανοίας ἀσθενὲς ἐπιδοῦναι ἑαυτοὺς εἰς τὴν τῶν συνετωτέρων ὑπηρεσίαν, ὅπως παρ' ἐκείνων τυγχάνοντες τῆς εἰς τὰ ἀναγκαῖα ἐπιμελείας αὐτοὶ πάλιν ἀποδιδῶσιν ἐκείνοις δι' αὐτῶν ἅπερ ἂν ὦσιν ὑπηρετεῖν δυνατοί.

ἰσχυρὰ — ὀρθὰ] *robusta — recta* Aretinus, *firma validaque recta* Victorius, *valida — erecta* Lambinus, et Giphanius *nervosa et robusta — procera et decora.* Mirum est philosophum tam diu in rerum natura perscrutanda versatum potuisse hoc naturae adscribere, ut quibusdam ipsa corporis forma servitutem destinaret, quod fortasse in servis domi natis atque educatis accidere potuit. Sed hic et alibi nationis suae judicia prava secutus a vero aberravit et sophismatum argutiis lectores fallere conatus est. Memorabilem Theognidis locum e Philone apposuit Camerarius, qui Philosophi opinionem adjuvat vel potius vulgi judicium testatur;

Οὔποτε δουλείη κεφαλὴ εὐθεῖα πέφυκεν,
ἀλλ' αἰεὶ σκολιή, καὐχένα λοξὸν ἔχει.

ἕτερος δὲ καὶ γίνεται — διῃρημένον.] *distinguitur* Victorius, *divisa est* Aretinus, Lambinus, Ramus, *tributa est* Giphanius. Mihi vero non solum copula καὶ abundare, et dictio γίνεται διῃρημένος insolens videtur, sed totum etiam hoc membrum a consilio auctoris alienum. Cui enim bono additur descriptio civilis vitae in belli et pacis munia?

15. δοῦλοι, οἷς — ἐστι, φανερόν.] Vulgo φανερὸν post δοῦλοι insertum legitur loco alieno, quod monente etiam Conringio transposui.

16. ἔστι γάρ τις καὶ κατὰ νόμον] Ex Camotiana καὶ inserui. Locum hunc de servis jure belli (hic enim est νόμος de quo nunc dicit Philosophus) excerpsit Plutarchus de Nobilitate p. 396. Hutten.

πολλοὶ τῶν ἐν τοῖς νόμοις] *multi eorum qui circa leges versantur* Aretinus, *multi legum periti* Victorius *vel diu versati in legibus interpretandis,* Lambinus *qui in legibus versantur*

Ramus *plerique legumlatores*, Giphanius *multi juris consulti*, Camerarius τῶν ἐν τοῖς νόμοις ὄντων intelligit, qui in tractatu legum versantur, id est τῶν νομικῶν, et comparat Euripideum in Hippolyti versu 452 αὐτοί τ' εἰσιν ἐν μούσαις ἀεί. Mihi locus mutilus videtur esse et excidisse vocabulum τῶν φιλοσόφων, ut intelligantur illi philosophi, qui de republica scripserunt.

ὥσπερ ἕτερα — παρανόμων] Quicunque ad populum tulisset aliquid legibus contrarium vel in lege aliqua roganda omisisset aliquid, quod leges praescribebant, vel demagogus vel orator, eum accusare poterat Athenis quisquis vellet. Causa haec dicebatur γραφὴ παρανόμων, et accusator dicitur γράφεσθαί τινα παρανόμων. Conf. Wolfii Prolegomena ad Leptineam p. CXXXVII. seqq. Paulo insolentior est dictio Aristotelis, qui ipsum jus τὸ δίκαιον facit philosophos accusantes, cum velit intelligi vulgus, a quo opinio ista, et lex inde nata, fuit introducta. Vetus Interpres τοῦτο δὴ τὸ δίκαιον vertit: *hoc igitur justum*.

ὡς δεινὸν] Excidisse puto ὂν, quod participium et Aretinus et Victorius vertendo reddidit.

17. τὰς λόγους ἐπαλλάττειν] Male Aretinus *variationis hujusmodi*, ut vetus Interpres, qui vertit *verba variari*: Victorius *ut rationes hae varientur*, Lambinus *quod facit rationes variare*, melius Ramus *quod tam controversas opiniones attulit*, pessime Giphanius *quod verba permutare faciat*. De dictione infra copiosius dicetur. Hoc loco est *quod facit, ut in utramque partem disputari et dici possit*.

ἀρετὴ — ἀγαθοῦ τινος] Difficile est hanc sententiam certis vocabulis et apertis definire. Sunt enim ἀρετὴ et ἀγαθὸς vocabula, quibus antiquissimorum temporum homines excellentes virtute praecipue bellica praedicare solebant. Paulatim vero animis hominum magis excultis, eadem vocabula ad alia et plura virtutum genera translata fuerunt. Vertere igitur haec ita debemus atque interpretari, uti vocabulis utamur iis, quae Graecis vi et potestate aeque magna et latius vagante respondeant, qualia sunt Latina *virtus* et *fortis*. *Bonus* enim Latinis sensu tam amplo non usur-

patus eft quam ἀγαθὸς Graecis. Eadem omnia valent de vocabulo ἀγαθὸν et latino *bonum*. Verba τυγχάνουσα χορηγίας Vetus Interpres vertit: *fortita fucceffum.*

18. ἀλλὰ — εἶναι] Haec in Victoriana puncto separata et disjuncta ab antecedentibus legebantur, quae fequiores Editores recte conjunxerunt, ut fenfus et ftructura verborum conftaret.

εὔνοια δοκεῖ τὸ δίκαιον] Lambinus quod fcribi voluit εὐνομία vertit *bonarum legum conftitutio*, contra nitente Zuingero et Conringio, fed nulla edita ratione. Camerarius vertit: *quod jus volunt fitum effe in benevolentia, id est in eo, ut quisque cupiat prodeffe alteri et nolit, quamvis impune posfit, nocere.* Giphanius *jus benevolentiae effe videtur.* Ramus *juftitiam benevolentia et caritate metiuntur.* Dura eft dictio τὸ δίκαιον εὔνοια δοκεῖ εἶναι. Sed accedit alia difficultas in verbis antecedentibus διὰ γὰρ τοῦτο, ubi dubitari poteft, quo referendum fit τοῦτο. Ad antecedens enim δίκαιον abfurde quis referat. Hinc Ramus *Quarii alii juftitiam — metiuntur*; omiffa caufali particula γάρ. Sed Aretinus habet *propter haec etiam.* Mihi vix dubitatandum videtur, librarium verba transpofuiffe quaedam, quae ita fuum in locum reftituenda videntur, ut fcribamus εἶναι τὴν ἀμφισβήτησιν διὰ τοῦτο· τοῖς μὲν γὰρ μετ' εὐνοίας δοκεῖ τὸ δίκαιον εἶναι. Ita plana eft fententia, nihil hiulci fupereft. Particula μὲν fuit in caufa ut fequens μετ' omitteretur, poftquam interpofitum γὰρ alium in locum immigraffet. Audi nunc veterem verfionem: *benevolentia victorum*, fed Thom. *victorum* omifit. Divus Thomas interpretatur ita: *in favorem victorum, ut propter hoc homines ad fortiter pugnandum incitarentur.*

ἐπεὶ διαστάντων γε χωρὶς] Eft haec apodofis refpondens initio illi Αἴτιον δὲ ταύτης τ. ἀμφ., fed multis difficultatibus obfepta et variis interpretationibus obfcurata. Aretinus enim vertit *Discordantibus invicem hujusmodi fermonibus, cum alteri nec validum quicquam neque perfuafum contineant, quod non etcet.* Victorius *nam diffentientibus inter fe his rationibus neque firmum aliquid neque aptum ad perfuaden-*

dum habent alterae rationes. Lambinus *Nam dissidentibus et pugnantibus inter se his rationibus, neque firmum quidquam neque probabile habent alterae rationes, quin oporteat id* etcet. Ramus *Enimvero cum ita controversae rationes ejusmodi, reliquae contra neque firmum neque probabile quicquam afferunt, quin eum* etcet. Giphanius denique aliter: *quando disjunctis his rationibus nihil alterae rationes firmi habebunt neque probabile, quasi oporteat, quod virtute est melius, imperare et dominari.* Camerarius subobscure: *Quae vel si, vel cum dissideant, et utralibet sententia ab altera distrahatur, nihil potest afferri, quod argumento sit, non pertinere principatum ad eos, qui virtute aliis praestent.* Heinsius *Porro inter has opiniones, quae tantopere videntur inter se pugnare, earum sane altera nihil necessarium, imo ne quidem quicquam quod probabile aut in speciem sit verum, in medium videntur posse afferre, quo evincant, eum qui virtute superat, non debere aliis praeesse.* Is igitur non solum viam monstratam a Giphanio ad verum deseruit, sed sententiarum etiam nexum omnem dissolvit.

Victorius in annotatione verbum διαστάντων de rationibus contrariis argumentisque interpretatur, comparans Homericum locum Iliadis α, 6. ἐξ οὗ δὴ τὰ πρῶτα διαστήτην ἐρίσαντε Ἀτρείδης τε — καὶ δῖος Ἀχιλλεύς. Ait enim Philosophum usum verbo translato a veris hominum contentionibus, quo proprie usus sit poeta. Totam sententiam ita interpretatur: *Nisi dirimatur haec lis contrariaeque ambae rationes stabunt, nihil virium neque roboris habebit et quod quicquam ad persuadendum valeat, opposita huic ratio, quod scilicet non oporteret virtute praestantes melius, id est, validius imperare et dominari inter inferiores.* His talibus rationibus vir optimus acquiescere potuit! Sed prima erroris causa est in falsa verbi διαστάντων et loci Homerici interpretatione. Nam in isto versu ut in tot aliis verbum *discessionem* et *discidium* significat, adjunctum ἐρίσαντε contentionis notionem solum continet. Sequitur ut Giphanii interpretationem, sed non integram, probemus, qui ita ad h. l. annotavit: *Obscurior sententia horum verborum est, quae*

mihi haec esse videtur. Duae sunt rationes, quibus dicerent, non debere esse servos, qui bello capiuntur. Prior est, quia dominatus debeatur virtuti, non vi aut necessitati. Altera, quia sit injusta haec servitus. Quid ita? quia jus nullum esse possit, ubi non est benevolentia, sed necessitas. Has igitur rationes ait Aristoteles non debere disjungi: nam alioqui absurdum sequi, nimirum, ut injustum censeatur, virtute praestantem imperare; quod constat esse absurdum. Oppugnantes igitur servitutem ex bello, si priorem rationem dimittant, fateanturque in victoribus suam quoque inesse virtutem: sed confugiant postea ad alteram, nimirum ut sit, inquiunt, in illis virtus, tamen nullum est jus: quia necessitas non benevolentia; sequitur, inquam, ut in quo sit virtus, in eo tamen non sit jus; sequitur, inquam, ut qui propter virtutem imperare debeat, tamen injuste imperet. Inde sequitur, injustum esse, ut virtute praestans imperet. Recte igitur Aristoteles ait, rationes eas non esse disjungendas, id est, eversa una non esse ad alteram confugiendum: imperite igitur faciunt, qui ad hunc modum servitutem ex bello oppugnant. Aliter Aristoteles adhibita distinctione ejus, quod ex parte, et ejus, quod universe; quod mox explicabit. Ἁπλοῦς τῆς ἀληθείας ὁ μῦθος recte ait poeta; quem quis in his ambagibus anfractuosis agnoscet? Vere tamen vidit illud vir doctus, quod διιστάντων *disjunctis* interpretatus est. Victorius unde verba: *nisi dirimatur haec lis ambaeque contrariae rationes stabunt* duxerit, equidem non divino. Camerarius verum quasi per transennam vidisse videtur. Montecatinus se ignorare sensum hujus loci confessus est. Piccarto haec ratio interpretandi et expeditissima et simplicissima esse videbatur: *Dissentientium horum a prioribus et justam esse servitutem bello captorum statuentium, praeter has dictas duas rationes, etsi plures habeant alias, nihil tamen illae reliquae habent vel firmi vel solidi, quodve fidem faciat, quasi non debeat virtute melior imperare. Itaque in his verbis conclusio est quaestionis cum rationibus dubitandi contrariis.* Facilius est haec talia ridere, quam refellere. Videamus ipsa verba, de quibus fuit dubitatum. Primum διιστάντων esse *dis-*

junctis, jam monui. Deinde illa ἅτεροι λόγοι οὐθ' ἰσχυρὸν οὐθὲν οὔτε πιθανὸν ἔχουσι attice nihil aliud significant, quam *neutra ratio nec firmi aliquid nec probabilitatem ullam habet per se.* Vulgatiore more diceretur οὐδέτεροι λόγοι οὔτ' ἰσχυρὸν οὐθὲν ἔχουσιν οὔτε πιθανόν. Quaeritur nunc, qui sint λόγοι οὐδέτεροι illi, qui sejuncti nihil per se valent? Non possunt omnino ad proxima illa referri τοῖς μὲν — τοῖς δ' αὐτὸ τὸ δίκαιον. Quid ita? Quoniam particula ἐπεὶ, quae totam hanc ἀπόδοσιν regit, orationem et totam argumentationem refert ad πρότασιν illam αἴτιον δὲ ταύτης τ. ἀμ. καὶ ὃ ποιεῖ τοὺς λόγους ἐπαλλάττειν, i. e. *causa dubitationis et id quod facit, ut rationes implicentur et utramque in partem disputari possint, est in eo situm.* Rationes istae et λόγοι sunt primum eorum, qui τὰ κατὰ πόλεμον κρατούμενα τῶν κρατούντων εἶναί φασιν: deinde eorum, qui δεινὸν esse censebant, εἰ τοῦ βιάσασθαι δυναμένου καὶ κατὰ δύναμιν κρείττονος ἔσται δοῦλον καὶ ἀρχόμενον τὸ βιασθέν. Hae igitur rationes duae si per se ponantur atque explicentur argumentis suis, nihil habere dicuntur firmi, neque aliquid, quod persuadere valeat nobis non esse verum, quid demum? tertium illud a philosopho positum, quod ille solum firmum esse putabat nec ulla disputatione convelli posse, ὡς δεῖ τὸ βέλτιον κατ' ἀρετὴν ἄρχειν καὶ δεσπόζειν. Quomodo vero conjunctae istae duae rationes implicant disputationem et dubitationem faciunt de jure? Puto equidem cum transferuntur ad hominem in bello captum et jure belli in servitutem redactum, ita ut definitio justi adjungatur atque ex ea conditio servitutis captivorum judicetur, dum hi quidem omne jus viribus superioribus, illi vero benevolentiae et virtuti attribuunt. Videant nunc doctiores, si quid rectius exquirere possint. Unum hoc addo, mihi scribendum videri τοῖς δ' αὖ τοῦτο δίκαιον, (δοκεῖ εἶναι) τὸ τὸν κρείττονα ἄρχειν.

18. Ὅλως δ' ἀντεχόμενοι] Aretinus vertit: *Omnino retinentes quidam ut ajunt alicujus justi — et simul non aiunt.* Victorius *Omnino autem pendentes quidam ab aliquo jure — simulque non ajunt.* Lambinus *in summa autem nonnulli jure quodam nitentes — sed simpliciter et absolute justam esse*

negant. Ramus *ad summam nonnulli jure quodam ut sibi videntur freti et adducti — interim tamen id re ipsa negant.* Giphanius *Prorsus autem nitentes quidam, ut arbitrantur, jure quodam, — universe autem non ajunt.* Tertia ponitur opinio illorum qui simpliciter atque in universum statuebant servitutem captivorum justam esse, jure belli vel legis omnino nitentes, neque confisi argumento, quo alii nituntur τὰ κατὰ πόλεμον κρατούμενα τῶν κρατούντων εἶναι, aut, quod aliter dicebant alii, τὸν κρείττονα ἄρχειν. Hos ait, dum simpliciter ita jure belli nitantur, simul confiteri necesse habere, esse aliquam captivorum servitutem injustam, cum bellum ipsum fuerit sine jure et contra jus susceptum. In diversum interpretes abierunt propter lectionis varietatem. ὅλως enim pro ἅμα est in vetere versione, Camotiana, Isingr., unde venit in Sylburgianam et recentiores; nostrum contra ἅμα tenet Aldina, Aretinus et libri scripti Victorii omnes, idque unice probavit Casaubonus. Giphanius in annotatione bene longa ita disputat, ut scribendum esse doceat ὅλως δ' οὔ. Sic enim ait et habere meliores libros et postulare sententiam. Utitur imprimis ea distinctione, qua ut omnia ita etiam virtus et jus aliud esse videtur ex parte quadam, aliud simpliciter et absolute seu omnino, ὅλως, ἁπλῶς. Sed hac distinctione hic uti et locum expedire non licet; in utroque enim membro adest ὅλως; nec video cur prius ὅλως Giphanius *prorsus*, alterum *universe* sit interpretatus, quamve ille differentiam esse voluerit inter *prorsus* et *universe*, quae sit apta interpretationi illi, quam ille solam veram esse vult. Cum Giphanio Piccartus, sed is ἁπλῶς pro altero ὅλως scribi voluit *cum veteribus libris*, ut ait. Denique eandem interpretationem sequuntur Schlosserus et Garvius. Pro οἴονται vetus Interpres οἷόν τε vertit *possibile est.*

αὐτοὺς οὐ βούλονται — τοὺς βαρβάρους] Hos vero et bello injusto victos et in servitutem redactos, domi vero suae nobiles, illi qui simpliciter jure belli nituntur, negant dicendos esse servos, sed omnino barbaros et esse et dici servos. Montecatinus ita dicitur a Piccarto interpretari h. l.

Ipsi

Ipsi de se quia sunt Graeci, etiam si bello capti fuerint, non loquuntur tanquam de servis, neque se servos appellant, sed barbaros solum censent veros esse servos, si belli fortunam experiantur. Sensus ergo hic est: *Tertia sententia media incedit, et bello captorum servitutem justam esse putat, quia lege introducta est; jure autem naturali justam solum tum, cum barbari bello in servitutem abducuntur; tum vero Graeci, id est liberali animo homines, et injustam esse illam servitutem, et vere servos ipsos nec fieri nec esse.* Haec Montecatini interpretatio Piccarto sola placuit; nec diffiteor equidem αὐτὰς nisi ad Graecos commode referri non posse. Hanc interpretationem confirmat sect. 19. αὐτὰς μὲν γὰρ — εὐγενεῖς· ad quem locum vide dicenda.

Ceterum Schlosserus putabat Aristotelem hic respexisse ad locum Platonicum in quinto reipublicae p. 44. δοκεῖ δίκαιον Ἕλληνας Ἑλληνίδας πόλεις ἀνδραποδίζεσθαι, ἢ μηδ' ἄλλῳ ἐπιτρέπειν κατὰ τὸ δυνατὸν, καὶ τοῦτο ἐθίζειν, τοῦ Ἑλληνικοῦ γένους φείδεσθαι εὐλαβουμένους τὴν ὑπὸ τῶν βαρβάρων δουλείαν; Ὅλῳ καὶ παντὶ διαφέρει τὸ φείδεσθαι, μηδὲ Ἕλληνας ἄρα δοῦλον ἐκτῆσθαι μήτε αὐτοὺς, τοῖς τε ἄλλοις Ἕλλησιν οὕτω συμβουλεύειν. — μᾶλλόν γ' ἂν οὖν οὕτω πρὸς τοὺς βαρβάρους τρέποιντο, ἑαυτῶν δὲ ἀπέχοιντο. Sed ille de jure non disputat, sed sola cognatione Graecorum inter se nixus servos facere et habere Graecos bello victos vetat.

πανταχοῦ — οὐδαμοῦ] Vetus Interpres vertit: *a principio — nequaquam.* quasi ἀπ' ἀρχῆς — οὐδαμῶς scriptum legisset.

19. Τὸν αὐτὸν — εὐγενείας] Victorius φάναι repetit; posuit enim in annotatione *eodem pacto illos sentire de nobilitate.* Lambinus et Ramus *eodem autem modo et de nobilitate sentiendum.*

αὐτοὺς μὲν γὰρ] Ex εὐγενείας intelligit τοὺς εὐγενεῖς Victorius, alioqui non potuisset interpretari *vere nobiles.* Ita etiam Ramus *Nobiles enim non solum domi sed ubique nobiles esse existimant.* Mihi Heinsius verum vidisse videtur interpretatus ita: *Idemque de nobilitate est dicendum: quosdam nempe ubique, quosdam vero nusquam esse nobiles. Ita*

vulgo Graeci ſe, non modo cum ſunt domi, ſed ubique putant eſſe nobiles: quem ſequuntur Schloſſerus et Garvius. Conringius aut τῆς aut ἑαυτῆς ſcribi voluit. Ceterum Giphanius Ciceronis loca appoſuit plura, ubi domeſticae et popularis nobilitatis ſit mentio, veluti in Verrina ſeptima *homo domi ſuae clarus et nobilis: homo domi ſuae ſummo loco natus;* in quinta *homo domi nobilis*—pro Flacco *homines apud ſuos nobiles.*

ὡς ὄν τι τὸ — καὶ ἐλεύθερον] Aretinus τι et verba καὶ ἐλεύθερον omiſit. Aldina εὐγενὲς ἐλεύθερον omiſſa copula habet, quam addi voluit Camerarius.

ἡ Θεοδέκτου] Plutarchus de Nobilitate ex h. l. ἡ τοῦ Θ. habet. Deinceps θεῖον Camotiana ſola habet. Sequens ἔκγονον vulgato ἐκγόνοιν ſubſtitui ſuadente Camerario et verſione Aretini, ubi eſt *prognatam.* Vetus Interpres: *progenitoribus codicibus.* Male Thom. *ambabus divinis progenitricibus.* Camerarius vertit:

Divis ab ambabus ſatam radicibus
Quis auſit ancillae vocare nomine?

Heinſius. *A diis utrinque quae ſuum ducit genus*
Famulam quis illam jure dixerit bono?

Riccartus hanc poſuit verſionem:

Divina utrinque cui genus radix dedit,
Hanc nominare jure quis ſervam putet?

ἐκ θηρίων] Concinnitas poſtulat ut θηρία ſcribamus, et Victorius in verſione *belua* poſuit, contra Aretinus *ex hominibus hominem*, et Baſil. ἀνθρώπων habet.

20. καὶ εἴσιν οἱ μὲν φύσει] Haec eſt Aldinae ſcriptura: Victoriana dedit οὐκ εἰσὶν, quod vertit Aretinus; Camotianae ſcripturam καὶ εἰσι καὶ οὐκ εἰσὶν οἱ μὲν φ. reſtitui voluit Muretus Var. Lect. 15, 12. Victorianae ſcripturam Sylburgiana et recentiores omnes ſecutae ſunt. Lambinus ſcripturam εἴ εἰσιν οἱ μὲν φ. δοῦλοι οἱ δ' ἐλεύθεροι, ἢ οὔ, δῆλον vertendo expreſſit.

διώρισται τὸ τοιοῦτον] Aretini verſio τι τοιοῦτον reddidit *tale aliquid, quibus.*

καὶ δίκαιον, καὶ δεῖ] In Victoriana male diſtincta haec leguntur *καὶ δίκαιον. καὶ δεῖ*, ſed verſio recte junxit. Sequens *δεσπόζειν* eſt *dominari*, id eſt, tanquam dominum ſervo imperare.

ἀσύμφορον] Hoc vulgato *ἀσυμφόρως* ſubſtitui, quod Victorius reddidit *detrimentoſum*. Contra Aretinus *inutiliter fit*. Lambinus *est utrique inutiliter imperare*. Giphanius *utrique est inutile*.

21. *φιλία δούλῳ*] De ſervitute naturali loqui Philoſophum monet Camerarius; nam de violenta negat Plato libro ſexto Legum et ipſe noſter Nicomacheorum 8, c. 11. ubi eſt: *φιλία δ' οὐκ ἔστι πρὸς τὰ ἄψυχα, οὐδὲ δίκαιον· ἀλλ' οὐδὲ πρὸς ἵππον ἢ βοῦν, οὐδὲ πρὸς δοῦλον, ᾗ δοῦλος· οὐδὲν γὰρ κοινόν ἐστιν· ὁ γὰρ δοῦλος ἔμψυχον ὄργανον, τὸ δ' ὄργανον ἄψυχος δοῦλος· ᾗ μὲν οὖν δοῦλος, οὐκ ἔστι φιλία πρὸς αὐτόν, ᾗ δ' ἄνθρωπος· δοκεῖ γὰρ εἶναί τι δίκαιον παντὶ ἀνθρώπῳ πρὸς πάντα τὸν δυνάμενον κοινωνῆσαι νόμου καὶ συνθήκης· καὶ φιλίας δή, καθ' ὅσον ἄνθρωπος.* In Eudemiis 7, 9. ita traditur *ἐπεὶ δ' ὁμοίως ἔχει ψυχὴ πρὸς σῶμα καὶ τεχνίτης πρὸς ὄργανον καὶ δεσπότης πρὸς δοῦλον, τούτων μὲν οὐκ ἔστι κοινωνία· οὐ γὰρ δύ' ἐστίν, ἀλλὰ τὸ μὲν ἕν, τὸ δὲ τοῦ ἑνὸς οὐδέν, οὐδὲ διαιρετὸν τὸ ἀγαθὸν ἑκατέρῳ, ἀλλὰ τὸ ἀμφοτέρων τοῦ ἑνός, οὗ ἕνεκά ἐστι· τό τε γὰρ σῶμά ἐστιν ὄργανον σύμφυτον, καὶ τοῦ δεσπότου ὁ δοῦλος ὥσπερ μόριον καὶ ὄργανον ἀφαιρετόν, τὸ δ' ὄργανον ὥσπερ δοῦλος ἄψυχος.*

τοῖς φύσει τούτων ἠξιωμένοις] *quibus a natura ſtatus hic tributus est* Victorius, *ſecundum naturam ita diſpoſitis* Aretinus, *quibus haec contigerunt natura* Lambinus, *itaque in domino et ſervo, ea inter ſe natura comparatis et affectis, etiam amicitia non mediocris utilitatis inest: a quibus autem haec affectio abſuerit, in quibusque lex tantum valeat et violentia, in his cernes contrarium, detrimentum* Ramus. Giphanius *quare et utilitas quaedam et amicitia est ſervo dominoque inter ſe natura ad haec aptis: iis autem, qui non ad eundem modum ſunt affecti, ſed lege et vi, contra.* Heinſius *ac idcirco in utroque communis quaedam amicitia atque utilitas, ſi uterque ita ſit natura comparatus, ſicut diximus, hoc est, ſi uterque quaſi a natura factus ſit ad munus ſuum.* Equidem *τοῖς τούτων ἠξιω-*

μένοις ad solos servos natura referendum censeo; nam sequens membrum τοῖς δὲ μὴ τῦτον τὸν τρόπον (intellige ἔχουσι) ad utrumque et dominum et servum referre, absurdum sit.

Fateor tamen mihi dictionem hanc valde insolentem videri de servis a natura factis ad parendum, quique adeo suae imbecillitatis conscii vel eligunt sibi dominum, vel nacti diligunt. Quid verbo τῦτον significare voluerit, facile quidem est ad divinandum; sed grammatica ratio non tam facilis expeditu. Deinde verbum ἔχουσι omissum in illis τοῖς μὴ τῦτον τὸν τρόπον non minus est insolens. Vetus Interpres τοῖς φύσει τοιύτοις ἠξιωμένοις vertit *his qui natura tales dignificantur.*

ὐδὲ πᾶσαι ἀλλήλαις αἱ ἀρχαὶ] Aretinus vertit *nec omnia simul principia.* Legit igitur ἅμα pro ἀλλήλαις. Victorius *neque omnia inter se imperia,* in annotatione interpretatur *non esse idem rationem regendi servos et rationem administrandae reipublicae, et eodem pacto non haberi debere easdem ceteras omnes rectiones et quasi imperia.* Lambinus: *neque omnia imperia inter se esse paria aut eadem.* Ramus *caeteraque inter se imperia.* Giphanius *neque omnia inter se imperia.* Heinsius *ceteraque item, quae sunt plurima, non esse eadem.* Solus igitur Lambinus vidit deesse vocabulum, veluti ἴσαι vel ὅμοιαι, quod interim inserui. Vetus Interpres *nec omnes ad invicem.* Ergo πρὸς ἀλλήλας scriptum legisse videtur: in quo forte vera latet scriptura.

22. τῷ τοιόσδ' εἶναι] *quia est talis* Aretinus et Victorius, *quod talis sit* Lambinus, Ramus et Giphanius, id est quod sit a natura factus alter ad imperandum, alter ad parendum.

τὰ ἐγκύκλια διακονήματα] Haec omisit Aretinus, et ineptissime vertit *pueros docebat servitutem ceu coquinariam et alium hujus generis famulatum:* Sepulveda vertit *vulgaria ministeria,* Victorius *circularia ministeria,* in annotatione *propria servorum, quae solerent in personam eorum cadere certis temporibus:* Lambinus *usitata et vulgaria ministeria,* Perionius *sordida vulgariaque munia,* Camerarius *communia et*

vulgata seu usitata ministeria. Ramus *cyclica et vulgaria ministeria,* Giphanius et Heinsius *quotidiana ministeria.* Vetus Interpres *ancillaria ministeria.* Ceterum commode annotavit Camerarius comoediam Pherecratis δουλοδιδάσκαλος inscriptam, quam memoravit Athenaeus 6, p. 262. ubi miratur Democritus conviva servorum ministrantium continentiam οὐ μόνον διὰ φόβον ἀλλὰ καὶ κατὰ διδασκαλίαν οὐ τὴν ἐν δουλοδιδασκάλῳ Φερεκράτους, ἀλλὰ ἐθισθέντες. Laudatur etiam 7, p. 305, 9, p. 396. et bis a Polluce. Pherecrates autem paulo antiquior Aristophane fuit.

εἴη δ' ἂν ἐπὶ πλεῖον] Inepte Victorius *esse autem latior perceptio harum rerum* melius in annotatione: *perceptionem eam rationemque tradendi illam artem posse adhuc dilatari ac magis magisque fundi.* Lambinus *Possit autem etiam latius manare talium ministeriorum disciplina.* Ramus *cujus modi disciplina multiplex et varia esse possit.* Giphanius *fit autem et amplius talium disciplina.* Heinsius *qualia sane non pauca disci ac doceri possunt.*

δοῦλος πρὸ δούλου] Senarium hunc e Philemonis Παγκρατιαστῇ posuit Suidas in voce πρό, Camerarius vertit: *Servo potior est servus, et herus est hero.* Heinsius: *Est ante servum servus, ante herum est herus.* Supra c. 2, 4. fuit ὄργανον πρὸ ὀργάνων πᾶς ὁ ὑπηρέτης.

οὐδὲν μέγα — οὐδὲ σεμνὸν] Aretinus *non magnum aliquid neque gloriosum,* Victorius *nihil amplum plenumve honoris,* Lambinus *nihil habet magnum, nihil amplum,* Ramus *nec magnificum quicquam aut splendidum,* Giphanius *nihil habet magni aut praeclari,* Heinsius *in quo sane nihil est magnificum aut splendidum.*

ἐπίτροπος] Aretino *vicarius,* Victorio et Ramo *procurator,* Lambino et Giphanio *curator,* Heinsio *dispensator.*

ἑτέρα ἀμφοτέρων τούτων] Camerarius dubitabat, quaenam sint αἱ ἀμφότεραι, num ἡ δεσποτικὴ καὶ ἡ δουλικὴ, an ἡ πολιτικὴ καὶ ἡ φιλοσοφία. De utrisque putat recte haec posse accipi; quod mihi non videtur. Ceterum Giphanius putabat clausulam hanc eo consilio fuisse hic interpositam ab Aristotele, ut moneret, artem rei parandae non esse scientiam

vel servorum vel dominorum propriam, sed ab utraque distinctam, et illas aliis in rebus cerni. Conringius censuit totum hoc comma περὶ κτητικῆς aliunde huc intrusum fuisse. Nec enim, inquit, videtur de servo et domino hoc loco quicquam superesse, de quo sit docendum. Illa autem περὶ κτητικῆς nihil omnino huc faciunt; eoque commentatores miras nobis interpretationes in medium attulerunt. Idem initio sequentis capitis quaedam deesse putabat, ubi est ὅλως δὲ περὶ πάσης, quorum partem fuisse suspicabatur ea, quae huc in alienum locum immigrasse censebat. Sed prima ista suspicionis causa, quod nihil haec περὶ κτητικῆς ad disputationem de servo et domino vel potius περὶ δεσποτικῆς καὶ δουλικῆς ἐπιστήμης pertinere existimabat, plane falsa est, uti demonstrabo ad sequentis capitis sectionem eam, quae accurate hanc κτητικὴν pertractat. Ipse enim Conringius ut plerique omnes interpretes vim et significationem propriam τῆς κτητικῆς ignorasse videtur; quod fiet manifestum considerantibus versiones. Aretinus ita vertit: *Acquirendi vero disciplina alia est ab utraque istarum, ceu bellica quaedam justa aut venatica.* Victorius *Ratio autem quaerendi rem diversa est ab ambabus his, ceu justa, (id est vera aequaque) quae est bellica quaedam vel venatorica.* Lambinus *Ars porro rei quaerendae ab utraque harum differt, ut quae sit veluti quaedam ars rei militaris justa aut ars venandi.* Ramus *Parandarum autem opum et facultatum ratio ab hac utraque et dominorum et servorum scientia diversa est, cujus generis sunt justae militiae ratio et venatio.* Giphanius *Caeterum ars rei parandae ab utraque hac differt, ut justa belli gerendi ratio aut venandi.* Heinsius *ab utraque autem hac sive arte sive disciplina differt illa, quae parandae rei rationem docet. De justa autem loquor. Justa vero est, cum juste exercetur.* Cetera omisit. Apparet omnes τὴν κτητικὴν confudisse cum χρηματιστικῇ, a qua tamen ipse eam Philosophus accuratissime deinceps distinguit. Κτῆσις enim, ad quam κτητικὴ pertinet quaerendam et augendam, complectitur eam possessionem, quae ipsa per se et usu suo fructum domino largitur. Alia ratio est τῶν χρημάτων.

Deinde in eo omnes praeter Victorium a vero aberraverunt, cum verba οἷον ἡ δικαία copularunt cum sequentibus πολεμική τις οὖσα, quasi de justo bello et de justa venatione Philosophus dixerit. Potius locus erat ita convertendus: *Ars autem quaerendi et augendi* τὴν κτῆσιν *seu possessionem ab utraque hac diversa est, quae quidem naturalis est et justa, qualis est ars belli gerendi et venatoria.* Cetera explicabuntur ad sequentis Capitis sectionem.

Ad Caput III.

κτήσεως] *Totaliter autem de omni possessione et quaestu* Aretinus, *de omni possessu bonorum et ratione pecuniaria* Victorius, *de omni rei familiaris possessione reique numariae quaerendae ratione* Lambinus, *de universa re familiari et pecuniae quaerendae ratione* Giphanius. Sed de χρηματιστικῇ accuratius postea dicetur. τρόπον ὑφηγημένον vetus Interpres *subinductum* vertit.

κερμιδοποιϊκή] Victoriana prior et Zuingeriana κερμιδοποιητική habent, quod praeferebat Casaubonus.

2. ἡ αὐτὴ τῇ οἰκονομικῇ ἡ χρ.] Vulgatam αὐτὴ οἰκονομικὴ τῇ χρηματιστικῇ monente Sylburgio correxi.

ἢ ἕτερον εἶδος] Victorius interpretatur *alia quaedam ars*, igitur εἶδος τέχνης. Comparat locum Rhetoricorum 3, c. 13, 5. δεῖ δὲ εἶδός τι λέγοντα καὶ διαφορὰν ὄνομα τίθεσθαι· εἰ δὲ μὴ, γίγνεται κενὸν καὶ ληρῶδες. Deinceps noster ponit ἕτερόν τι γένος.

ὁ πλοῦτος, ὥστε πρῶτον] Pro χρήματα dixit πλοῦτος. Sed deinceps insolens est usus vocabuli ὥστε in apodosi; solennis enim est in consecutione duorum vel plurium membrorum. Deest etiam verbum θεωρητέον vel simile. Victorii versio *quaeritur*, Lambinus *quaerendum*, Ramus *ambigetur* addidit. Giphanius pro ὥστε reddidit *certe*. Montecatinus ab initio Εἴπερ ἐστὶ scribi voluit; Conringius putat tale quid deesse: Quoniam ἡ κτῆσις variis constat speciebus, quaeri potest, utrum omnis omnino possessionis cura in quaestionem veniat, an non omnis, sed quaedam ad oeconomiam perti-

neat. Et quidem inter ſpecies τῶν κτήσεων praecipua eſt alimentum; hoc autem e terra potiſſimum paratur; itaque ante omnia quaerendum ἡ γεωργικὴ πότερον μέρος τι et cetera.

3. καὶ πρὸς τὴν αἵρεσιν τὴν τούτων] Haec Aretinus omiſit ῥαστώνας reddens *facultatem victus.* Victorius *ad facilitatem et ſumtionem.* Lambinus *ad facilitatem commoditatemque victus et harum rerum electionem*, Ramus *itaque commoditatis gratia, ut rerum delectus haberetur*, Giphanius *quare pro opportunitatibus et delectu earum*, Heinſius *natura prout commodisſime exiſtimavit ſingula iſtorum — ſeligi ab iis posſe ac comparari, ita:*

4. Ὁμοίως δὲ τὸ τῶν ἀνθρώπων] Intellige γένος, quod tamen in antecedentibus nondum fuerat poſitum. Aretinus vertit *Hoc idem est in hominibus.* Lambinus *itemque hominum.* An fuit ὁμοίως δὲ ἐπὶ τῶν ἀνθρώπων? Vetus Interpres vertit *Similiter autem et hmoi* (i. e. homini) ſed Thom. *hominum* habet, unde corrigo ὁμοίως δὲ καὶ τῶν ἀνθρώπων. Repete *οἱ βίοι διεστᾶσι.* Deinceps πολλοὶ Aldina, πολὺ Camotiana habet, neutrum reddidit Aretinus; poſterius praetulit Caſaubonus.

θάλατταν τοιαύτην] Lambinus *mare piscationi opportunum accolunt.* Deinceps καὶ ἡμέρων καρπῶν, omiſſo articulo τῶν, Victoriana prior et Zuingeriana.

5. αὐτόφυτον] Vetus Interpres: *ſponte natam elaborationem;* Aretinus vertit *ſecundum propriam et innatam nobis operationem non per commutationem et commercia ſibi praeparant alimentum.* Victorius *quaecunque ſuam e ſeque natam culturam habent*, in annotatione interpretatur *quae res neceſſarias victui parant ſtatim ex ipſo illo ſtudio*, ἐργασίαν *ſtudium vel artem*, αὐτόφυτον, *quae pariat ipſa vi ſua ſineque alius auxilio, quod alat.* Lambinus *quae quidem opera nativa conſtent.* Ramus *quae naturali munere atque officio ſibi alimentum comparant.* Giphanius *quarum naturalis est actio.* Heinſius *quos ſine ulla permutatione cauponatione aut ſimili ſolertia matrum prudentisſima natura alit ac ſuſtentat.* ἐργασία αὐτόφυτος eſt opera collocata et occupata in colenda et

utenda ea victus materia quam natura ipſa ſponte ſuppeditat. Sequens προσαναπληρῶντες vetus Interpres vertit *conſupplentes*, quaſi συναναπλ. ſcriptum legiſſet. Poſtea τελειωθεῖσι vertit *ſecundum perfectionem*. Male Thom. *ſecundum perfectam*.

6. σκωληκοτοκεῖ] Solet Ariſtoteles inſectorum ortum a verme repetere, quamquam in quibusdam ovum agnoverit, quod eſt tamen ita plerumque minutum aut abſconditum, ut vel agnoſci vel reperiri facile non poſſit. Peperit errorem etiam genus inſectorum varium, quod ova intus excludit et fetus vivos inſtar vermium parit.

τοῖς γινομένοις] Sylburgii correctionem γεννωμένοις probavit Caſaubonus. Quod dicit γάλακτος φύσιν, id comparat Victorius cum dictione in libris de ortu animalium σπέρματος φύσιν, et in Nicomacheis φύσιν ψυχῆς. Quod autem addit καλουμένην, ſignificare voluit, alios alio vocabulo appellaſſe id genus nutrimenti.

7. Ὥστε — ὅτι καὶ γινομένοις] Vitium in verbo γινομένοις eſt manifeſtum, idque agnovit etiam Montecatinus et Conringius et Giphanius. Victorius in verſione omiſit. Conringius ait veterem Interpretem atque Aretinum videri legiſſe ſcriptum τελειουμένοις, idque cum Montecatino unice verum putat. Sed debet eſſe τελειωθεῖσι. Aretinus habet *genitis*. Vetus Interpres habet: *quare ſimiliter palam, quoniam et genitis exiſtimandum plantas animalium gratia eſſe*. Sed Ramus ſimiliter *animantibus adultis et aetate confirmatis* habet; quem recte ſecutus eſt Heinſius, eumque Garvius; nam Schloſſerus nec γινομένοις nec τελειωθεῖσι reddidit, quemadmodum Lambinus. Giphanius ſenſum bene quidem perſpexit, ſed in verbis haeſit, quae plane tollenda cenſuit, itaque ſcribi voluit ὥστε τά τε φυτὰ τῶν ζώων etcet. Ceterum alia ratione ſed minus arguta Cicero de natura deorum 2, 62 ſeqq. docere conatur omnia, quae ſunt in hoc mundo, quibus utuntur homines, hominum cauſa facta eſſe et parata. — Deinceps Εἰ γὰρ vel Εἰ γοῦν ſcriptum maluit Conringius, ut oratio magis perſpicua fieret.

ὃ μέρος αὐτῆς] Referendum *αὐτῆς* esse ad *πολεμικῆς*, non ad *χρηματιστικῆς*, recte monuit Giphanius. Docet id etiam locus geminus supra Cap. 2, sect. 23. *ἡ δὲ κτητικὴ ἑτέρα ἀμφοτέρων τούτων, οἷον ἡ δικαία, πολεμική τις οὖσα ἡ θηρευτική.* Ubi quae *δικαία* dicitur, hoc loco est *φύσει*, naturalis, igitur etiam *δικαία*. Camerarius bene comparavit locum Platonis in Sophista sect. 5. ubi est: *κτητικῆς δὲ — δύο εἴδη, τὸ μὲν ἑκόντων πρὸς ἑκόντας μεταβλητικὸν ὂν διά τε δωρεῶν καὶ ἀγοράσεων καὶ μισθώσεων, τὸ δὲ λοιπὸν ἢ κατὰ ἔργα ἢ κατὰ λόγους χειρούμενον ξύμπαν χειρωτικὸν ἂν εἴη. — Τὴν χειρωτικὴν — διχῇ τμητέον, τὸ μὲν ἀναφανδὸν ὅλον ἀγωνιστικὸν θέντας, τὸ δὲ κρυφαῖον αὐτῆς πᾶν θηρευτικόν.* — sect. 8. *τῆς πεζῆς θήρας γίγνεται δύο μεγίστω τινὲ μέρη — τὸ μὲν τῶν ἡμέρων, τὸ δὲ τῶν ἀγρίων· ἔστι γάρ τις θήρα τῶν ἡμέρων εἴπερ γέ ἐστιν ἄνθρωπος ἥμερον ζῶον. — Διττὴν τοίνυν τὴν ἡμεροθηρικὴν εἴπωμεν, τὴν μὲν ληστικὴν καὶ ἀνδραποδιστικὴν καὶ τυραννικὴν καὶ ξύμπασαν τὴν πολεμικήν, ἓν πάντα, βίαιον θήραν, ὁρισάμενοι.*

ὄντα τὸν πόλεμον] Vetus Interpres *ὄντα καὶ πρῶτον τὸν πόλεμον* scriptum legit, vertit certe; quae varietas non est contemnenda.

ὅπως ὑπάρχῃ] *quo ea subsint*, *quorum* Aretinus, *ut sit, earum scilicet rerum, quae conduntur* Victorius, referens verbum *εἶδος κτητικῆς*. Lambinus *cui quidem aut suppetere oportet res necessarias aut ipsam suppeditare, ut eae pecuniae suppetant ac praesto sint, quae recondi ac reponi solent*. Is igitur scriptum voluisse videtur *ἢ δεῖ ἤτοι ὑπάρχειν*, verbum postremum referens, ut sequens *ὑπάρχῃ*, ad omissum *ταῦτα*, cui respondet hoc *ὧν ἐστι θησαυρισμός*. Zuingerus malebat *ὅτι δεῖ ἤ τοι ὑπάρχειν*, ut rationem afferat, cur pars sit oeconomicae quaestuaria ista. Hanc scripturam reddidit Schlosserus. Ramus vertit: *quam ipsam partem aut subesse jam et suppetere necesse est, aut certe praestare, ut adsint hae copiae.* Giphanius *quam vel adesse oportet vel efficere eam, ut adsit ad res vitae necessarias parandas et utiles ad societatem civitatis vel domus.* Heinsius: *Patrem enim familias oportet aut habere in antecessum, quae jam diximus, aut parare saltem, si non habeat in antecessum, idque ea faculta-*

ès, quae nonnullis quaeſtuaria, nonnullis rei comparandae ratio vocatur. Nihil enim recte geri aut in domo aut in civitate poteſt, niſi copia earum adſit rerum, quae ut ſunt ad vitam neceſſariae, ita ad ſocietatem civitatis et familiae omnino requiruntur. Is ſcilicet ſcribi voluit ὡς ἔσται θησαυρισμὸς, aſſentiente Conringio. Giphanius in annotatione interpretatur hunc locum ita: *nimirum patri familias et reipublicae gubernatori eam artem eſſe neceſſariam, ut vel ipſi eam norint aut certe alios habeant tanquam vicarios qui eam norint.* Sed haec non inſunt graecis verbis. Ars, quae nunc peculiari notione dicitur κτητικὴ, eſt ea, quae ſervos et feras parat in uſum hominum. Haec partem facere dicitur oeconomiae, quae copias congeſtas adminiſtrat et diſpenſat, non congerit aut parat. Hinc adeſſe oeconomiae debet haec κτητικῆς ſpecies, id eſt ſuppetere debent oeconomicae arti et ſervi et pecora domeſtica, quibus utatur ad uſus ſuos. Hoc dicit ὃ δεῖ ἤτοι ὑπάρχειν ἢ πορίζειν αὐτὴν, ὅπως ὑπάρχῃ: i. e. *aut paratam adeſſe et ſuppetere oportet* hanc κτητικῆς ſpeciem, aut, niſi parata adſit, ipſam oeconomicam (nam αὐτὴν non poteſt referri ad εἶδος κτητικῆς, ſed refertur ad οἰκονομικῆς) oportet providere et curare, ut parata adſint et ſuppetant ea, *quibus congeſtis et paratis opus est ad vitam domeſticam et civilem bene degendam.* Debere autem αὐτὴν referri ad artem oeconomicam, manifeſtum fit etiam inde, quod haec κτητικῆς ſpecies ſervos et pecora parat, non ea ὧν ἐστι θησαυρισμός. Hoc vero potius eſt munus oeconomici congerere, adminiſtrare et congeſta diſpenſare ad varios hominum et pecorum uſus. Haec de prima ſpecie τῆς κτητικῆς hoc loco dici videntur. De altera vero, quam χρηματιστικὴν proprie dicit, infra eſt capite 7 (vulgarium editionum) ubi ait ex diſputatis eo usque eſſe manifeſtum πότερον τοῦ οἰκονομικοῦ καὶ πολιτικοῦ ἐστιν ἡ χρηματιστικὴ ἢ οὔ· ἀλλὰ δεῖ τοῦτο μὲν ὑπάρχειν· ὥσπερ γὰρ καὶ ἀνθρώπους οὐ ποιεῖ ἡ πολιτικὴ, ἀλλὰ λαβοῦσα παρὰ τῆς φύσεως χρῆται αὐτοῖς· οὕτω καὶ τροφὴν τὴν φύσιν δεῖ παραδοῦναι γῆν ἢ θάλατταν ἢ ἄλλο τι· ἐκ δὲ τούτων, ὡς δεῖ, ταῦτα διαθεῖναι προσήκει τὸν οἰκονόμον. Quod ſi vero haec χρηματιστικὴ non pertinet ad οἰκονομικὴν, nec partem ejus

ὃ μέρος αὐτῆς] Referendum *αὐτῆς* eſſe ad *πολεμικῆς*, non ad *χρηματιστικῆς*, recte monuit Giphanius. Docet id etiam locus geminus ſupra Cap. 2, ſect. 23. *ἡ δὲ κτητικὴ ἑτέρα ἀμφοτέρων τούτων, οἷον ἡ δικαία, πολεμική τις οὖσα ἢ θηρευτική.* Ubi quae *δικαία* dicitur, hoc loco eſt *φύσει*, naturalis, igitur etiam *δικαία*. Camerarius bene comparavit locum Platonis in Sophiſta ſect. 5. ubi eſt: *κτητικῆς δὲ — δύο εἴδη, τὸ μὲν ἑκόντων πρὸς ἑκόντας μεταβλητικὸν ὂν διά τε δωρεῶν καὶ ἀγορασιῶν καὶ μισθώσεων, τὸ δὲ λοιπὸν ἢ κατὰ ἔργα ἢ κατὰ λόγους χειρούμενον ξύμπαν χειρωτικὸν ἂν εἴη. — Τὴν χειρωτικὴν — διχῇ τμητέον, τὸ μὲν ἀναφανδὸν ὅλον ἀγωνιστικὸν θέντας, τὸ δὲ κρυφαῖον αὐτῆς πᾶν θηρευτικόν.* — ſect. 8. *τῆς πεζῆς θήρας γίγνεται δύο μεγίστω τινὲ μέρη — τὸ μὲν τῶν ἡμέρων, τὸ δὲ τῶν ἀγρίων· ἔστι γάρ τις θήρα τῶν ἡμέρων εἴπερ γέ ἐστιν ἄνθρωπος ἥμερον ζῶον. — Διττὴν τοίνυν τὴν ἡμεροθηρικὴν εἴπωμεν, τὴν μὲν ληστικὴν καὶ ἀνδραποδιστικὴν καὶ τυραννικὴν καὶ ξύμπασαν τὴν πολεμικήν, ἓν πάντα, βίαιον θήραν, ὁρισάμενοι.*

ὄντα τὸν πόλεμον] Vetus Interpres *ὄντα καὶ πρῶτον τὸν πόλεμον* ſcriptum legit, vertit certe; quae varietas non eſt contemnenda.

ὅπως ὑπάρχῃ] *quo ea ſubſint, quorum* Aretinus, *ut ſit, earum ſcilicet rerum, quae conduntur* Victorius, referens verbum *εἶδος κτητικῆς*. Lambinus *cui quidem aut ſuppetere oportet res neceſſarias aut ipſam ſuppeditare, ut eae pecuniae ſuppetant ac praeſto ſint, quae recondi ac reponi ſolent.* Is igitur ſcriptum voluiſſe videtur *ᾗ δεῖ ἤτοι ὑπάρχειν*, verbum poſtremum referens, ut ſequens *ὑπάρχῃ*, ad omiſſum *ταῦτα*, cui reſpondet hoc *ὧν ἐστι θησαυρισμός*. Zuingerus malebat *ὅτι δεῖ ἤ τοι ὑπάρχειν*, ut rationem afferat, cur pars ſit oeconomicae quaeſtuaria iſta. Hanc ſcripturam reddidit Schloſſerus. Ramus vertit: *quam ipſam partem aut ſubeſſe jam et ſuppetere neceſſe est, aut certe praeſtare, ut adſint hae copiae.* Giphanius *quam vel adeſſe oportet vel efficere eam, ut adſit ad res vitae neceſſarias parandas et utiles ad ſocietatem civitatis vel domus.* Heinſius: *Patrem enim familias oportet aut habere in anteceſſum, quae jam diximus, aut parare ſaltem, ſi non habeat in anteceſſum, idque ea faculta-*

ἣ, *quae nonnullis quaestuaria, nonnullis rei comparandae ratio vocatur. Nihil enim recte geri aut in domo aut in civitate potest, nisi copia earum adsit rerum, quae ut sunt ad vitam necessariae, ita ad societatem civitatis et familiae omnino requiruntur.* Is scilicet scribi voluit ὡς ἔσται θησαυρισμός, assentiente Conringio. Giphanius in annotatione interpretatur hunc locum ita: *nimirum patri familias et reipublicae gubernatori eam artem esse necessariam, ut vel ipsi eam norint aut certe alios habeant tanquam vicarios qui eam norint.* Sed haec non insunt graecis verbis. Ars, quae nunc peculiari notione dicitur κτητική, est ea, quae servos et feras parat in usum hominum. Haec partem facere dicitur oeconomiae, quae copias congestas administrat et dispensat, non congerit aut parat. Hinc adesse oeconomiae debet haec κτητικῆς species, id est suppetere debent oeconomicae arti et servi et pecora domestica, quibus utatur ad usus suos. Hoc dicit ὃ δεῖ ἤτοι ὑπάρχειν ἢ πορίζειν αὐτήν, ὅπως ὑπάρχῃ: i. e. *aut paratam adesse et suppetere oportet* hanc κτητικῆς speciem, aut, nisi parata adsit, ipsam oeconomicam (nam αὐτὴν non potest referri ad εἶδος κτητικῆς, sed refertur ad οἰκονομικῆς) oportet providere et curare, ut parata adsint et suppetant ea, *quibus congestis et paratis opus est ad vitam domesticam et civilem bene degendam.* Debere autem αὐτὴν referri ad artem oeconomicam, manifestum fit etiam inde, quod haec κτητικῆς species servos et pecora parat, non ea ὧν ἐστι θησαυρισμός. Hoc vero potius est munus oeconomici congerere, administrare et congesta dispensare ad varios hominum et pecorum usus. Haec de prima specie τῆς κτητικῆς hoc loco dici videntur. De altera vero, quam χρηματιστικὴν proprie dicit, infra est capite 7 (vulgarium editionum) ubi ait ex disputatis eo usque esse manifestum πότερον τοῦ οἰκονομίας καὶ πολιτικοῦ ἐστιν ἡ χρηματιστικὴ ἢ οὔ· ἀλλὰ δεῖ τοῦτο μὲν ὑπάρχειν· ὥσπερ γὰρ καὶ ἀνθρώπους οὐ ποιεῖ ἡ πολιτική, ἀλλὰ λαβοῦσα παρὰ τῆς φύσεως χρῆται αὐτοῖς· οὕτω καὶ τροφὴν τὴν φύσιν δεῖ παραδοῦναι γῆν ἢ θάλατταν ἢ ἄλλο τι· ἐκ δὲ τούτων, ὡς δεῖ, ταῦτα διαθεῖναι προσήκει τὸν οἰκονόμον. Quod si vero haec χρηματιστικὴ non pertinet ad οἰκονομικὴν, nec partem ejus

facit, non magis haec κτητικῆς species, de qua nunc agitur, οἰκονομικῆς pars esse vel dici potest. Quid igitur? Dicemusne scripturam vulgatam esse vitiosam, et deesse negationem? Ita videtur, et scribendum potius μέρος οὐκ ἔστιν· ὃ δεῖ etcet. Tum vero cogimur Heinsii emendationem recipere ὡς ἔσται, *ut adsit copia.* Video etiam Giphanium dubitasse de sententia Philosophi. Posuit enim in annotatione: *Concludit tandem disputationem de arte rei quaerendae naturali: de qua primum hoc, eam esse artis domesticae partem, sed improprie, ut infra c. 7.* Hunc secutus Heinsius in paraphrasi ante superiora haec posuit: *Ita ut hinc facile quaestio solvatur, quae a nobis supra est posita; utrum nempe ratio quaerendae rei pars domesticae sit disciplinae, sive, ut vulgo vocant, oeconomicae. Respondemus ergo, eam rei acquirendae rationem, quae est a natura, de qua hactenus a nobis dictum est, partem ejus disciplinae dici posse, quanquam fatis, ut quod res est fatear, improprie. Patrem* etcet. Forte etiam scribi πορίζειν αὐτῇ poterit, ut haec κτητικῆς pars, si non suppetat, certe adjungi et suppeditari oeconomicae scientiae debere dicatur. Verum aliam difficultatem objicit nobis sectio sequens, quae vulgatam scripturam tueri videtur. Ibi enim ita concludit disputationem: Ὅτι μὲν τοίνυν (Aldina τοίνυν omisit) ἐστί τις κτητικὴ κατὰ φύσιν τοῖς οἰκονόμοις καὶ τοῖς πολιτικοῖς καὶ δι' ἣν αἰτίαν, δῆλον, quae Ramus vertit: *naturalem quandam quaerendi et parandi facultatem et in oeconomis et in rerum publicarum principibus inesse.* Heinsius *esse igitur quandam rei acquirendae rationem, quae civili partim, partim domesticae inservit facultati, quam dixerunt oeconomicam, ex his apparet.* Ceteri interpretes cautius verba latina totidem graecis commutarunt. Sed aperte Schlosserus *dass die Erwerbkunst der Natur nach Theil der Haushaltungskunst und der Politik seyn müsse:* Garvius aliter *dass also den Haus- und den Staatsverwaltern das Erwerben eines gewissen Eigenthums nach der Natur jener Gesellschaften obliegt.* Verum si verba attendis, minime dicere Aristotelem animadvertes, esse hanc κτητικὴν naturalem partem oeconomicae et politicae scientiae, sed dicere, hanc κτητικῆς speciem εἶναι τοῖς

οἰκονομικοῖς καὶ τοῖς πολιτικοῖς, id eſt *eſſe in uſu, habere eam oeconomicos et politicos.* Itaque manet ſuperior noſtra dubitatio de ſcriptura vulgata. Nam aperte dicitur haec prima ſpecies κτητικῆς debere ὑπάρχειν τῇ οἰκονομικῇ, ut deinde dicitur χρηματιστικὴ ſimiliter debere ὑπάρχειν τῇ οἰκονομικῇ. Quod vero ὑπάρχειν, ſuppetere, debet oeconomicae, quo utatur, id partem ejus non facit, non magis quam coria, quae debent ὑπάρχειν τῇ σκυτοτομικῇ, ſuppetere ſutorum arti, faciunt partem artis ſutoriae. Fortaſſe igitur etiam in altero loco verba ἐστί τις κτητικὴ κατὰ φύσιν τοῖς οἰκονομικοῖς eodem pacto interpretari debemus, tanquam ἐστὶ dictum ſit pro ὑπάρχει.

Sed mirum in modum eandem ſententiam variavit Philoſophus vel librarius. Nam ſect. 20 περὶ τῆς ἀναγκαίας (χρηματιστικῆς, haec eſt illa κτητικὴ, de qua hic agitur) ὅτι ἑτέρα μὲν αὐτῆς, οἰκονομικὴ δὲ κατὰ φύσιν, ἡ περὶ τὴν τροφὴν, οὐχ ὥσπερ αὐτὴ ἄπειρος, ἀλλ' ἔχουσα ὅρον. Deinde ſect. 21. τὸ ἀπορούμενον ἐξ ἀρχῆς πότερον τοῦ οἰκονομικοῦ καὶ πολιτικοῦ ἐστιν ἡ χρηματιστικὴ ἢ οὔ; Vides quatuor modis variari ſententiam πότερον ἡ χρηματιστικὴ τῆς οἰκονομικῆς ἐστι, πότερον ἡ χ. οἰκονομική ἐστι, πότερον ἡ χρ. (vel ἡ κτητικὴ ſect. 9.) τοῖς οἰκονόμοις (κατὰ φύσιν) ἐστὶ, (ut ſect. 22. κατὰ φύσιν ἐστὶν ἡ χρηματιστικὴ πᾶσιν ἡ ἀπὸ τῶν καρπῶν καὶ τῶν ζώων) πότερον ἡ χ. τοῦ οἰκονομικοῦ ἐστι. Additur aliquoties κατὰ φύσιν, veluti ſect. 9. etiam ſect. 17. eſt ἔστι γὰρ ἑτέρα ἡ χρηματιστικὴ καὶ ὁ πλοῦτος ὁ κατὰ φύσιν· (i. e. ἡ κτητικὴ ἡ κατὰ φύσιν) καὶ αὕτη μὲν οἰκονομικὴ, ἡ δὲ καπηλικὴ ποιητικὴ χρημάτων. ſect. 20 περὶ τῆς ἀναγκαίας (χρηματιστικῆς) ὅτι ἑτέρα μὲν αὐτῆς, (τῆς μὴ ἀναγκαίας) οἰκονομικὴ δὲ κατὰ φύσιν, ἡ περὶ τὴν τροφήν. Aliud vero eſt εἶναι τῇ φύσει; veluti ſect. 8. ἡ πολεμικὴ φύσει κτητική πως ἔσται. Ibidem ὡς φύσει δίκαιον τοῦτον ὄντα τὸν πόλεμον· ſect. 10. ἔστι δὲ ἡ μὲν φύσει, ἡ δ' οὐ φύσει αὐτῶν, ἀλλὰ δι' ἐμπειρίας. ſect. 12. ὅτι οὐκ ἔστι φύσει τῆς χρηματιστικῆς ἡ καπηλική. Atque hinc ſatis manifeſtum eſſe puto, ſenſum loci, de quo disputamus, conſtare omiſſo importuno vocabulo μέρος, uti verba ſic procedant: Ἓν μὲν οὖν εἶδος κτητικῆς κατὰ φύσιν τῆς οἰκονομικῆς ἐστιν, ὃ δεῖ ἤτοι ὑπάρχειν ἢ πορίζειν

αὐτὴν, ὅπως ὑπάρχῃ, ὧν ἐστι θησαυρισμός. Videtur Grammaticus aliquis nomen μέρος adfcripfiffe ad εἶδος tanquam interpretationem. Pronomen αὐτὴν licebit nunc referre ad φύσιν. De hac enim verum eft, minime de oeconomica, fi debet ὑπάρχειν ἡ κτητικὴ τῇ οἰκονομικῇ. Et clare nofter infra fect. 21. de χρηματιστικῇ affirmat ἀλλὰ δεῖ τοῦτο μὲν ὑπάρχειν — καὶ τροφὴν τὴν φύσιν δεῖ παραδοῦναι (idem eft πορίζειν) γῆ ἢ θάλατταν ἢ ἄλλο τι, ἐκ δὲ τούτων, ὡς δεῖ, ταῦτα διαθεῖναι προσήκει τὸν οἰκονόμον. Etiam hinc conftat priorem τῆς χρηματιστικῆς partem non effe oeconomicae artis partem. De altera etiam manifeftius eft ex fect. 22. ubi docet, fi χρηματιστικὴ ftatuatur effe μόριον τῆς οἰκονομίας, debere etiam medicinam tanquam partem ejus affumi.

9. ἐκ τούτων] Nempe τῶν ἀναγκαίων καὶ χρησίμων πρὸς ζωὴν εἰς κοινωνίαν πόλεως ἢ οἰκίας.

ἀνδράσι κεῖται] Apud Plutarchum de divitiarum cupiditate p. 152. fcriptum legitur ἀνθρώποισι; Chaeronenfis addit: ἐπεὶ τοῖς γε νῦν ἔχουσιν ὁ τῆς φύσεως πλοῦτος ἀρκεῖται καὶ τὸ τέρμα πάρεστι τῆς χρείας καθάπερ κέντρῳ καὶ διαστήματι περιγραφόμενον. Vetus Interpres πεφασμένον vertit *praefinitus.*

10. οὕτω καλεῖν] Vulgatum αὐτὸ correxi ex Ifingr. cum Cafaubono. Alioqui debebat effe αὐτήν. De eadem re Plato Sophiftae fect. 10. τὸ κτητικῆς τέχνης διπλοῦν ἦν εἶδός που, τὸ μὲν θηρευτικὸν μέρος ἔχον, τὸ δὲ ἀλλακτικόν· τῆς τοίνυν ἀλλακτικῆς δύο εἴδη λέγωμεν, τὸ μὲν δωρητικόν, τὸ δὲ ἕτερον ἀγοραστικὸν etcet.

ἡ δ' οὐ φύσει αὐτῶν] Victorius verba ἡ μὲν φύσει refert ad fuperiorem, de qua dictum fuit, proprie dictam κτητικήν; contra Zuingerus longa annotatione docere conatur, haec feparatim pertinere ad duplex χρηματιστικῆς genus, nec aliquid habere commune cum fuperiore et naturali κτητικῇ. Lambinus ad fuperiora retulit, et verba Ἔστι δὲ — μᾶλλον parenthefi conclufit. Idem fenfit Giphanius et Conringius; atque hic ἔστι γὰρ vel ἔστι δὴ fcribi voluit. Ramus etiam: *Illud fiquidem natura, hoc vero non natura; fed experientia quadam potius et arte comparatum effe.* Neque ulla ratione licet per verba ab hac ratione discedere, quanquam αὐτῶν

paulo insolentius positum est, cum diserte δύο vel ἀμφότεραι non praecesserit; sed ἓν μὲν εἶδος κτητικῆς et ἄλλο γένος κτ. faciunt δύο εἴδη vel γένη; atque hunc numerum δύο intelligere oportet, cum ἡ μὲν — ἡ δὲ αὐτῶν ad priora referuntur. In Zuingeri vero interpretatione tuenda hac ratione uti non licet, sed plane tollendum illud importunum αὐτῶν fuerit. Tum demum vertere licebit verba: *est autem haec* χρηματιστικὴ *partim naturalis, alia non naturalis.*

11. καθ' αὑτό] *secundum ipsam rem* Aretinus, *per se* Victorius, sed in annotatione *propter se.* Ceteri omnes interpretes *per se* vertunt. Deinceps ἡ κατὰ τὴν οἰκείαν χρῆσιν vertisse videtur vetus Interpres.

12. οὐκ ἔστι φύσει — καπηλική] Male vertit Aretinus *non esse secundum naturam ejus quae pertinet ad acquirendum.* Recte contra Victorius *non constare natura pecuniariae genus cauponarium.* Male rursus Lambinus *non esse partem artis pecuniae quaerendae natura.* Ramus *cauponiam artem quaestuariae facultatis naturalem partem non esse.* Ambigue Giphanius *mercaturam non esse partem artis rei quaerendae naturalis.* Heinsius *cauponariam proprie ex natura sua ad pecuniae parandae rationem non pertinere.* Triplex est igitur hujus loci interpretatio; sed Victoriana sola vera est. Vetus Interpres καπηλικὴν ubique *campsoriam* vertit.

ἀναγκαῖον ἦν] Victorius *necesse fuisset.* Lambinus *commutationem facerent,* Giphanius *deberent permutationem facere,* Ramus *cum rerum commutationes hactenus facere cogantur.* Qui cur tempus verbi variaverint, non intelligo.

οἱ μὲν γάρ] Intelligit τοὺς ἐν τῇ πρώτῃ κοινωνίᾳ τῆς οἰκίας familiae ejusdem domo conjunctae membra; ab his distinguuntur οἱ κεχωρισμένοι· ubi Aretinus male *separatim* posuit. *disjuncti* Victorius, *a multis semoti ac sejuncti* Lambinus.

πάλιν καὶ ἑτέρων, ὧν] Copulam καὶ Camotiana et Aretinus omisit, habet Aldina. Ad genitivum casum verbum si repetas ἐκοινώνουν, sensus existit ineptus et contrarius. Aretinus et Victorius verba totidem reddiderunt latina de sen-

tentia securi. Lambinus *rursus etiam alia communia habebant*, Ramus *illi vero communitatis amplioris cives permulta et varia sejuncti teneant* Giphanius *his vero separatis multa rursus et alia erant, quae pro necessitatibus communicari oporteat, ut etiamnum faciunt.* Heinsius *At cum separari homines incipiunt, manet quidem adhuc aliqua communio, sine qua societas non esset, sed quae in diversitate rerum plurium ac dissimilium consistit. Quibus alii cum egeant, alii abundent, danda est opera, ut expleatur indigentia; quae communicatio fit permutatione.* Vitium vidit et corrigere conatus est Perizonius De aere gravi p. 3. qui negationem inserit μὴ, intelligitque verbum ἐκοινώνουν, interpretatus: *at non item ceterarum, quae praeter multas superarant in multis.* Sed ea ratio minime procedit. Debebat enim esse οὐ. Deinde ferrem, si repeteretur τῶν αὐτῶν οὐκ ἐκοινώνουν: sed nunc dicitur πολλῶν καὶ ἑτέρων, Igitur verbum ἰδίοντο vel simile excidit. Nunc video etiam *Füllebornium* vitium vidisse et verbum aliquod desiderasse ad ἑτέρων. — Deinceps Aretinus posuit *Inutilia enim sibi pro utilibus tradunt.*

13. κατὰ λόγον ξενικωτέρας] *secundum rationem: nam cum a remotioribus quaererent auxilium* Aretinus, *ratione: cum enim longinquius commodum, quod hinc capitur, factum esset* Victorius; *convenienter rationi. Cum enim subsidium illud fieret magis ac magis externum ac longinquum* Lambinus, *non sine ratione: Nam cum ab exteris et longinquis regionibus auxilia atque adjumenta peterentur* Ramus, *recte illa existit. Nam subsidio longinquiore facto* Giphanius: In annotatione monet quosdam male *per rationem* vertere, ipse interpretatur *optima ratione.* Cum Thoma et Montecasino *secundum rationem sive ex consilio* malebat Piccartus. Heinsius *convenienti ratione est nata. Nam cum illi, qui jam longius abessent, sibi mutuo succurrere ac subvenire vellent.* Camerarius *adjumentum remotius et extraneum.* Vetus Interpres ξενικῆς videtur vertere *peregrino.* Idem verba καὶ ἐκπέμπειν ὧν ἐπλεόναζον omisit.

14. σφᾶς αὐτοὺς] Victoriana cum Aldina hic et ubique σφὰς dedit, quod servavit Zuingeriana, ceterae mutarunt in morem

tem Atticum recte. Homericum est Iliad. 5, 567. μέγα δέ σφας ἀποσφήλειε πόνοιο.

ὃ τῶν χρησίμων αὐτὸ ὂν] Hoc non pertinet ad naturam numismatis; nam potest esse etiam ipsum τῶν μὴ χρησίμων, veluti gentes quaedam orientales conchyliis quibusdam utuntur. De ortu et usu nummorum noster Nicomacheorum 5, 5. διὸ πάντα συμβλητὰ δεῖ πως εἶναι, ὧν ἐστιν ἀλλαγή· ἐφ' ὃ τὸ νόμισμα ἐλήλυθε· καὶ γίνεταί πως μέσον· πάντα γὰρ μετρεῖ. — οἷον δ' ὑπάλλαγμα τῆς χρείας τὸ νόμισμα γέγονε κατὰ συνθήκην· καὶ διὰ τοῦτο τοὔνομα ἔσχε νόμισμα, ὅτι οὐ φύσει ἀλλὰ νόμῳ ἐστὶ, καὶ ἐφ' ἡμῖν μεταβάλλειν καὶ ποιῆσαι ἄχρηστον. Ὅτι δὲ ἡ χρεία συνέχει ὥσπερ ἕν τι ὂν, δηλοῖ, ὅτι, ὅταν μὴ ἐν χρείᾳ ὦσιν ἀλλήλων ἢ ἀμφότεροι ἢ ἅτερος, οὐκ ἀλλάττονται, ὥσπερ ὅταν οὗ ἔχει αὐτὸς, δέηταί τις, οἷον οἴνου, διδόντες σίτου ἐξαγωγήν. Δεῖ ἄρα τοῦτο ἰσασθῆναι. Ὑπὲρ δὲ τῆς μελλούσης ἀλλαγῆς, εἰ νῦν μηδὲν δεῖται, ὅτι ἔσται ἐὰν δεηθῇ, τὸ νόμισμα οἷον ἐγγυητής ἐστιν ἡμῖν· δεῖ γὰρ τοῦτο φέροντι εἶναι λαβεῖν etc.

μεγέθει καὶ σταθμῷ] Hoc genus Romani *aes grave* dixerunt. Victorius cum dictione χαρακτῆρα ἐπιβάλλειν comparavit Platonicum σημεῖον ἐπιβάλλειν e libro nono Legum.

καπηλικὸν — μεταβαλλόμενον] Vetus Interpres *campsoriam* vertens ἡ καπηλικὴ scriptum legisse videtur. Idem deinceps τὸ μὲν οὖν πρῶτον vertit *primum quidem igitur*. Monuerunt interpretes, Aristotelem vocabulum prius latiore notione accepisse, quam Platonem in Sophista, qui τῆς ἀγοραστικῆς tres facit partes, τὸ αὐτοπωλικὸν, τὸ ἐμπορικὸν, τὸ καπηλικόν. Hinc recte Giphanius *mercaturam* vertit solus. Ad verbum μεταβαλλόμενον intelligunt τὸ νόμισμα; si vero articulum τὸ addideris, praeter nummos comprehendet verbum omne mercium genus.

πόθεν ἔσται πλῆθος χρημάτων] Egregia est, ut mihi quidem videtur, Giphanii ad haec observatio, monentis, rectius omitti χρημάτων, ut πλῆθος intelligatur νομίσματος.

16. Καὶ γὰρ τὸν πλοῦτον] In his videtur quidem inesse ratio, cur copulaverit mentionem πλούτου cum vocabulo χρημάτων; sed sequens membrum ὅτι δὲ πάλιν videtur docere, doctrinae novum membrum exordiri Philosophum; quare

cum Giphanio causalem γὰρ deletam malim. Deinceps ποιητικὴ γὰρ τοῦ πλούτου omisso verbo εἶναι vertit vetus Interpres. εἶναι pendet a verbo δοκεῖ, si bene habet scriptura.

ὅτε δὲ λῆρος — καὶ νόμος] Aldina cum Victoriana et Zuingeriana ὅτε habent; deinceps Aldina et Camotiana εἶς νόμος, quod Camerarius in εἶναι νόμος mutatum voluit. Aretinus vertit *Contra vero interdum futile quiddam videntur numus et lex et nequicquam secundum naturam.* Legit igitur scriptum καὶ νόμος καὶ παντάπασι φύσει οὐθέν. Victorius *videtur esse nugae et opinio penitus.* Camerarius *arbitrio hominum ubique et prorsus pecuniae ratio constituitur, et secundum id valet.* Lambinus *nugatorium quiddam — et lege prorsus constare.* Ramus *res levis et inanis solaque hominum lege, nulla naturae lege, fundata et constituta.* Giphanius *nugae videtur esse numus et lege omnino, natura minime.* Lambinus νόμῳ scriptum maluit, cui favere videtur sequens φύσει. Sed argutior dictio videtur servato νόμος, ut simul ad originem vocis respiciatur. Scilicet a νόμος factum in usum venit νόμισμα, ut in Nicomacheis monuit etiam noster; hinc Platonis vel potius incerti auctoris Eryxias ἐν Λακεδαίμονι σιδήρῳ σταθμῷ νομίζουσι id est, utuntur ferreo numo pro ponderis ratione.

μεταθεμένων] *mutatis iis* Aretinus, *mutato animo eorum* rectius Victorius, *ubi eum immutarunt* Lambinus, *si legem suam et institutionem mutaverint* Ramus, *mutata utentium voluntate* Giphanius. Deinceps malim τὸν πλοῦτον. Sequens αὐτῷ omisit Aldina et Camotiana. Vetus Interpres γιγνομένων omisit vertens *omnibus sibi exhibitis aureis.*

17. Διὸ ζητοῦσιν] Dubium est, qui dicantur quaerere, et quid. Si sunt philosophi, qui quaerunt, profecto illi quaerunt aliud quam πλοῦτον, aliud etiam quam χρηματιστικήν; quaerunt scilicet veram rationem, qua χρηματιστικὴν discernant a πλούτῳ. Igitur deest verbum ἀποφαίνειν vel simile, quod significet *demonstrare* vel *docere.* Accedit altera dubitatio, qui possit χρηματιστικὴ opponi πλούτῳ, cum potius τὰ χρήματα videantur opponi πλούτῳ debere. Sed eadem dictio statim repetitur, ubi est ἔστι γὰρ ἑτέρα ἡ χρημα-

τιστικὴ καὶ ὁ πλοῦτος ὁ κατὰ φύσιν· ubi dictionis inſolentia ad ſententiae ineptias accedit. Quo enim refertur αὕτη μὲν οἰκονομική? quo deinceps ἡ δὲ καπηλική? Ad χρηματιστικὴν referri αὕτη non poteſt; nam ſaepius negatur, χρηματιστικὴν pertinere ad oeconomicam artem; multo etiam minus καπηλική. Supereſt igitur ὁ πλοῦτος ὁ κατὰ φύσιν. At qui poteſt fieri per grammaticas leges, ut αὕτη referatur ad πλοῦτος? Equidem video ſententiam flagitare τὴν κτητικὴν, quae veras et naturales divitias parat et pertinet ad oeconomiam, ut ſupra fuit demonſtratum; ſed verba huic ſententiae accommodari qui posſint niſi per durisſimam metonymiam, equidem non intelligo. Interpretes omnes de hoc loco ſilent; in Heinſiana tamen paraphraſi veſtigia veri apparent.

πάντως ἀλλ' ἢ] Aretinus *non ſimpliciter ſed per ipſarum pecuniarum commutationem*, reddidit, quaſi ἁπλῶς ſcriptum legiſſet, et deinceps ἀλλὰ διὰ χρ. μ. Similiter Victorius *non modis omnibus ſed per commutationem pecuniarum*. Lambinus *non omni modo ſed pecuniae permutatione*. Ramus *non omni ratione ſed ipſarum pec. commutatione*. Giphanius *non omnifariam ſed rebus permutandis*. Omnino ſi πάντως probetur, deinceps etiam ἀλλὰ διὰ ſcribendum videtur; contra ſi ἀλλ' ἢ ut vera ſcriptura probetur, πάντως in πᾶσα mutandum videtur.

Καὶ ἄπειρος δὴ] Novae ſententiae vel potius comparationis initium hinc ſumit Giphanius, ſcribens δὲ probabili conjectura.

τοῦ ὑγιαίνειν εἰς ἄπειρον — τοῦ τέλους εἰς ἄπειρον] Aretinus et Victorius totidem verba latina reddiderunt, Lambinus *ſanandi cupida in infinitum — finem ſuum expetit in infinitum*, Ramus *medicinae proſperae valetudinis et unaquaeque ars immenſum quendam gradum et progreſſum finis ſui ſibi proponit*: Giphanius *ad ſanandum infinite fertur, ut ars quaeque ad finem infinite*, Heinſius *Nam quemadmodum in aliis quoque artibus finis quem proponimus est infinitus, quamvis inſtrumenta, quibus tendimus ad finem, ſint determinata; ita et hic agitur. Sic exempli gratia ſanitas est finis medici; ad quem finem tendit omni modo me-*

dicus — Studium ergo medici in conferenda sanitate et cura non determinatur, quamvis instrumenta quibus utitur, determinata sint. Camerarius etiam τέλος *finem*, πέρας *terminum* interpretatur. — Deinceps τέλος δὴ ὁ τοιοῦτος scribi voluit Conringius, sed ita omnis argumentationis vis perit.

18. οὐ γὰρ τοῦτο — ἔργον] nempe χρήματα ποιεῖν· nisi forte ταὐτὸ scribi debeat. Sed Montecatinus scribi voluit οὐ χρημάτων κτῆσις ἐστὶ τέλος, assentiente Conringio, qui veterem interpretem atque Aretinum ita scriptum legisse videri addit. Aretinus vertit: *Sed rei familiaris non augendae rei est finis: non enim hoc est rei familiaris opus.* Hinc igitur nullum praesidium conjecturae vanae et inutili peti potest, Οἰκονομίας deinceps maluit Casaubonus. Sequens τῇ adverbii significatione poni, monuit Camerarius, *hactenus, hoc pacto, quodam modo.* χρηματιζόμενοι τὸ νόμισμα vertit vetus Interpres *pro rebus ad usum habentes numisma.*

τὸ σύνεγγυς αὐτῶν] Intelligo τῆς οἰκονομικῆς καὶ χρηματιστικῆς. Sequens τοῦ αὐτοῦ refertur, credo, ad νόμισμα. Camerarius vertit: *Causa est quaestuum istorum affinitas. Implicatur enim usus, qui est uterque in pecuniaria ratione ejusdem rei.* Aretinus *variatur enim usus ejusdem existens utriusque acquisitionis.* Lambinus *alternat enim ejusdem rei usus, cum sit utriusque rationis ad pecuniam quaerendam pertinentis.* Victorius *immutatur enim usus, qui ejusdem est utriusque pecuniariae.* Ramus, *varius enim usus est ejusdem rei, cum ad utramque quaerendi speciem referri possit.* Giphanius *Mutat enim usus ejusdem rei utriusque artis, rei quaerendae.* Heinsius *usus enim utriusque, partim quia utraque versatur circa idem, partim quod eodem quoque nomine utraque appellatur, inter se confunditur.* Vides igitur interpretes omnes ἑκατέρας scriptum vertisse, non quod vulgabatur, ἑκατέρα; quin id ipsum Sepulveda rescribi voluit approbante Zuingero. Victorius de hoc dissensu interpretum monuerat in priore Editione; in altera ea de re tacet et hanc interpretationem ponit: *imprudenter saepe capitur alter pro altero, quia utriusque rationis ille idem est, scilicet usus ac fructus: quaestus enim patris familiae et numularii, id est pe-*

eunia, ambabus rationibus parta, iisdem rebus inservit: possuntque parari et emi ipsa eaedem. Denique Giphanius affirmat ἑκατέρας scribendum esse, atque ita habere libros emendatiores. De librorum auctoritate dubitari jure potest, de emendatione minime, ita tamen ut augmento literae non sit opus, sed puncti. Scribendum scilicet ἑκατέρᾳ casu dativo. Vetus Interpres *existens utraque*, sed Thom. *utrique* habet. Ita de ortu animalium 2, 1. τὰ δ' ἄναιμα οὐ πάντα σκωληκοτοκεῖ ἁπλῶς. ἐπαλλάττει γὰρ ἀλλήλοις τά τ' ἔντομα καὶ τὰ ἀτελῆ τίκτοντα τὰ ᾠά, quae Gaza vertit *exsanguia non omnia vermem pariunt: commutant enim inter se vices insecta et quae ovum pariunt imperfectum.* Usum et notionem verbi docent dentes ἐπαλλάττοντες, quos idem Aristoteles ἐναλλὰξ ἐμπίπτοντας interpretatur. Sed notio paulo diversa in loco de vitae brevitate c. 1. κατ' ἐνίας νόσους ἐπαλλάττει τὰ νοσώδη τὴν φύσιν σώματα τοῖς βραχυβίοις, quae Gaza vertit: *secundum quosdam quidem morbos vicissim mutantur valetudinaria secundum naturam corpora iis quae brevis vitae.* Rectius Budaeus Comment. p. 601. ἐπαλλάττειν interpretatur *alterum pro altero accipi et loco alterius esse.* Quam proposuit Füllebornius conjecturam. ἐπαλλάττει γὰρ ἡ χρῆσις τοῦ αὐτοῦ, ἑτέρα ἄλλη ἑκατέρας τῆς χρηματιστικῆς, equidem non intelligo. Idem verba sequentia τῆς γὰρ αὐτῆς ἐστι χρήσεως κτῆσις tanquam glossema tollenda censuit; de quo deinceps videbimus.

τῆς γὰρ αὐτῆς ἐστι χρήσεως κτῆσις] Aretinus vertit *ejusdem enim usus est acquisitio*, Victorius *ejusdem enim usus est possessio ipsa*, in annotatione interpretatur: *quicquid partum est possideturque ambabus illis rationibus, in se habet easdem utilitates, praebetque eosdem fructus.* Camerarius *Nam ad unum quidem usum et eundem facultates parantur, sed non eodem pacto.* Lambinus *ad eundem enim usum pertinet rerum partarum possessio.* Ramus *ad ipsum enim usum acquisitio refertur sed non eodem modo.* Heinsius *et eundem sane usum per se habet possessio bonorum, licet alii atque alii longe eundem efficiant diversum.* Denique Giphanius ita ad h. l. annotat: *Inducenda sunt haec verba. Nam eleganter haec velut per ἀντίθεσιν inter se respondent:* ἡ χρῆσις τοῦ αὐτοῦ

ἀλλ' ȣ̓ κατὰ ταυτόν. Et κτῆσις χρήσεως *abſurda est phraſis. Perionius et Sepulveda valde laborant, ſed fruſtra: nullum reperiunt ſenſum.* Egregie de vitio admonuit vir perſpicaciſſimus; nec ſenſum eum, quem voluerunt interpretes, verba reddent, quaecunque admoveris tormenta. Equidem leniorem medicinam reperiſſe mihi videor. Verba τῆς γὰρ αὐτῆς ἐστι χρήσεως ſuspicor adſcripta fuiſſe a grammatico, ut interpretaretur obſcuriora illa ἐπαλλάττει γὰρ ἡ χρῆσις τȣ̃ αὐτȣ̃ ȣ̓́σα; quae deinde ſuscepta a librariis alienum occuparunt locum. Vocabulum κτῆσις pertinet ad ſequentia, ita continuanda: ἀλλ' ȣ̓ κατὰ ταυτόν· ἀλλὰ τῆς μὲν ἕτερον τέλος, ἡ κτῆσις, τῆς δ' αὔξησις. Ita ſententia plane perficitur, quae vulgo manca ferebatur, cum alterius artis, τῆς χρηματιστικῆς, τέλος nominaretur ἡ αὔξησις, alterius vero, τῆς κτητικῆς, indicaretur tantum verbis ἕτερον τέλος tanquam diverſum, ſed non nominaretur. Itaque neceſſario eſſe addendum videtur ἡ κτῆσις. Nam de altera parte χρηματιστικῆς agi, quam Philoſophus κτητικὴν proprie vocat, nulla eſt dubitatio; de fine autem ejus, non magis; ipſum enim nomen indicat finem, atque ipſa hinc nomen traxit. Interim verba vitioſa ſecluſi; ſed verba ἡ κτῆσις ſuo loco etiam poſt τέλος inſerui. Poſt αὔξησις vetus Interpres τέλος repetitum vertit.

τῆς οἰκονομικῆς] Prior Victorii Editio annotavit plures libros ſcriptos οἰκονομίας habere. νομίσματος ȣ̓σίαν idem cum vertiſſet *nummi vim,* in annotatione interpretatur *patrimonium quod est in nummis pecuniaque.* Aretinus ſimpliciter *pecuniam* vertit, *rem nummariam* Lambinus, *pecunias* et *facultates* Ramus, *in nummis* Giphanius, *copiam numorum* Camerarius, qui monet Jurisconſultos poſteriores romanos *ſubſtantiam* dixiſſe, cum graecum vocabulum proprie ſignificet rem ipſam quae extet. Plato de καπηλείᾳ libro 11. Legum p. 132. πῶς γὰρ ȣ̓κ εὐεργέτης πᾶς ὃς ἂν ȣ̓σίαν χρημάτων ὡντινωνȣ̃ν ἀσύμμετρον ȣ̓̃σαν καὶ ἀνώμαλον ὁμαλήν τε καὶ σύμμετρον ἀπεργάζηται;

19. εἰς ἄπειρον — ȣ̓́σης] Sylburgii conjecturam ἰȣ́σης ſcribentis neceſſariam non puto, cum ſupra ſit ἡ ἰατρικὴ τȣ̃ ὑγιαίνειν εἰς ἄπειρόν ἐστι.

διὰ τοῦτ᾽ ἐλήλυθεν] Aretinus et Heinsius *hinc processit*, Victorius *propter hoc in usum venit*, Lambinus *propter hanc causam introducta est*. Ramus *ob eam rerum — genus ortum est*, Giphanius *eaque propter — genus extitit*.

δι᾽ ἄλλης αἰτίας] *per aliam causam* Aretinus, Victorius, *alia experiuntur via* rectius Lambinus, Ramus, Giphanius, Heinsius.

20. ποιοῦσι χρηματιστικὰς] Ita etiam Aldina, χρηματιστικῆς Camotiana dicitur habere. Comparavit Victorius locum Platonis in primo reipublicae, ubi haec eadem disputantur, et de medico est ibidem c. 15. ὁ ἀκριβὴς ἰατρὸς σωμάτων εἶναι ἄρχων ὡμολόγηται, ἀλλ᾽ οὐ χρηματιστής.

ἢ περὶ τὴν τροφὴν] Vulgatum ἡ correxi, quod sensum et structuram verborum difficilem facit. ἢ est *quatenus*.

21. ἀλλὰ δεῖ τοῦτο μὲν] Aretinus *sed oporteat prius esse acquisitum*. Victorius *sed opus est paratum esse*. Neuter igitur τοῦτο reddidit, sed in annotatione Victorius habet *totum hoc paratum esse*. Lambinus *sed hoc oporteat suppetere ac praesto esse*. Ramus *quippe hanc adesse necesse est*. Giphanius *sed oporteat hoc quidem adesse*. Heinsius *an contra satis sit suppetere ea et provisa esse in antecessum ab hac facultate*. Zuingerus adhaesit in particula μὲν, eamque in μόνον mutatam voluit, quo explicatior fieret ratiocinatio. Verum huic μὲν respondet δὲ in verbis ἐκ δὲ τούτων. Itaque μὲν mutari non debet. Miror virum doctum non haesisse in pronomine τοῦτο, quod quo referendum sit, non apparet, ut recte admonuit Conringius. Sensus quidem facilis est ad divinandum; intelligit enim philosophus eas copias, quas ἡ χρηματιστικὴ parat; sed verba huic sententiae accommodare difficile est. Quanquam enim ταῦτα scribi possit, et aliquo modo explicari de copiis istis; superest tamen de oratione reliqua dubitatio, ἀλλὰ δεῖ τ. μ. ὑπ., quare videtur non esse connexa cum isto initio πότερον — ἢ οὔ, sed disjuncta novam sententiam exordiri, ut alterum membrum ei adjunctum ἐκ τούτων δὲ praecipue demonstrare videtur. Quocirca plura verba hic excidisse cum Conringio cogor suspicari. Verum istud τοῦτο tangere vetat locus sect. 22.

μάλιστα δὲ καθάπερ εἴρηται πρότερον, δεῖ φύσει τοῦτο ὑπάρχειν· ubi ſimilem dubitationem poterat habere ſingularis numerus et genus neutrum, cum verbum tale non praeceſſerit. Ceterum de hoc loco quaedam ante dicta fuerunt ſupra ad ſect. 5. ubi plane contraria eſt huic ſententia: *Ἓν μὲν οὖν εἶδος κτητικῆς κατὰ φύσιν τῆς οἰκονομικῆς μέρος ἐστὶν, ὃ δεῖ ἤτοι ὑπάρχειν ἢ πορίζειν αὐτὴν, ὅπως ὑπάρχῃ, ὧν ἐστι θησαυρισμὸς χρημάτων πρὸς ζωὴν ἀναγκαίων·* ubi falſo oeconomices pars dicitur *ἡ κτητικὴ* eſſe.

οὕτω καὶ τροφὴν τὴν φύσιν δεῖ παραδοῦναι γῆν] Vereor ut haec ſana ſint; vix enim Philoſophus videtur commode dicere potuiſſe *γῆν καὶ θάλατταν* datam homini *τροφήν*; potius dicendum fuit *εἰς τροφήν*. Lambinus igitur vertit *ita et victum natura ſubminiſtret oportet, nempe terra aut mare aut aliud quidpiam.* Heinſius *Natura enim victum praebeat necesse est; et hoc agit tellus, agit mare, hoc ſingulae propemodum naturae partes agunt.*

Ἐκ δὲ τούτων] Aretinus vertit: *Sed quemadmodum haec adminiſtranda ſint, ad gubernatorem domus pertinet.* Is igitur *πῶς* ſcriptum legiſſe videtur. Lambinus ſimiliter *quomodo autem haec ſint procuranda et tractanda, ad partes ejus, qui — pertinet.* Ramus *atque haec jam parta quemadmodum diſpenſanda ſint, ad oeconomi curam pertinet.* Giphanius ut Victorius, *ex his autem quemadmodum oportet diſpenſare debet pater familias.* Heinſius *caeterum his uti et quemadmodum oportet iſta diſpenſare, opus est oeconomi.* In annotatione Victorius *ἐκ τούτων* interpretatur *ἐκ γῆς καὶ θαλάττης*, Zuingerus praeterea aſſumit verbum *λαβόντα*. Quae ratio dura mihi videtur eſſe; igitur malim ſimpliciter *post haec* interpretari.

22. *περὶ τῆς ὑγιείας*] Articulum omiſit Aldina et Camotiana. Praeterea Aldina habet *ὑγιίας, ἰδεῖν, ἔστι θ' ὡς οὔ.* Pravum *ὑγιίας* cum Sylburgiana receperunt recentiores Editiones.

τῆς ὑπηρετικῆς]. Camerarius ad h. l. ita: *Extat in vetere quodam codice talis ſcriptura ἀλλὰ τῆς κέρδους ὑπηρετικῆς, quae mihi ſane probatur, ut de pecuniaria hoc tantum dici in-*

telligatur, cujus opus est facere lucrum. Animadverti etiam, ista ita ex graeco in latinum convertisse Aretinum. Hujus nempe versio habet sed ut lucro instrumentis. Cum Camerario sentit Casaubonus.

δεῖ φύσει τοῦτο ὑπάρχειν] Hic locus confirmat vulgarem scripturam sect. 21. ἀλλὰ δεῖ τοῦτο μὲν ὑπάρχειν.

τροφὴ τὸ λειπόμενον] Aretinus vertit Cuique autem ex quo generatur, alimentum est afferendum. Victorius omni enim ex quo nascitur, alimentum est, quod restat. Lambinus omni enim ejus unde oritur, reliquum victus est. Ramus: a quo enim procreatum est unumquodque, ab eodem educatur et alitur. Giphanius omni enim ex quo gignitur reliquum est victus. Heinsius cum quid nascitur, ex eodem, ex quo nascitur, habet, unde vivat. Nam quod superest post generationem, cibus est, quo alitur, quod generatum est. — Atque id in homine non minus locum habet, cui lac post partum superest, quo foetus sustentetur. A quo jam provectior ad fruges transit et ad animalia. Sensum Heinsii paraphrasis optime aperuit; quam scripturam Aretinus et Ramus secuti fuerint, ignoro.

πᾶσιν ἀπὸ τῶν καρπῶν] Hinc maxime apparet quam inepte vertant χρηματιστικὴν pecuniae quaerendae rationem vel rei quaerendae artem, Ramus cautius h. l. quaerendi facultatem. Verum magis dignum est animadversione vitium vulgatae scripturae, quae χρηματιστικὴν in universum facit fruentem et utentem fructibus atque animalibus, cum altera ejus pars tota in comparanda pecunia occupetur. Igitur articulum ἡ addidi, quo significatur prior ejus pars, quam κτητικὴν τὴν κατὰ φύσιν noster supra dixit. Recte igitur Lambinus vertit Quare ea — ratio naturae consentanea omnibus est, quae est a fructibus et animalibus. Ramus item: Quo fit, ut quaerendi facultas, quae ex fructibus et animalibus victum quaerit, omnibus sit naturalis. Giphanius Quare naturae consentanea est omnibus ea ars — quae est ex frugibus et animantibus.

23. Διπλῆς δ᾽ οὔσης αὐτῆς] Aretinus Cum vero et haec sit duplex. Legit igitur scriptum διττῆς δ᾽ οὔσης καὶ ταύτης. De

quo poſtea videbimus. Idem verba ἀπ' ἀλλήλων ἐστὶν vertit *ſed ab hominibus acquirit.* Victorius *ſed e ſemetipſis quaeſtum faciunt.* In annotatione interpretatur *res, quae ipſa parantur, ſe mutuo gignunt, ut exempli cauſa, vini magna vis copiam frumenti parat ſive olei ſive veſtimentorum; quae res poſtea, ita paratae, rurſus commutantur, novamque ubertatem aliarum rerum pariunt.* In Camerarii annotatione haec leguntur: *Praepoſtere et perverſo ordine hoc agit καπηλικὴ μεταβλητικὴ, ut mutua ſint mutationum elementa, et non petitur, quod necesſitas exigit, ſed quod mutua cupiditas deſiderat. — Qui igitur vinum verbi cauſſa frumento permutat, ut vino abundet, in iſta commutatione non ſumit ab ipſa natura neceſſaria, ſed aliunde ſuperflua parare ſtudet.* Is igitur fere cum Victorio ſentire videtur. Lambinus *illa autem quae in permutatione numi conſiſtit merito vituperetur: non enim naturae conſentanea est, ſed in ea alter ab altero lucrum aucupatur.* Ramus *illa vero permutatrix merito reprehendenda ac vituperanda: non enim a natura ſed a mutuo hominum commercio profecta est.* Giphanius *illa vero in permutando poſita jure vituperabilis: neque enim ex natura, ſed hominibus inter ſe est.* Heinſius *altera vituperatur merito, ea ſcilicet quae exerceri absque permutatione nequit: neque enim naturalis est ut altera, ſed inventa ab hominibus, qui eam inter ſe exercent et ex ipſa rerum permutatione lucrum quaerunt.*

Deinceps καὶ οὐκ ἐφ' ὅπερ maluit ſcriptum Sylburgius. Poſtea verba τόκος αὐτὸ ποιεῖ πλέον Aretinus vertit cum vetere Interprete *ſe ipſum majus facit.* Igitur αὐτὸν ſcriptum legiſſe videtur. Deinceps vetus Interpres νόμισμα ἐκ νομίσματος ſcriptum legit et vertit bene. Nunc audiamus Zuingerum multa in hoc loco tentare auſum. Is ſcribendum cenſet Διὰ τέχνης δὲ ἡ μεταβλητική· διπλῆς δ' οὔσης αὐτῆς — τῆς δὲ καπηλικῆς ψεγομένης δικαίως· οὐ γὰρ κατὰ φύσιν ἀλλ' ἀπ' ἀλλαγῆς vel ἀπ' ἀπολαύσεως ἐστί. Rationes emendationis ita explicavit: *Hoc membrum methodi conjectura ſupplendum putavi, et ne quis audaciam noſtram accuſare poſſet, lineis incluſi. Ratio ſupplementi est, quoniam anacephalaeoſin inſtituit ſpecierum χρηματιστικῆς. Naturalis ergo quam ſect.* 8.

explicavit, non est duplex, (quod alioqui vello videretur, si haec absque supplemento legantur) sed artificialis altera, quam sect. 11. 12. duplicem facit, nempe vel naturae deficientis vicariam vel luxuriae ministram: hanc καπηλικὴν, illam nomine generis μεταβλητικὴν dictam. Porro quae adjicit, sic intelligenda: καὶ ταύτης μὲν (τῆς μεταβλητικῆς proprie dictae, nomine generis ad speciem translato) ἀναγκαίας καὶ ἐπαινουμένης, (cum εἰς ἀναπλήρωσιν τῆς κατὰ φύσιν αὐταρκείας inventa sit ab arte,) τῆς δὲ καπηλικῆς (quae altera species est μεταβλητικῆς, non ἀναπλήρωσιν ἐνδείας sed αὔξησιν tantum ὅσίας quaerens, ut sect. 18. Omnes legunt τῆς δὲ μεταβλητικῆς, sed errore manifesto. Vox fortasse μεταβλητικὴ in margine ad explicandum praecedens relativum ταύτης adjecta primum ab aliquo subinde in graecum contextum a librario importune translata fuit.) ψεγομένης δικαίως, (non absolute et per se vituperatur, uti neque commutatio absolute laudatur, sed haec quatenus naturalis indigentiae terminos non transscendit; illa vero quatenus transscendit. Alioqui potest quis in naturali χρηματιστικῇ, quae ortu suo naturalis est, peccare per avaritiam; potest etiam μεταβλητικῇ vicissim ad avaritiam abuti: potest denique καπηλικῇ per se parum laudata ad necessitatem naturalem tantum uti) ὃ γὰρ κατὰ φύσιν (καπηλικὴ ortu suo non est naturalis sed pure et mere artificialis, usu tamen recto naturae potest ministra fieri. At si usus perversus accedat, plane contra naturam evadit, et ortu scilicet et usu suo) ἀλλ' ἀπ' ἀλλήλων ἐστί. Opponit inter se τὸ κατὰ φύσιν et τὸ ἀπ' ἀλλήλων, quod διὰ τέχνης εἶναι sect. 10. dixerat. Non naturales sed arte tantum et instituto hominum introductas divitias consectatur, pecuniam scilicet, et lucrum ex alio quaerit, ἀπ' αὐτοῦ τοῦ νομίσματος. An fortasse legendum ἀλλ' ἀπ' ἀλλαγῆς ἐστι, non a naturae necessitate, sed a commutatione pendet; vel ἀπ' ἀπολαύσεώς ἐστι, hoc est a cupiditate immoderata pendet, uti praecedente sect. docuit. In hac praelonga annotatione nihil est, quod laudare aut probare possim, praeter illud τῆς δὲ καπηλικῆς substitutum vulgato τῆς δὲ μεταβλητικῆς. Verum Camerarius difficultatem ita vitare voluit, ut eandem conjunctim μεταβλητικὴν καπηλικὴν et seorsim με-

μεταβλητικὴν dictam fuiſſe putaret. Ipſe tamen aliam rationem reperiſſe mihi videor, qua difficultas omnis plane tollitur, nulla mutatione niſi loci facta.

Scribendum enim cenſeo: καὶ τῆς μὲν καπηλικῆς, τῆς δὲ μεταβλητικῆς, οἰκονομικῆς· καὶ ταύτης μὲν ἀναγκαίας καὶ ἐπαινουμένης, τῆς δὲ ψεγομένης δικαίως· ὐ γὰρ κατὰ φύσιν ἀλλ' ἀπ' ἀλλήλων ἐστίν· εὐλογώτατα etcet. Ita μεταβλητικὴ, illa nempe quae eſt inventa εἰς ἀναπλήρωσιν τῆς αὐταρκείας, dicitur eſſe οἰκονομικὴ, quia eſt ἀναγκαία, quod idem eſt ac ſequens κατὰ φύσιν; ideoque laudabilis eſt; contra καπηλικὴ vituperatur merito, quia non eſt κατὰ φύσιν, igitur nec οἰκονομικὴ, et quod eſt ἀπ' ἀλλήλων. Poſtremum hoc aliter interpretari non licet niſi κάπηλοι et qui καπηλικὴν faciunt, non ex cultu terrae vel pecorum fructum percipere et vitam ſuſtentare, ſed ex permutatione naturalium fructuum, ut dum permutandorum fructuum pretia pro neceſſitate et indigentia hominum augent et incendunt, magis ex arte ipſa atque hominum neceſſitate quam ex ipſis fructibus naturae vivere, atque artem ſuam potius contra genus hominum et contra ſe invicem exercere quam in naturae copiis percipiendis et permutandis occupare dici poſſe videantur.

Ad Caput IV.

Πάντα δὲ τὰ τοιαῦτα] Vetus Interpres πάντα γὰρ τ. τ. vertit. Sequens εὐθηνεῖ vertit *abundant*.

Εἶτα περὶ γεωργίας] Aldina et Camotiana ἡ π. γ. habent. ψιλὴν καὶ πεφυτ. Victorius, Lambinus, Giphanius et Heinſius *nudam et arboribus conſitam* vertit, *nudi ſoli et conſiti* Aretinus, *agri vel arboribus nudi et vacui vel conſiti et inſtructi* Ramus. Camerarius et Victorius compararunt locum Demoſthenis in Leptinea c. 95. ἑκατὸν πλέθρα γῆς πεφυτευμένης — ἑκατὸν δὲ ψιλῆς· ubi egregius Wolfius comparavit Homericum Iliad. 9, 576. τέμενος, τὸ μὲν ἥμισυ οἰνοπέδοιο, ἥμισυ δὲ ψιλὴν ἄροσιν πεδίοιο. Xenophonti de Venatione ψιλὸς τόπος eſt locus non ſilveſtris ſed arboribus nudus, oppoſitus ὑλώδει.

τῶν πλωτῶν ἢ πεζῶν] Haec Aretinus omisit. βοηθείας *adminiculum* vertit Victorius, *utilitas* Aretinus, *opis aut adjumenti* Lambinus, *emolumenta certa* Ramus, *adjumentum* Giphanius. Victorius comparavit locum Platonis 11. Legum p. 132. ubi de generibus mercaturae: δύναται πᾶσιν ἐπικουρίαν ταῖς χρείαις ἐξευπορεῖν.

2. οἰκειοτάτης] *Propriae* Aretinus, *maxime propriae*, Victorius et Giphanius, *nobis conjunctissimae maximeque propriae* Lambinus, *quae verissima quaerendi ratio est.* Ramus, *qui hac prima ratione hoc est naturali rem facturus est* Heinsius.

ἐμπορία — ναυκληρία, φορτηγία, παράστασις] Aretinus *mercatura — navigatio, devectio, negotiatio.* Victorius *mercatura — nancleria, oneraria, parastasis.* Lambinus *mercatura — quae fit navibus, altera quae plaustris aut jumentis, tertia quae sine labore aut periculo vecturae iisdem in locis ubi merx nata est, factitatur.* Ramus *mercatura — aut enim navigiis merces transferuntur aut carris comportantur, aut in taberna aliqua venduntur et emuntur.* Giphanius et Heinsius *mercatura — navigatio, vectura, institoria.*

Eandem interpretationem posuit etiam Victorius in annotatione, simul monens φορτηγὰ etiam fuisse dicta navigia oneraria. Miratur igitur, qui factum it, ut Aristoteles φορτηγίαν vecturae terrestri propriam fecisse videatur. In tertio vocabulo merito haesit vir doctus et de vulgari interpretatione dubitavit: Institor enim non est ἔμπορος sed potius κάπηλος vocandus. Comparavit idem locum nostri infra libro 5. ubi est ἀποδημητικὰς ποιεῖσθαι τὰς παραστάσεις αὐτῶν· ubi genus honestum exilii significatur. Denique posuit locum Xenophontis de republica Lacedaemoniorum 7. 1. ὁ μὲν γεωργεῖ, ὁ δὲ ναυκληρεῖ, ὁ δ' ἐμπορεύεται, οἱ δὲ καὶ ἀπὸ τεχνῶν τρέφονται· ubi ναυκληρία dicitur non pars speciesve ἐμπορίας, sed ab ea diversa. Addo locum de Vectig. 3, 4. προεδρίαις τιμᾶσθαι ἐμπόρους καὶ ναυκλήρους, — οἳ ἂν δοκῶσιν ἀξιολόγοις καὶ πλοίοις καὶ ἐμπορεύμασιν ὠφελεῖν τὴν πόλιν. Ibidem sect. 12. ναυκλήροις οἰκοδομεῖν καταγώγια περὶ λιμένας — καὶ ἐμπόροις προσήκοντας τόπους ὠνῇ τε καὶ πράσει, καὶ τοῖς εἰσαφ-

ἐκκεκμένοις δὲ δημόσια καταγώγια. Aperte igitur ἐμπόρους facit mercatores qui commercia faciunt terrestria; de quibus idem ibidem 3. 1. τοῖς ἐμπόροις ἐν μὲν ταῖς πλείσταις τῶν πόλεων ἀντιφορτίζεσθαί τι ἀνάγκη.

Camerarius monet ἐμπορίαν proprie mercaturam maritimam significare, ναυκληρίαν vero esse eorum quaestum, qui naves locant vendendis mercibus; dominum enim navis nauclerum dici, ναυκληρεῖν esse nauem possidere: φορτηγίαν quaestum esse eum, qui fit apportandis mercibus; παράστασιν vero quam dicat Aristoteles, se magis suspicando opinari, quam intelligendo scire fatetur. *Arbitror*, inquit, *Aristotelem hoc nomine indicasse mercium expositionem, qualis fit ab institoribus et iis, qui vel suas proponunt, vel alienas receptant atque distrahunt praesentes semper in foris et instantes venditioni.* Budaeus ante eum παράστασιν statariam mercaturam, hominum nimirum in foro desidentium aut consistentium, quos latine propalas et institores vocant, interpretatus est. Atque haec interpretatio ita invaluit, ut hucusque nemo meliorem reperisse videatur. ἐπικαρπίαν vetus Interpres vertit *excrescentiam.*

Τρίτον δὲ εἶδος] Vetus interpres et Aretinus Τέταρτον scriptum vertunt, quos secuti sunt quidam recentiores, quos refellit Victorius. Prius enim τρίτον pertinet ad tertium εἶδος μεταβλητικῆς.

ὅσα ἀπὸ γῆς] *et est in his omnibus quae a terra et in his quae terrae sunt* Aretinus, *nam quae e terra gignuntur, quaeque e terrae visceribus eruuntur — eorum partim ad illam naturalem — oeconomiam, partim ad hanc negotiandi et commutandi artificem cauponiam referuntur* Ramus. In structura verborum est aliqua difficultas. Ad ὅσα intelligendum ἐστὶ δὲ τούτων, ὅσα. Sed qualis est ista distinctio τῶν ἀπὸ γῆς et τῶν ἀπὸ γῆς γινομένων? Potius interpretandum ὅσα ἀπὸ γῆς γίνεται vel ἐστὶ, veluti lateres e creta facti, καὶ ὅσα τῶν ἀπὸ γῆς γινομένων. Sed sequens ὑλοτομία, caesio lignorum, referri videtur ad ea ὅσα ἀπὸ γῆς, quae terra enascuntur, uti μεταλλευτικὴ ad ea quae τὰ ἀπὸ γῆς γινόμενα dicuntur, id est ea quae intra terram atque e terra concrescunt. Sed stru-

cturam verborum non possum expedire. Pro ὑλοτομία versio Thomae λατομία reddidit, quod Victorio et Casaubono propter sequens μεταλλευτικὴ placebat; sed monet Conringius λατομίαν rectius nomine μεταλλευτικῆς comprehendi.

3. φορτικὸν δὲ] Aretinus cum vetere Interprete *grave nimis*, Victorius *ostentationem prae se ferret in his diutius commorari*. Lambinus *ineptum ac putidum*. Ramus *molestum atque alienum fuerit*. Giphanius *sordidum vero immorari*. Heinsius *ne molestiam lectori pariamus aut fastidium*. Camerarius *graue molestumque*.

τῆς τύχης] Articulum omisit Aldina et Camotiana, quae deinceps ἀγεννέστατοι dederunt, ubi Victoriana et ceterae ἀγεννέστατοι habent. Ex Piccarti annotatione disco Montecatinum dubitasse, unde totus hic locus Εἰσὶ δὲ etcet. huc pervenerit. Piccartus ipse non dubitavit eum restituendum esse in suam sedem post verba sect. 2. τῷ σώματι μόνῳ χρησίμων. Cui judicio neminem facile assensurum esse spero. Sequens λωβῶνται vetus Interpres vertit *maculantur*.

4. Χάρητι δὴ] Importune interserta particula δὴ suspicionem facit de vitio nominis, quod alibi positum de scriptore rei rusticae nondum reperi. Apollodorum autem Lemnium nominavit etiam Varro R. R. l. 1, 8. θεωρεῖσθαι scriptum legit et vertit *considerentur* vetus Interpres.

5. ἀλλ' ἐκείνῳ] In his inesse vitium suspicatus est non immerito Heinsius, qui verbis transpositis scriptum malebat: τυγχάνει δὲ καθόλου τι ὄν, ἀλλ' ἐκείνῳ διὰ — προσάπτουσι.

ἐλαιουργίων] Scripturam ἐλαιουργιῶν Victorianae et Zuingerianae merito spreverunt recentiores. Vetus Interpres ἐλαιουργῶν vertit *olivarum cultoribus*. Verbum ἐπιβάλλοντος recte Budaeus *liceri* interpretatur, quem secuti sunt interpretes omnes; Giphanius tamen putabat rectius verti *nemine cupiente* vel *attendente animum*. Sequens συλλέξαντος vitiosum esse recte monuit Camerarius. Debebat esse καὶ συλλέξαντα. Vetus Interpres *pretium taxans cum collegisset*. Videtur igitur συλλέξαντα scriptum legisse. Ceterum historiam eandem ex Hieronymo Rhodio, Aristotelis discipulo, narrat Diogenes Laertius; paulo aliter vero Cicero de Di-

vinat. 1, 49. *Qui, inquit, ut objurgatores suos convinceret ostenderetque etiam philosophum, si ei commodum esset, pecuniam facere posse, omnem oleam, antequam florere coepisset, in agro Milesio coëmisse dicitur. Animadverterat fortasse quadam scientia olearum ubertatem fore.* Scriptum is igitur ἐλαιῶν vel ἐλαιουργιῶν legit et vertit; sed cur astrologiae substituit *scientiam quandam?* Astrologia potuit Thalen juvare in eo, quod ortum siderum quorundam, quae tempestates vel noxias vel utiles florenti oleae significabant, observatum et cognitum habuit. Tales tempestatum ἐπισημασίας ex ortu siderum ductas publice in παραπήγματι aliquo Athenis Meto astrologus proposuit. Ex hac eadem scientia dicitur deinde Democritus olearum inopiam divinasse et coëmto oleo omni pecuniam fecisse a Plinio 18, c. 28.

6. πόλεων ἔνιαι] Exempla posuit noster in Oeconomicorum libro secundo.

7. σιδηρείων] *ex ferrariis* Aretinus, et Giphanius vertit, *ex officinis* Victorius et Heinsius, *ex ferrariis officinis* Lambinus, *a ferrariis* Ramus. Vetus Interpres *ferri mineris.* In annotatione monet Giphanius *officinas* ferrariorum fabrorum male verti, quia fabri non ferrum habent venale sed ferramenta; itaque ipse verti mavult ferrarias vel fodinas vel tabernas.

ὡς ἀφίκοντο] Pessime vertit Giphanius *post deinde ex mercatibus seu emporiis domum reversis mercatoribus (inanibus)*, quam interpretationem in annotatione firmare conatur. Aretinus verba ἐκ τῶν ἐμπορίων omisit. Male etiam Ramus *cum ex negotiationibus mercatores accederent.* Vetus Interpres *e nundinis* vertit.

ἐπέλαβεν ἑκατὸν] Putabat Camerarius ἀπέλαβεν scribi debere. Nam ἐπέλαβε significare lucrum duplex ad sortem, ut altera centum talenta recepisse mercatorem, praeter illa quinquaginta impensae. Plerique etiam interpretes ita vertunt, uti Camerarius scriptum voluit. Aretinus enim et Ramus *ut pro quinquaginta talentis centum conficeret.* Victorius *e quinquaginta talentis recepit centum.* Lambinus tamen *quinquaginta expensis centum lucrifecit*, et Giphanius *quinqua-*

quaginta talentis centum adjecit; quem sequitur Heinsius. Priorem Camerarii rationem sequuntur Schlosserus et Garvius. Equidem existimo Aristotelem, si lucrum fuisset quinquaginta talentorum tantum, scripturum fuisse ἐπὶ τοῖς π. τ. ἐπέλαβεν ἄλλα vel ἕτερα πεντήκοντα. Si scripsisset ἀπέλαβεν, significaretur lucrum totidem talentorum, quot impenderat Siculus. Denique si centum talenta lucri fecisset, dicendum fuisse videtur πρὸς τοῖς πεντήκοντα τ. Igitur Camerarii interpretationem saltem probandam censeo.

8. ὅραμα] Camerarius, quoniam de significatione vocabuli dubitabat, εὕρημα scribi voluit. Aretinus vertit *iste vidit aliquid tale quale Thales viderat.*

καὶ τοῦτο ταὐτὸν] Cum Sylburgiana recentiores, τούτῳ dederunt. Lambinus vertit *Thaleti tamen et huic — idem propositum fuit, quod intuerentur ac spectarent.* Ramus *hoc commentum Thaletis consilio simillimum germanumque est.* Giphanius *Thalis praevisio huic est gemina.* Heinsius totum hunc locum omisit. Vetus Interpres *quod (vero* addit Thom.) *visum fuerit (fuit* Thom.) *Thali et huic idem est utique, quia enim* (Thom. *utrique enim*) *sibi ipsi statuerunt fieri monopoliam.* Legit igitur Θάλῃ καὶ τούτῳ. Deinceps idem οἰκίαις vertit.

πολιτεύονται — ταῦτα μόνοι] Aretinus vertit *quamobrem in republica quidam huic soli parti intendunt.* Victorius *quare nonnulli eorum qui dant operam reipublicae curant tantum haec.* Lambinus *qui civitates regunt ac moderantur, haec duntaxat in republica administranda provident ac procurant.* Ramus *quare quidam civitatum principes haec omni ratione diligentiaque procurant ac persequuntur.* Giphanius *qui in republica versantur, quidam haec duntaxat curant.* Heinsius *qui ad clavum civitatis sedent, in hac unica civilis curae parte occupantur.* Ceterum intelligit eos, qui Athenis dicebantur πορισταί, de quibus locus est Aristophanis Ranarum versu 1505 δὸς τουτὶ — τοῖς ποριστοῖς, ubi Scholia docent ita: τοῖς φορολόγοις· τούτους λέγει τοὺς περὶ πόρου χρημάτων εἰσηγουμένους. Eundem locum respiciens Suidas posuit haec πορισταί, οἱ τοὺς πόρους εἰσηγούμενοι δημαγωγοὶ ἐπὶ τῷ ἑαυτῶν λυσιτελεῖ.

Quam interpretationem firmat locus Thucydidis 8. c. 48. τὰς τε καλὰς κἀγαθὰς ὀνομαζομένους οὐκ ἐλάττω αὐτὰς νομίσειν σφίσι πράγματα παρέξειν τοῦ δήμου ποριστὰς ὄντας καὶ ἐσηγητὰς τῶν κακῶν τῷ δήμῳ. Xenophon de republica Atheniensium 3, 2. τὴν δὲ βουλὴν βουλεύεσθαι δεῖ πολλὰ μὲν περὶ τοῦ πολέμου, πολλὰ δὲ περὶ πόρου χρημάτων. Hinc Demoſthenes in Philippica I. τῶν μὲν χρημάτων αὐτοὶ ταμίαι καὶ πορισταὶ γιγνόμενοι. Ariſtoteles Rhetoric. 3, 2, 10. καὶ οἱ μὲν λῃσταὶ αὐτοὺς ποριστὰς καλοῦσι νῦν. Antiphon orat. p. 791. jungit τῶν ποριστῶν, τῶν πωλητῶν, καὶ τῶν πρακτόρων καὶ τῶν ὑπογραμματέων. Harpocratio in voce Ἀσπασία haec habet Λυσικλεῖ δὲ τῷ δημαγωγῷ συνοικήσασα ποριστὴν ἔσχεν, ὡς ὁ Σωκρατικὸς Αἰσχίνης φησίν. Schloſſerus et Garvius a ſenſu vero hujus loci aberrarunt. Licebit huc trahere fortaſſe etiam rectius adminiſtrationem publicarum pecuniarum, cui parti ſe totum dicavit Lycurgus πιστευσάμενος τὴν διοίκησιν τῶν χρημάτων, ut ait Plutarchus. Idem de Eubulo in Praecept. Politic. p. 172. Hutten; πίστιν ἔχων ἐν τοῖς μάλιστα καὶ δύναμιν οὐδὲν τῶν Ἑλληνικῶν ἔπραξεν — ἀλλ' ἐπὶ τὰ χρήματα τάξας ἑαυτὸν ηὔξησε τὰς κοινὰς προσόδους, καὶ μεγάλα τὴν πόλιν ἀπὸ τούτων ὠφέλησεν.

Ad Caput V.

τρία μέρη] Aldina et Camotiana μέρη omiſit; ſequens ἄρχει pro ἄρχειν dedi, admonente etiam Giphanio; quin ipſa veteris Interpretis, Aretini et Victorii verſio habet *praeest*. Ceterum apodoſis hujus protaſeos longius hinc remota est initio ſectionis 3 in verbis Φανερὸν τοίνυν. Deinceps εἰ μή πως vertit vetus Interpres.

2. ἐξ ἴσου γὰρ εἶναι βούλεται] Aretinus *nam aequales eſſe volunt ſecundum naturam.* Videtur igitur ſcriptum legiſſe βούλονται κατὰ φύσιν. Etiam vetus Interpres *ſecundum naturam* vertit, et ſequens ζητεῖ *quaerunt*. Victorius *par enim et aequalis natura civium eſſe debet*. Lambinus *civis enim aequalis debet eſſe natura*. Ramus *aequalique jure et princeps*

et subditus esse — velit. Giphanius *par namque natura esse debet nihilque differre.*

σχήμασι] Aretinus inepte *figuris* cum Victorio, qui tamen in annotatione rectius *specie* posuit, Lambinus *vestitu,* Ramus *habitu,* Giphanius *ornatu,* quem sequitur Heinsius. Recte solus Victorius *specie* interpretatur, in qua inest *habitus, vultus et gestus.*

ποδανιπτῆρος] Vulgatum in ποδονιπτῆρος mutatum voluit ad analogiam similium vocabulorum Giphanius. Legitur quidem Odysseae 19, versu 504. οἰσομένη ποδάνιπτρα· sed e versu 343. ποδόνιπτρα ποδῶν posuit Stephanus; contra Eustathius Basileensis in posteriore loco ποδόνιπτρα rectius habet. Scripturam ποδάνιπτρον idem Stephanus in χειρόνιπτρον T. IV. p. 424. posuit ex veteri Lexico suo manuscripto, ubi annotatum erat α esse pro ο. Idem voluit auctor Etymologici p. 435. l. 22. et 796, 18. ubi comparatur κυνάμυια. In Pollucis 2, 196. ποδονιπτὴρ et ποδόνιπτρον sine varietate scriptum legitur; sed libro 10, s. 78. editiones antiquae ποδανιπτὴρ et ποδόνιπτρον habebant, ubi nunc ex optimo omnium Codice Vossiano ποδανιπτὴρ et ποδάνιπτρον repositum est. Hemsterhusius ibi posuit proverbium ex Zenobii Centur. 3 δεξιὸν εἰς ὑπόδημα, ἀρίστερον εἰς ποδόνιπτρον. Denique in Herodoti libri 20, 172. ubi historia eadem de Amasi narratur, ποδανιπτὴρ sine varietate scripturae legitur. Quare nihil h. l. mutavi. Verbi ποδανωμάω, quod posuit Stephani Thesaurus, auctoritatem adhuc desidero; alioquin comparari poterat.

τὸν βασιλέα — ἁπάντων] Vetus Interpres *regem horum omnium patrem dicens.* Is igitur πατέρα φήσας vel εἰπὼν additum legit, non inepte. Aretinus *sic appellans omnium regem.* In structura verborum difficultas aliqua inesse videtur, nisi jungas ea ita: προσηγόρευσε τὸν βασιλέα τούτων ἁπάντων, εἰπὼν· sed implicavit membra, praeponens verba πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε, ad quae sequens τούτων refertur.

τῷ γένει — τὸν αὐτὸν] Nempe Homerus ita facit unum genus hominum atque deorum, ut Hesiodus, ὡς ὁμόθεν γεγάασι θεοὶ θνητοί τ' ἄνθρωποι. At Pindarus Nemeon.

6. ἐν ἀνδρῶν ἐν θεῶν γένος, ἐκ μιᾶς δὲ πνέομεν ματρὸς ἀμφότεροι.

3. Φανερὸν τοίνυν] Male Aretinus *autem* reddidit. Deinceps περὶ τὴν τῆς κτήσεως cum Sylburgio dederunt recentiores Editores, cum in Aldina, Victoriana et Zuing. articulus τὴν deesset, quem tamen veteris Interpretis et Aretini versio expressit.

καὶ τῶν — ἕξεων] *et alii hujus modi habitus* Aretinus et Heinsius, *et quispiam aliorum hujus modi habituum* Victorius, *et alia talis affectio* Giphanius, *aliquis* inserit etiam Lambinus et Ramus. Excidisse igitur τις videtur; sed similis est locus cum negatione infra sect. 10. σκυτοτόμος δ' οὐθεὶς οὐδὲ τῶν ἄλλων τεχνιτῶν, ubi pariter Victorius *quispiam* ut Lambinus.

4. Σχεδὸν δὲ] Ita cum antiquo Interprete et Sylburg. recentiores; δὴ est in Aldina, Camot., Victor., Zuing.

καὶ παῖς ἐστι καὶ ἀκόλαστος] Cum antiquo Interprete et Sylburgiana recentiores Editiones alterum καὶ omiserunt: de vitio orationis nemo admonuit, praeter Sepulvedam, cujus esse annotationem puto, quam Ramus apposuit in margine libri. Copulam omisit etiam versio Aretini et Victorii *et puer itidem intemperans sit:* Lambinus *et utrum puer sit intemperans.* Heinsius *utrum item temperantem an intemperantem esse deceat puerum?* Ramus contra vertit: *atque item puerum continentem et modestum esse deceat nec ne.* atque haec annotat: *In Codicibus graecis erat* ἀκόλαστος, *id est intemperans; interpretes id secuti pro* ἀκόλακος, *id est frugalis, continens: quia de virtute quaeritur hic, non de vitio: et duo contraria hic conjungerentur* ἀκόλαστος καὶ σώφρων, *id est intemperans et temperans. In veteri Interprete hoc verbum nullum est.* Voluit igitur ἀκόλακος scribi Sepulveda, ut duae virtutes jungerentur, cum sequens ἢ οὒ non videatur congruere priori membro, si vitium ibi virtuti junctum adhaereat. Praeterea vitium esse videtur etiam in verborum structura, quae debebat esse talis καὶ παῖδα πότερον δεῖ σώφρονα εἶναι ἢ οὔ. Certe πότερον excidit, si vulgatam toleraveris.

Καὶ καθόλου δὲ] Cum nova ſententia incipiat, nec aliqua conſecutio ex antecedente oratione ſit, vulgatum δὴ mutavi, quod omiſit plane Aretinus, Ramus et Giphanius, *jam* vertit Victorius, ſolus Lambinus *igitur* reddidit.

καθάπαξ.] Omiſit Aretinus, *perpetuo* vertit Victorius, *modis omnibus et perpetuo* Lambinus, *quid erit omnino cauſſae* Ramus, *ſemper* Giphanius et Heinſius.

τῷ δὲ μᾶλλον] Vulgatum τὸ δὲ cum Sylburgio correxi. Etiam Aretinus *non ſecundum magis et minus.* Sic etiam Ramus.

5. Καὶ τοῦτο εὐθὺς ὑφήγηται περὶ τὴν ψυχὴν] Aretinus *id aperte in animo inſpicitur.* Vetus Interpres ὑφήγηται vertit *exemplificatur.* Victorius *et hoc ſtatim circa animum inceptum est.* Lambinus *atque hoc ſtatim in anima promtum atque explicatum est.* Ramus *quod animi exemplo demonſtrari atque intelligi potest.* Giphanius *atque hoc ſtatim apparet in animo,* Heinſius: *atque hoc ipſum ſupra quoque in anima ejusque ratione oſtendimus.* Difficultatem vitarunt omnes praeter Victorium, qui verbum ὑφήγηται paſſivo ſignificatu accepit. Sed intelligendum ἡ φύσις, quod vocabulum ex antecedente vel ſequente φύσει facile poteſt repeti.

ὧν ἑτέραν — ἀρετὴν] Credo articulum τὴν addi debere ad ἀρετὴν. Aretinus et Victorius *quorum diverſam cenſemus eſſe virtutem.* Lambinus *quorum virtutes diſpares inter ſe ac disſimiles eſſe dicimus.*

λόγον ἔχοντος] Vitium Victorianae λόγου repetit Zuingerus.

6. Δῆλον τοίνυν] Aretinus τοίνυν omiſit. Deinceps idem poſuit: *itaque pleraque ſunt natura imperantia.* Lambinus et Giphanius *quare complura imperant natura.* Ramus *multa itaque et varia genera ſunt eorum, quae natura et imperant et in imperio ſunt.*

ἀλλ' ἄκυρον] Aretinus cum vetere Interprete *invalidum,* Victorius *minime ratam,* Lambinus *irritam et imbecillam,* Ramus *imbecillam et infirmam,* Giphanius et Heinſius *infirmam,* Camerarius *irritam.*

7. ὑποληπτέον δεῖν] Vulgatam Aldinae et Victorianae interpunctionem ἔχειν καὶ περὶ τὰς ἠθικὰς ἀρετάς· ὑποληπτέον δεῖν correxerunt recentiores cum Sylburgiana, quam ſequimur. Alioquin cum Lambino et Ramo ante ὑποληπτέον copula καὶ addenda fuerit. Verum ἀναγκαῖον in hac noſtra diſtinctione habet difficultatem, quod poſitum pro ἀναγκαίως, id eſt φύσει, interpretari cogimur.

ὅσον ἑκάστῳ — ἔργον.] Aretinus *quantum cuique opus est.* Victorius *quantum cuique ſatis est.* Lambinus *quantum quisque poſtulat.* Ramus et Giphanius *quantum cuique ſatis fuerit.* Omnes igitur verbum ſuppleverunt velut ἀρκεῖ vel ἐπιβάλλει, quod ad ſententiam abſolvendam deeſſe apparet. Vetus Interpres ἕκαστον *unum quodque* vertit, ſed Thom. habet *unusquisque*, ut Aretinus. ἐπιβάλλει *immittit* vertit.

τοῦ ἀρχιτέκτονος] Aretinus *praecipientis: ratio autem praecipit atque praeſidet* Lambinus ſimiliter. Heinſius *Munus enim architecti ſuſtinet ſimpliciter. Princeps enim ſicut architectus ſingulis quid ſit agendum praecipit, — Nam quod architectus est in opere, hoc in civitate est ratio. Quare ſint et ceteri, ſed quanta eis opus est, virtute praediti.* Comparatio architecti cum ratione humana ita implicata et confuſa eſt, ut facere poſſit aliquam obſcuritatem. Architectus ſuſcipit opus aliquod faciendum; is ſolus operas inſtruit, iisque praecipit et praeeſt; ab eo ſolo operis perfecti atque abſoluti rationem exigit locator et dominus. Hoc dicitur τοῦ ἀρχιτέκτονος τὸ ἔργον ἁπλῶς ἐστι, *opus ſusceptum ſimpliciter atque abſolute est architecti*, nec fabrorum operarumve, quas architectus adhibet. Eadem eſt ratio ejus, qui hominibus imperat domi vel in civitate.

8. ὅτι τὸ εὖ ἔχειν — τοιούτων.] Haec ſunt copulanda cum verbis iſtis οἱ λέγοντες καθόλου. Ceterum, uti paulo antea, ubi eſt καὶ οὐχ ἡ αὐτή, reſpexit Platonis doctrinam in libro 5 de republica propoſitam de communi mulierum et virorum eruditione; ita nunc disputat contra Platonis Menonem ſect. 3. ubi tamen non Gorgias loquitur, ſed Gorgiae discipulus Meno. Praecipue autem huc pertinet illa re-

sponsio Menonis: καθ' ἑκάστην γὰρ τῶν πράξεων καὶ τῶν ἡλικιῶν πρὸς ἕκαστον ἔργον ἑκάστῳ ἡμῶν ἡ ἀρετή ἐστιν. Praeterea huc pertinet locus nostri Nicomacheorum 2, 7. δεῖ δὲ τοῦτο μὴ μόνον καθόλου λέγεσθαι, ἀλλὰ καὶ τοῖς καθ' ἕκαστα ἐφαρμόττειν· ἐν γὰρ τοῖς περὶ τὰς πράξεις λόγοις οἱ μὲν καθόλου κοινότεροί εἰσιν, οἱ δ' ἐπὶ μέρους ἀληθινώτεροι· περὶ γὰρ τὰ καθ' ἕκαστα αἱ πράξεις· δέον δὲ ἐπὶ τούτων συμφωνεῖν.

γυναικὶ κόσμον] Versus Sophoclis in Ajace 293. Ceterum pro περὶ πάντων supra 6. fuit ἐπὶ τῶν ἄλλων τὸν αὐτὸν τρόπον ἔχει. Deinceps οὐκ ἤδη τοῦτο vertit vetus Interpres *non jam hoc.*

9. πρὸς τὸν τέλειον] Contra Aldinae, Camotianae et librorum scriptorum omnium fidem τὸ τέλος ex vetere versione et Thomae recepit Victorius, quod temere probavit Casaubonus; τὸ τέλειον malebat Conringius. Verba ἐλλείψῃ τ. ἔ. vetus Interpres vertit *deficiat ab operibus.*

10. ἢ διαφέρει τοῦτο πλεῖστον] Cum Sylburgiana recentiores τούτων dederunt, quod Lambinus vertit *an plurimum inter hos interest?* Vetus Interpres *differt ab his.* Potius est vertendum *in hoc enim discrimen est maximum.*

καὶ τοσοῦτον ἐπιβάλλει] Addendum videtur αὐτῷ. Aretinus αὐτῷ *sibi* reddidit, Victorius *et tantum cadit in illum virtutis, quantum servitutis.* Pronomen *eum* inseruerunt, Lambinus et Giphanius.

ἀφωρισμένην] Aretinus *indeterminatam* male vertit. Sequens locus οὐδὲ — τεχνιτῶν convenit cum illo sect. 3. οἷον σωφροσύνη — καὶ τῶν ἄλλων τῶν τοιούτων ἔξεων? ubi τις videtur supplendum. Aretinus brevius *aut alius opifex.* Ramus *aut alius quivis opifex.* Giphanius *futor vero nullus, neque ex aliis opificibus.*

11. ἀλλ' οὐ (τὴν) τὴν] Articulum τὸν addidi, quem reddidit Aretinus, Victorius, Lambinus, Giphanius et Heinsius; alia ratione Ramus, vertens: *virtutis, quam servus habeat, auctorem et caussam esse dominum, at probum, inquam, et verum dominum, non eum qui tantummodo herilem ad opus imperandum scientiam habeat.* Praeterea Giphanii suspicio est non inepta vocabulum δεσποτικὴν hic esse inutile et de-

lendum. Ceterum cum hoc loco comparetur disputatio Xenophontea in Oeconomici Cap. 12. s. 18. et seqq.

Διὸ λέγουσιν οὐ καλῶς] Voluit Sepulveda vel Ramus negationem deletam. Haec enim in margine apposuit Ramus. *Contra est in Graeco negatus hic locus, sed mendose. Nam Aristoteles ipse hoc antea secundo capite sensit, quod hic reprehenderetur. Servis enim id tantum reliquit, ut bene imperata facerent. Thomas sic locum hunc interpretatur:* unde non dicunt bene qui dicunt, quod non est ratione utendum ad servos, sed solo praecepto. *Quae interpretatio Aristotelis sententiae congrua est.* Respicit locum cap. 2. sect. 13. ubi servus dicitur κοινωνῶν λόγου τοσοῦτον, ὅσον αἰσθάνεσθαι, ἀλλὰ μὴ ἔχειν. Difficultatem facit distinctio inter τὸν κοινωνοῦντα λόγου ὅσον αἰσθάνεσθαι et τὸν ἔχοντα λόγον. Sed alibi servo τὸ βουλευτικὸν adimit; hoc igitur est illud, quod isto in loco dixit μὴ ἔχειν λόγον, id est ratiocinio carere.

ἐπιτάξει] Respicit locum Platonis libro 6. de Legibus p. 303. κολάζειν γε μὴν ἐν δίκῃ δούλους ἀεὶ, καὶ μὴ νουθετοῦντας ὡς ἐλευθέρους θρύπτεσθαι ποιεῖν· τὴν δὲ οἰκέτου πρόσρησιν χρὴ σχεδὸν ἐπίταξιν πᾶσαν γίγνεσθαι, μὴ προσπαίζοντας μηδαμῇ μηδαμῶς μήτ' οὖν θηλείαις μήτε ἄῤῥεσιν. Deinceps τοῦτον τὸν τρόπον cum Sylburgiana recentiores dederunt. Nobiscum Aldina et Victoriana. Pro τούτων veterem Interpretem δούλων scriptum vertisse annotat Conringius, eamque probat scripturam.

περὶ δ' ἀνδρὸς] Sylburgiana et recentiores περὶ δὲ γυναικὸς καὶ ἀνδρὸς dederunt, ut deinceps est καὶ τέκνων καὶ πατρός. Nos sequimur Aldinam et Victorianam.

ἐν τοῖς περὶ τὰς πολιτείας] In iis libris quae de optima reipublicae forma tractabant, voluit opus propositum exequi; quod an fecerit, ignoramus. Certe periit haec librorum pars postrema, nec aliunde traditum de praeceptis Philosophi iis in libris aliquid accepimus. In his enim, qui extant, libris, qui dici poterant rectius τὰ περὶ τὰς πολιτείας, nihil simile inest.

διελθεῖν] Victorianam hanc scripturam praetuli Aldinae ἐπελθεῖν, quam cum Sylburgiana probarunt Editiones recentiores, quoniam illa propius abest ab ea, quam veram puto, διιλεῖν. Vetus Interpres *supervenire*, sed Thom. *pervenire* habet. Aretinus *intueri*.

12. Ἐπεὶ γὰρ οἰκία] Causalem particulam omisit Aldina probante Zuingero. Sed Aldina habet; forte in Camotiana deest. Idem post ἀναγκαῖον voluit inseri δὴ vel καὶ ante ἀναγκαῖον, inepte. Vetus Interpres δὲ ante τῦ μέρους omisit. Deinceps βλέποντα Aldina et Camotiana habet, quod probavit Casaubonus.

οἱ κοινωνοὶ] Vetus Interpres vertit *dispensatores*. Videtur igitur διοικηταὶ vel ταμίαι scriptum legisse. Alterum enim vocabulum *socii* vetere solet. Idem sequens ἀποφηναμένων reddidit *pronunciatis*.

Ad Aristotelis Politicorum Librum II.

Ad Caput I.

Κἂν εἴτινες — τυγχάνωσι] Vulgatum τυγχάνωσιν correxi. Nam κἂν hic ponitur ut plurimis aliis locis horum librorum, tanquam sit καί; itaque non habet conjunctivum neque ullum omnino tempus adjunctum. Paucis aliquot in locis Codices variant scripturam et καὶ pro κἂν ponunt, quod equidem praeferrem. Nihil de hac in his libris frequentissima ratione traditum reperi, etiam in recentissima libri Vigeriani Editione.

ἔτι δὲ (ἵνα) τὸ ζητεῖν] Ex margine Isingr. ἵνα assumsi, quod dure intelligitur aut repetitur ex antecedente membro. Aretinus vertit: *nec putetur esse ad ostentationem et superfluitatem quaerere aliud praeter illas.*

2. Ἀρχὴν] Male *Initium* interpretantur quidam propter sequens πρῶτον; est potius principium disputationis, quod congruit cum principio civitatis, quod est in societate (κοινωνία) situm. Post πέφυκεν interfertum rectius εἶναι vertit vetus Interpres *natum est esse.*

εἷς ὁ τῆς μιᾶς πόλεως] Ineptam Aldinae scripturam ab Aretino etiam redditam ἰσότης μιᾶς propagavit Sylburgiana per recentiores omnes, quamvis cum Victoriana Isingr. veram prodidisset, quam vetus Interpres expresit, et probarunt Sepulveda, Lambinus, Muretus, Giphanius.

γεγραμμένον νόμον;] Addidi ſignum interrogationis, ne neceſſarium eſſet cum Conringio ἐπιεικέστερον addere.

3. Ἔχει δὲ] Sylburgiana prior et poſterior cum recentioribus ἔχει δὲ habent.

συμβαίνει] *conſequi ex rationibus* ſatis bene vertit Aretinus, *uſu venire* Victorius, *non efficitur nec evenit e rationibus* Lambinus, *rationibus Socratis minime concluditur* Ramus, *non videtur effici ex rationibus* Giphanius, Montecatinus.

πῶς — διελεῖν] Aretinus *tranſigere* vertit, *dividere* Victorius, *quomodo autem hoc ſit diſtinguendum quove modo intelligendum* Lambinus, *nec quod attinet ad finem, quem, ut modo dictum eſt, civitati propoſitum eſſe vult, fieri omnino poteſt, nec quicquam definitum eſt ab eo, qua ratione id ſtatuendum ſit, id eſt, quomodo civitas omnis una fieri poſſit* Ramus, *ut quidem jam dictum eſt, fieri nequit; quemadmodum autem diſtinguere oporteat, nihil eſt definitum* Giphanius, *nam id quatenus et poſſit fieri et debeat, diſtincte quod oportuit feciſſe, non exponit* Heinſius. Zuingerus pro εἴρηται νῦν, quae verba male Ramus et Giphanius ad Ariſtotelem referunt, ſcribi voluit δύνηται νῦν, cauſam hanc edens vel potius interpretationem: *Si unitatem ipſam cum Platone civitatis finem eſſe ſtatuamus, ei diviſioni reipublicae in cuſtodes et opifices et numero et profeſſione varios, quam Plato propoſuit, convenire neutiquam poterit; neque enim uniri poterunt. Atque num alia diviſio vel eſſe vel fieri debeat, cui unio talis convenire queat, ab illo non eſt explicatum.*

Λέγω δὲ — ἄριστον ὂν] Aldina δὲ habet, Camotiana omiſit; ſequens ὂν omiſit cum Aldina Victoriana, aliunde inſeruit Sylburgiana, hinc venit in recentiores. Vetus Interpres ſcriptum vertit ἄριστον ὂν ὅτι μάλιστα πᾶσαν. Aretinus vertit *tanquam id ſit maxime optimum.*

μίαν εἶναι] Locus Platonis eſt in libro V. de Republica p. 462. Steph. Ἔχομεν οὖν τι μεῖζον κακὸν πόλει ἢ ἐκεῖνο, ὃ ἂν αὐτὴν διασπᾷ καὶ ποιῇ πολλὰς ἀντὶ μιᾶς; ἢ μεῖζον ἀγαθὸν τοῦ, ὃ ἂν ξυνδῇ τε καὶ ποιῇ μίαν; Patet ex ipſa etiam oratione, non numeri unitatem, ſed animorum et voluntatum unionem et diſcordiam

intelligi, cum Plato δύο vel πολλὰς et μίαν ποιεῖν τὴν πόλιν dicit. Recte igitur Camerarius admonuit ad h. l. *De quo quidem callidior et argutior est nostri auctoris disputatio, quae ambiguitate verbi rem involvit. Ipse autem Aristoteles in quarto τῶν μετὰ τὰ φυσικὰ multiplicem atque variam significationem τοῦ ἑνὸς, id est unius, persecutus est. Non autem omnia, quo conjungendo et copulando magis unum fiunt, eo quasi in angustius spatium coguntur; ut exercitus, amicitiae et conjugii copulationes. Neque unus animus in duobus aut pluribus perimit qualemcunque copiam, sed conservat ac tuetur.*

ἐκ πλειόνων — ἐξ εἴδει] Utrobique praepositionem omisit vetus Interpres.

4. βοηθείας — πέφυκε.] Haec olim putabam transposita commodius legi post illa τὸ αὐτὸ τῷ εἴδει; sed nunc agnosco, posse etiam ita locum tueri. Sequens ἑλκύσει vulgato ἑλκύσῃ substitui cum vetere Interprete, Camerario, Sylburgio et Casaubono. Aretinus *attrahat* vertit, rectius Victorius *deprimat*. Idem Victorius monet εἴδει διαφέροντας hic dici alio sensu quam vulgari, ubi homines εἴδει διαφέρειν dicuntur ab animalibus, tanquam genere. Discrimen, quod facit εἶδος, hic positum est in conditione vitae, sorte atque artibus et studiis diversis. Ceterum Giphanius ad h. l. ita: *Platoni velut occurrere videtur, qui fortasse diceret, se non de tali unione loqui, qua ad unum redigatur civitas, sed de ea potius, qua multi licet ita tamen sint conjuncti, ut non tam multi quam unus esse videantur. Huic igitur contradictioni Aristoteles velut occurrens interjicit hic de civitate, eam esse non tantum multitudinem* etcet. Verum haec ratio Aristotelica ex priore consequitur atque est cum ipsa connexa; nec ea valet contra Platonem, qui ipse in libro secundo de re publica eandem sententiam proposuerat, ut monuit ad h. l. Zuingerus.

5. τῷ τοιούτῳ — ἀλλ' οἷον Ἀρκάδες] *differet autem et eo modo civitas* Aretinus, *hujusce modi enim quodam discrepabit* Victorius, qui in annotatione τῷ τοιούτῳ refert ad discrimen quo civitas a συμμαχίᾳ discrepat. Lambinus *tali au-*

tem re — ſed Arcadum more diſperſi. Ramus *hoc item pacto — ſed Arcadum more diſperſa.* Giphanius *tali autem re et agente differet civitas, cum non vicatim diviſi multitudine fuerint, ſed tanquam Arcades.* In annotatione ita: *Alia quoque est ratio civitatis et gentis, non quidem omnis gentis, ſed ejus, quae non per vicos et oppida est diſtincta, ſed quae ſparſas per agros domos habitat, quod inſtitutum Arcadum fuiſſe ait Ariſtoteles et indicat Strabo libro 4 in fine, ubi Arcadas tandem univerſos in urbem unam Megalopolin fuiſſe contractos et coactos ait, quaſi ante ſparſi habitarint; quod idem de Athenienſibus commemorant veteres, eos opera Theſei demum in unum corpus conductos eſſe. — Hae igitur gentes, quae non diſtinctos habent magiſtratus ſed communes, differunt tantum a civitate τούτῳ, id est multitudine et perturbatione — quia in civitate est hominum deſcriptio, varii ſunt ordines, in his gentibus non item.* Camerarius annotat, quosdam haec ita fuiſſe interpretatos, quaſi Ariſtoteles voluerit, civitatem magis una gente, minus unam foedere conjunctis eſſe. Hos nimirum ſic accipere Arcadum mentionem, ut ſparſim aliquando ſine oppidis ſineque cultu civili vitam agentium. Ipſe Camerarius ita ſentit. *Quod Arcadum exemplo indicavit, de eo in animo fuiſſe exiſtimo auctori, quod traditur post pugnam Leuctricam Epaminonda ſuadente conſenſiſſe illos magna ex parte ad unam civitatem condendam, quae ex re μεγάλη πόλις vocata fuit, inque illam deductae fuere diverſorum oppidorum Arcadiae incolae. — Itaque nunc Ariſtotelem hoc dicere puto: oportere in civitate discrimen eſſe civium, atque eo ipſo differre civitatem ac gentem: quod in civitate, ſi de pluribus pagis incolae congregentur, et ita fiat civitas una, non eadem poſſit eſſe quaſi forma omnium civium, ſed neceſſe ſit, alios aliis praeſtare dignitate honoribusque et caeteris rebus: in una autem gente oppidis ſeu pagis diviſa ſimilitudinem gentis et aequalitatem quandam conſervari nihil prohibere, quemadmodum et inter foedere conjunctos.*

Quod attinet ad Megalopolin, minime huic diſputationi convenire videtur ejus mentio vel comparatio; quoniam non omnes Arcadum vel urbes vel pagi fuerunt collati in

unam urbem Megalopolin, ſed coloni plures Arcades cum plurima parte Meſſeniorum exulum coierunt in novam urbem ſuaſu Epaminondae conditam; ibique conſilium commune Arcadum conſtituerunt. Vide dicta ad Xenophontis Hellenica 6, 5, 3. p. 383 ſeqq. Sed aliud exemplum ſuppeditat Hiſtoria graeca Xenophontis, Mantineae urbis a Lacedaemoniis διῳκισμένης dirutis moenibus, et civibus κατὰ κώμας disperſis ibique in agris habitare coactis, quo facilius ſtatus reipublicae oligarchicus a Lacedaemoniis inſtitutus ſervaretur. Xenophontis verba ſunt 5, 2, 7. διῳκίσθη δὲ ἡ Μαντίνεια τετραχῆ, καθάπερ τὸ ἀρχαῖον ᾤκουν. Deinde vero poſt victoriam Leuctricam οἱ Μαντινεῖς συνῆλθόν τε πάντες καὶ ἐψηφίσαντο μίαν πόλιν τὴν Μαντίνειαν ποιεῖν καὶ τειχίζειν τὴν πόλιν, ut ait Xenophon 6, 5, 3. ubi videbis annotata p. 3[illegible]3. Uti Xenophon Mantinenſes ait per pagos disperſos non unam habuiſſe civitatem, ſed illo demum tempore, cum in locum unum moenibus munitum coiiſſent, ita videtur etiam Ariſtoteles ſtatuiſſe, Arcades, cum per pagos disperſi habitarent, gentem potius quam civitatem dici potuiſſe.

Sed verba huic ſententiae contraria ſunt. Itaque vitium contraxiſſe videntur; et fortaſſe ἀλλὰ in πάλαι mutandum. Hoc fere modo etiam Conringius disputat ad h. l. *Hiant ſane,* inquit, *et illa* διοίσει δὲ etcet. *Nec enim Ariſtotelis aetate ita habitabant Arcades, ſed olim habitaverant ante Epaminondam. Nec eo differt a gente civitas, quod civitas ſit compoſita ex multis ſpecie diverſis, non vero gens; ſed quod in gente ita ſparſim non autem per vicos habitante nulla ſit communio, in civitate autem ſit perfecta ſocietas. In verbis autem hisce Ariſtotelicis hoc loco non exprimitur, quemadmodum civitas a gente differat: quod fieri debuiſſet, et factum eſſe veriſimile est.* Video Schloſſerum et Garvium omiſiſſe in verſione particulam ἀλλὰ et Arcadum exemplum ad tempora antiquiora referre. Agnoverunt igitur etiam ipſi vitium verborum, quae nationi per vicos disperſae Arcades opponunt.

δεῖ ἓν γενέσθαι, διαφέρει] Intellige ταῦτα. Sed monet Coringius fieri etiam ἓν ex partibus ſpecie iisdem; quod

graece dicatur ἐν ὁμοιομερὲς, velut acervum arenae: contra ex partibus specie diversis fieri ἐν ἀνομοιομερές. Tale esse ἐν civitatem ex sententia Aristotelis. Addit: *Itaque vel hinc liquet locum hunc mutilum esse ac mendosum; ne nunc urgeam nullam haberi hic cum proxime antecedentibus et consequentibus connexionem.*

ἴσον τὸ ἀντιπεπονθὸς] Vetus Interpres *par repensum*. Aretinus vertit *par responsum*, Victorius *aequale mutuum*, Lambinus et Giphanius *aequalitas mutua et reciproca*, Ramus *par et aequa compensatio*, Heinsius *talionem conservare civitates ac tueri*. Camerarius *aequalitatem affectionis mutuae reciprocando seu vicissitudine*. Montecatinus *perpessionem* vel *receptionem parem* et jus τοῦ ἀντιπονεῖν. *jus paria ferendi* vel *jus par pari* interpretatur. Male Schlosserus *das Gleichgewicht verschiedener Kräfte*, Garvius *dass die verschiedenen Klassen der Einwohner einander gleichsam die Waage halten*. Noster in Nicomacheis 5, 5. οἱ Πυθαγόρειοι ὡρίζοντο ἁπλῶς τὸ δίκαιον τὸ ἀντιπεπονθὸς ἄλλῳ. — ἀλλ᾽ ἐν μὲν ταῖς κοινωνίαις ταῖς ἀλλακτικαῖς συνέχει τὸ τοιοῦτον δίκαιον τὸ ἀντιπεπονθὸς κατ᾽ ἀναλογίαν καὶ μὴ κατ᾽ ἰσότητα· τῷ ἀντιποιεῖν γὰρ ἀνάλογον συμμένει ἡ πόλις etcet.

ἐπεὶ καὶ] Si in partibus et membris reipublicae specie id est artibus, divitiis etcet. discrepantibus debet esse τὸ ἴσον τὸ ἀντιπεπονθὸς, multo magis id debet adesse partibus et membris civitatis paribus et similibus velut libertate.

βέλτιον οὕτως ἔχειν] Aut supplenda est sententia talis, qualem expressit Heinsius: *Et optandum sane esset, idem obtineri posse in republica, hoc est, ut, quemadmodum qui artem didicerunt, hanc perpetuo exercent, ita et iidem semper imperarent. Essent enim sine dubio peritiores sui muneris qui imperant;* aut cum Schlossero inserenda negatio ante οὕτως, ut sit οὐχ οὕτως ἔχειν. Verum equidem potius existimo membrum aliquod excidisse, quo fuerat monitum, rectius eosdem artifices suam semper exercere artem neque cum aliis invicem permutare.

6. ἐν τούτοις δεῖ μιμεῖσθαι] Vulgatum δὲ suadente Heinsio et Montecatino mutavi in δεῖ, ut structura verborum et sen-

sus constaret. Aretinus vertit *et in eo imitari vicissim aequales cedendo invicem alios aliis.* Victorius eodem modo; in annotatione monet veterem Interpretem scripturam μιμεῖται reddidisse, quam probandam ait esse, aut e superioribus βέλτιον repetendum. Sed non explicuit, quid imitari jubeat Aristoteles; posuit tantum *quasi dicat inventam esse viam ejus boni obtinendi, si mutatis temporibus imperium et obsequium mutatum fuerit.* Sed in hoc nulla inest imitatio. Lambinus *apud eos praestat vicissitudinem imitari, ut aequales vicissim cedant novis magistratibus.* Ita etiam Giphanius. Verum haec non est imitatio vicissitudinis, sed ipsa vicissitudo. Ramus: *at in civitate fieri non potest, propterea quod sint omnes cives inter se natura pares. — In ea sane civitate convenit, ut qui inter se sunt aequales, sibi loco vicissim cedant, tanquam a principio similes essent.* Igitur omisit verba δεῖ μιμεῖσθαι. Heinsius scribi voluit τῷ ἐν μέρει, et totum locum ita reddidit: *Opus hic est illa, de qua diximus, vicissitudine: qualis in sutore ac fabro nempe esset, si hi sibi mutuo succederent. Quod hac ratione saltem exprimendum est, ut nimirum, qui aequales sunt conditione, sibi cedant mutuo, quemadmodum priores cesserunt.* Utramque Heinsii correctionem amplexus Conringius statuit εἴκειν significare h. l. non cedere sed similem esse. *Videtur*, inquit, *tale quid dictum: oportet imitari perpetuum regimen aliqua ex parte, et successive nunc his nunc illis committendo imperium, eos, qui aequales sunt, prioribus reddere similes.* Quid sit, quod imitari debeat, qui civitatem instituit, si quaerimus, proximum est πάντας αὐτοῦ (τοῦ ἄρχειν) μετέχειν. Remotius est paulo τοὺς αὐτοὺς ἀεὶ ἄρχειν. Cui tamen propositioni non congruit membrum illud ὥσπερ ἂν ἄλλοι γενόμενοι, quod potius Heinsio favet, referenti ad tertium illud membrum remotissimum ὥστε πάντας ἄρχειν, ὥσπερ ἂν εἰ μετέβαλλον — καὶ μὴ οἱ αὐτοὶ ἀεὶ σκυτοτόμοι καὶ τέκτονες ἦσαν. Verum et hac ratione efficitur, ut Philosophus ad membrum proximum πάντας τοῦ ἄρχειν μετέχειν respexerit, atque hoc sit illud, quod imitari jubeat vicissitudine. Igitur non dubitavi lenissimam Heinsii correctionem recipere. Ad verbum μιμεῖσθαι intel-

intellige τὅτο, quod idem antea intelligi debet in iſtis ἐν οἷς δὲ μὴ δυνατόν. — Haec ſcripſeram antea quam ipſe verſionem antiquam inſpexeram. Ibi ſcriptum reperi ita: *hoc autem imitatur ſcilicet in parte aequales cedere, hi* (Thomae appoſita verſio habet *cedere hoc,*) *tanquam ſimiles ſint a principio.* Legit igitur ſcriptum τὅτο δὲ μιμεῖται τὸ ἐν μέρει τὸς ἴσυς εἴκειν τύτυ, (vel τὅτο) ἅτε ὅμοιοι ὄντας ἐξ ἀρχῆς. Quae ſcriptura quanquam minus vitioſa, quam vulgata, mihi tamen ſatisfacere nondum potuit.

παρὰ μέρος] Aldina. Iſingr. κατὰ habent. Vetus Interpres plane haec duo verba omiſit. Sequens τῶν ante ἀρχόντων cum Lambino inſeruit Sylburgius, unde venit in recentiores Editiones.

7. Φανερὸν τοίνυν] Et hic et in ſequenti argumentatione eadem eſt ſophiſtica calliditas Ariſtotelis, ut recte animadvertit Camerarius, qui monet haec vere dici de numeri unitate et περὶ τῶν ἀριθμῷ πλειόνων, quae ut partes totum conſtituant, ſive συνημμένως ſeu ἡνωμένως, ut animantis corpus et aedificium, ſive περιληπτικῶς καὶ συστηματικῶς, ut populus et legio et grex. Sed unum illud Socraticum conſenſionis et concordiae ſignificatione uſurpari.

8. υἱὸν ἑαυτῦ φήσει] Montecatinus veram putabat ſcripturam φιλήσει, quam D. Thomas *diliget* reddidit; non ego.

τῶν συμβαινόντων] Plato eodem libro 5. ἑνὸς δὴ πάσχοντος τῶν πολιτῶν ὁτιῦν ἢ ἀγαθὸν ἢ κακὸν, ἡ τοιαύτη πόλις μάλιστά τε φήσει ἑαυτῆς εἶναι τὸ πάσχον, καὶ ξυνησθήσεται ἅπασα ἢ ξυλλυπήσεται.

9. ὁμοίως δὲ — ἕκαστος δ᾽ αὐτῶν.] Hoc totum membrum omiſit Sylburgiana, quam ſequuntur recentiores. Iſingr. male diſtinctum habet ita πάντες μὲν ἀχ, ὡς ἕκαστος. Quod ait Schloſſerus Platoni fieri nunc injuriam, quoniam illud ἐμὸν Platonicum ſit intelligendum ſignificatione ſubtiliore illa, qua τὸ ἐμὸν non habeat ſibi oppoſitum τὸ σὸν, quemadmodum amicorum μία ψυχὴ, et amicorum πάντα κοινὰ eſſe dicantur, in eo vereor, ut aſſenſum lectorum impetrare poſſit. Aperte enim Plato: ἐν ᾗτινι ὖν πόλει οἱ πλεῖστοι πρὸς ταὐτὸ κατὰ ταὐτὰ τὅτο λέγωσι τὸ ἐμὸν καὶ τὸ ὐκ ἐμὸν, αὕτη

ἀϱιστὰ διοικεῖται. Quid enim differt dicere ἐκ ἐμὸν ab eo, quod eft τὸ σόν?

πάντες καὶ ἀμφότεϱα] Giphanius ad h. l. Eodem modo et libro 1. de ortu et interitu c. 2. in fine hujus quoque verbi ufu et fignificatione ancipite falfum effe Democritum oftendit, in hac propofitione πάντη εἶναι στιγμήν. Bifariam igitur feu dupliciter verbum πάντες accipitur, ut et verbum ἀμφότεϱα, univerfe et figillatim, hoc eft, ut vulgo, collective et diftributive; verbi gratia: Duodecim funt homines, qui terni confiftant; hi, ut omnes et univerfi, funt pares; ut fingulatim terni, funt impares. Sic et de utroque; fi fex fint homines, qui terni confiftant, utrique quidem dicentur pares; ut finguli impares.

πάντας τὸ αὐτὸ λέγειν] Aretinus *quare hoc ipfum omnes dicere — nihil confentaneum habet.* Vetus Interpres fimiliter *confentaneum* vertit.

10. ἑκάστῳ ἐπιβάλλει] Victorius *quantum fuas partes poftulare putant.* Vetus Interpres *unicuique attinet.* Aretinus *quantum fingulis competit;* Lambinus *quanta ad quemque attinet (cura)*; Giphanius *quantum cujusque interfit.* Posfis cum Livio, apud quem Hanibal libro 10. *tantum e publicis malis fentimus, quantum ad nos pertinet,* etiam hoc reddere *quantum proprie ad quemque pertinet.*

11. χίλιοι] Eundem numerum poftea iterum ponit, fed paulo poft δισχιλίας ἢ μυϱίας nominat. Praeftabat fane eundem numerum ubique ponere ex hypothefi.

Ἔτι τὸν εὖ πϱάττοντα ἢ κακῶς] Novum argumentum. Nemo quemvis mille fortaffe civium adolefcentium fuum dicet filium, fed fi quem fortunatum et felicem viderit, fuum, fi quem infortunatum, alius effe dicet, fed dubius tamen, an vere fuum agnoverit, et gaudere de ejus felicitate fibi liceat; itaque multo minus voluptatis ex felicitate filii, quem fibi quafi proprium affumferit fide male firma, percipiet, quam vulgo percipimus ex fortuna cognatorum, propinquorum et tribulium.

τυγχάνει ἄν] Camot. Ifingr. ἄν omifit. Vetus Interpres *quomodocunque contingat fecundum numerum exiftens.* Se-

quentia τὸ αὐτὸ μὲν προσαγορεύοντας Aretinus vertit: *ita vocantes unumquemque duorum millium.* Postea Camot.: δισχιλίων καὶ μυρίων habent.

13. ὑπολαμβάνειν — λαμβάνειν] Aretinus vertit *quin agnoscant — fidem recipiant simul.*

τῶν ἄνω Λιβύων] Garamantes ita facere narrat Mela I. c. 8. De Ausibus ad lacum Tritonem habitantibus in littoro Africae idem narrat Herodotus 4, 180. Apud Troglodytas littus occidentale maris Erythraei incolentes communionem mulierum et liberorum narrat Diodorus 3, p. 197. excepto rege, qui suam sibi conjugem haberet. Auctor libri: *Bemerkungen über Russland, L. B. de Campenhausen* Lipsiae 1807. editi, narrat apud Saporogos liberos cognominatos et nobiles communionem fuisse uxorum, hasque separatim in pagis habitasse p. 60 seqq.

γυναῖκες — δικαία] Rarum est vocabulum γυνὴ ad feminas animalium translatum. De equa Pharsalica idem narrat in Histor. animal. 7, 6.

14. ἀπαθεῖν] Aldina, Camot. Isingri ἀποθεῖν, quam scripturam multi nunc praeferunt. Sequens πλεῖον est pro frequentius, saepius dictum.

λύσεις] Aretinus *expiari debito modo possunt*, reliqua omisit τῶν δὲ, μηδεμίαν, ubi μὴ addidi. Vetus Interpres vertit *aliis autem neque unam.* Ergo τῶν δ' ἄλλων μηδὲ μίαν scriptum legit. Locum Platonis e libro 2. Reipubl. posuit Giphanius, ubi est ὡς ἄρα λύσεις τε καὶ καθαρμοὶ ἀδικημάτων διὰ θυσιῶν καὶ — εἰσὶ μὲν ἔτι ζῶσιν, εἰσὶ δὲ καὶ τελευτήσασιν, ἃς δὴ τελετὰς καλοῦσιν. Victorius ex Euripidis Oreste versu 597. μίασμα λῦσαι et versu 510. φόνον φόνῳ λῦσαι comparavit. λύτρα καθαρμῶν habet auctor Orphicorum Argonaut. versu 1366.

15. τὰς χρήσεις τὰς ἄλλας] Plato de rep. libro 3, c. 12. φιλεῖν μὲν καὶ ξυνεῖναι καὶ ἅπτεσθαι, ὥσπερ υἱέος, παιδικῶν ἐραστὴν, τῶν καλῶν χάριν, ἐὰν πείθῃ· τὰ δ' ἄλλα οὕτως ὁμιλεῖν, πρὸς ὅν τις σπουδάζει, ὅπως μηδέποτε δόξῃ μακρότερα τούτων ξυγγίνεσθαι. Et libri 5, c. 14. in expeditione bellica forti licere vult φιλῆσαί τε καὶ φιληθῆναι ὑπὸ ἑκάστου — μηδενὶ ἐξεῖναι ἀπαρνη-

θῆναι, ὃν ἂν βούληται φιλεῖν, ἵνα καὶ ἐάν τίς τε τύχῃ ἐρῶν ἢ ἄῤῥενος ἢ θηλείας, προθυμότερος ἢ πρὸς τὸ τἀριστεῖα φέρειν.

λίαν ἰσχυρᾶς] Plato ibidem μείζω δέ τινα καὶ ὀξυτέραν ἔχεις εἰπεῖν ἡδονὴν τῆς περὶ τὰ ἀφροδίσια; — οὐδέ γε μανικωτέραν. — οὐδὲν ἄρα προσοιστέον μανικὸν οὐδὲ ξυγγενὲς ἀκολασίας τῷ ὀρθῷ ἔρωτι.

16. φιλίαν τε γὰρ] Rectius φιλίαν μὲν γὰρ scriptum vertit antiquus Interpres.

στασιάζοιεν] Aldina Camot. Isingr. στασιάζοιμεν. Aristophanis comici lepidam fabulam de hominum genere olim gemino sexu membrisque praedito, deinde vero divulso et quasi dimidiato narrat Plato in Convivio.

17. ἢ τὸν ἕνα] Permixtionis haec est vis et natura, ut corpora, quae commiscentur, vel utraque intereant, vel alterum, uti noster de ortu et interitu l. c. 7. docet. Iterum, uti vides, cavillatur Platonicum μίαν γενέσθαι τὴν πόλιν.

διαφροντίζειν] Aretinus haec vertit: *communitatem istam nequaquam necessariam in tali republica a nominibus extimantibus vel patrem ut filii, vel filium ut patris, vel fratres invicem.* Omisit igitur verbum διαφροντίζειν, quod vitiosum et ex duobus conflatum esse vidit Camerarius. Igitur corrigebat διαφορηθῆναι φροντίζειν. Vetus Interpres *curare* vertit. Equidem malim διαφορηθῆναι (vel διαφθαρῆναι) διὰ τὸ φροντίζειν vel ὡς φροντίζειν ἥκιστα ἀναγκαῖον ὄν. Conringius putabat, leniore medicina se defungi posse, mutato ὂν in οὖν.

18. πάλαι λεχθέντα] Vetus interpres *antique dicta* vertit, ut annotavit Victorius, sed altera Thomae apposita versio *antiqua* habet. Aretinus *supra*, Victorius *olim*, nescio quid argutatus in hoc vocabulo, quod equidem non satis intelligo. Platonis disputatio de transferendis liberis ex ordine altero in alterum extat in libro tertio extremo et quarto primo.

μηνύειν τοὺς φύλακας — φύλαξι τοὺς εἰς ἄλλους] Verba τοὺς φύλακας hoc ordine collocata habent Aldina, Camotiana et Basileensis; primus sua de sede movit et post δοθέντας

locavit Victorius, quo facto sententiam plane pervertit et structuram verborum dissolvit. Certe dubium esse potest, verba τὰς φύλακας cum verbo προσαγορεύουσιν jungenda sint an cum illis quibus proxima haerent τοὺς ἄλλους πολίτας. Deinde vulgo legitur scriptum φύλαξιν εἰς τοὺς ἄλλους, ubi Montecatinum secutus posui τοὺς εἰς ἄλλους consentiente Conringio. Aretinus secutus Aldinam vertit: *nam non amplius appellant custodes fratres et filios et patres et matres qui aliis civibus deduntur, et rursus qui ex custodibus aliis civibus.* Victorius *non enim amplius appellant — matres custodes — et contra qui a custodibus, ad alios cives.* In annotatione posuit *non enim filii ab his ad illos translati vocabunt fratres et ceteris cognationis nominibus custodes, ad quos ab agricolis et opificibus translati fuerint, contraque filii custodum translati ad agricolas opificesve non appellabunt eodem pacto ad quos pervenerint.* Quam sententiam ut e verbis graecis elicias, non est satis scribere παρὰ τῶν φυλάκων, sed multo plura erunt mutanda. Vetus Interpres brevissime: *et rursum qui apud alios cives.* Lambinus aliter *non enim amplius fratres et matres appellant ii qui aliis civibus traditi sunt, puta custodibus, neque rursus ii, qui apud custodes nati sunt, aliis civibus traditi.* Is igitur scripturam Victorianam expressit et verba τοὺς φύλακας copulavit cum illis τοὺς ἄλλους πολίτας. Sed quid opus erat ambagibus istis εἰς τοὺς ἄλλους πολίτας τοὺς φύλακας? Brevius licebat εἰς τοὺς φύλακας. Tum verba οἱ παρὰ τοῖς φύλαξι violenta ratione atque insolenti interpretatur *apud custodes nati,* cum deberet esse οἱ ἐκ τῶν φυλάκων, *qui custodibus nati sunt.* Denique desideratur ita nomen jungendum verbo προσαγορεύουσι, et cui congruant illa cognationis vocabula ἀδελφοὺς, τέκνα, πατέρας, μητέρας. Nam προσαγορεύειν τινὰ πατέρα dicitur; igitur duplice nomine adjuncto opus est verbo προσαγορεύειν; nunc vero alterum personae desideratur, cognationis vocabula apparent. Ramus *neque vero qui apud agricolas aliis civibus adscripti, neque rursus qui apud custodes in alium numerum relati fuerint, jam fratres — matres appellabunt, ut provideant.* Giphanius verba singula scripturae Victorianae reddidit latinis

de sensu securus. Heinsius *cum praesertim nolit, ut qui transferuntur ad opifices, eos amplius, qui sunt in ordine custodum ac in eo manent, hoc est magistratum, fratres — vocent liberos, neque ut illi, qui in ordine custodum manent, eos qui translati sunt, sic vocent.* Is igitur plane expressit emendationem Montecatini et veterem Aldinam scripturam, ita ut ampliore commendatione emendationis non sit opus, nisi forte admonendus est lector orationem esse ita supplendam οἱ παρὰ τοῖς φύλαξιν ὄντες τὺς εἰς τὺς ἄλλυς πολίτας δοθέντας προσαγορεύυσιν (ita enim scriptum malo) ἀδελφὺς — πατέρας.

Ad Caput II.

οἷον τὰ μὲν γήπεδα] Exempla haec non conveniunt propositioni generali τάς τε κτήσεις — καὶ τὰς χρήσεις. Quare Dan. Heinsius interposito ἢ scribi voluit ἢ οἷον. Schlosserus autem ἢ pro καὶ scribi voluit ante τὰς χρήσεις; quae ratio propter antecedens τάς τε locum non habet.

ἐθνῶν] Barbaras nationes etiam hic intelligit Victorius; alii Lacedaemonios, quidam Tarentinos, de quibus infra 6, 5.

2. ἀλλ' ἀνίσων] Haec Aldina Camotiana et Isingr. vetus versio et Aretini omisit; igitur seclusi.

4. πρὸς τὸ χρῆσθαι] Camotiana πρὸς omisit, Aldina habet. Aretinus tria haec vertendo praeteriit. Giphanius ad h. l. ita: Callide Aristoteles proverbium hoc (κοινὰ τὰ φίλων) plane invertit, aliterque accipit atque Plato. Nam eo hic velut argumento utitur ad confirmandam suam communitatem, utitur et Aristoteles ad suam: sed ille ad communitatem quoque dominii, hic ad usus duntaxat.

5. Ὑπογεγραμμένον] Victorius *descriptum et informatum* interpretatur, Giphanius *adumbratum*, Lambinus *cum — hujuscemodi consuetudinis informata descriptio est.* Giphanius comparat ex Nicomacheis 1, 7. ἀναγράψαι, quod Andronicus Rhodius παραφράζει, τελέως γράψαι.

χρήσιμα ποιεῖ] *utenda permittit.* Male Lambinus *partim ea commendat amicis.* Giphanius *alia quidem facit ut amicis sint utilia.*

εἰς κοινοῖς] Male εἰς omisit Aldina, Isingr. Aretinus, qui et sequens καὶ praeteriit.

ἀλλήλων εἰς ἰδίοις] Vulgatum ὡς εἰπεῖν ἰδίοις auctore Giphanio correxi. Aretinus vertit: *vicissim tanquam forent uniuscujusque.*

ἐφοδίων] Vetus Interpres *si indigeant pro viaticis in agris per regionem.* Aretinus *vehiculis* vertit, ceteris omissis. Victorius in Addendis comparato loco Xenophontis de Republ. Lacedaemoniorum c. 6, 4. ὅπου γὰρ ἂν ὑπὸ θήρας ὀψισθέντες δεηθῶσι τῶν ἐπιτηδείων, ἢν μὴ συνεσκευασμένοι τύχωσι, καὶ ἐνταῦθα ἔθηκε, τοὺς μὲν πεπασμένους καταλείπειν τὰ πεποιημένα, τοὺς δὲ δεομένους ἀνοίξαντα τὰ σήμαντρα, λαβόντας ὅσων ἂν δέωνται, σημηναμένους καταλείπειν.

6. αὐτὸς ἔχῃ] Vulgatum ἔχει correxi. Conf. Vigerii librum p. 455. nuperae Editionis. Vetus Interpres: *nequaquam enim frustra — habet.* Deinceps vulgatum τὸν φιλοχρήματον monitu Camerarii correxi. Recte Aretinus vertit *amatio pecuniarum.* Postea ἕκαστος habet Aldina. Locum Platonis de φιλαυτίᾳ libro 5. Legum p. 213. comparavit Camerarius.

τὸ βοηθῆσαι] Articulum inserui ex Camot. Isingr. Sequentem negationem ante συμβαίνει omisit vetus Interpres, et abesse posse censebat Victorius, non ego. *Haec autem non contingunt* Aretinus. Idem Interpres ἑτέροις pro ἑταίροις reddidit, quae scriptura Sepulvedae placuit et Montecatino.

7. Ταῦτά τε δὴ οὐ συμβαίνει] Vetus Interpres et D. Thomas negationem omisit, probante Victorio. Duplicem interpretationem admittit hic locus. Negatione recepta sensus erit *haec commoda a me commemorata non contingunt civibus in illa Platonis republica, accedit etiam illud incommodum, ut duae virtutes earumque vis et effectus plane tollatur.* Ita vero manifestum est postulari adversativam particulam et scribendum ταῦτα δὲ οὐ συμβαίνει, quemadmodum

vertit Aretinus *Haec autem non contingunt.* Contra negatione omiſſa ſenſus erit: *Haec igitur ſunt ea, quae conſequentur, ſi quis cum Platone civitatis nimiam unitatem efficere conetur; praeterea tolluntur etiam duae virtutes.* Ita vulgata ſcriptura ταῦτά τε δὴ συμβαίνει ferri poteſt. Equidem cum Victorio ſentio, et praeterea τε tollendum cenſeo. Deinceps dubito an verum ſit τοῖς λίαν ἐν ποιοῦσι τὴν πόλιν, cum reliquis in locis ubique μίαν ſcriptum ſit, quod grammatica ratio flagitat. Poſtea Zuingerus malebat ἐν γὰρ τῇ.

9. ὀλίγους τῶν] Camot. Iſingr. τοὺς ἐκ τῶν. Sequens συμβάλλοντες Victorius vertit *cum multis conferentes*, Aretinus haec brevisſime: *cum etiam res in communi habentes multo magis inter ſe litigare videamus, quam eos, qui ſeparatim posſident.* Lambinus *ſed paucos ſpectamus ex comunicatione bonorum inter ſe disſidentes, cum multis proprie rem familiarem posſidentibus comparantes.*

παρακχέρσεως] Vetus Interpres *deviationis* vertit, Victorius *lapſionis.*

ἔσται χεῖρον] Verbum ἔσται omiſit Camotiana Iſingr. Aretinus. Mox μίαν post βάσιν Camotiana omiſit. Ut oratio et poëſis dicitur βαίνειν ἐν ῥυθμῷ, ita ῥυθμὸς varia baſi cenſetur, et baſis eſt elementum rhythmi. Baſis in muſica ἄρσει et θέσει conſtat, et baſibus conſtant pedes poetici.

10. τὰ περὶ τὰς κτήσεις] Aretinus *veluti ſervorum jumentorumque in Lacedaemone et comeſſatione in Creta legislator communionem induxit.*

πολλοῖς ἔτεσι] Aretinus ἔθεσι vertit, et pro οὐ συνῆκται ſcriptum οὐκ εἰσῆκται *non inducta.* Victorius *non collecta,* Lambinus *non in unum collecta,* Ramus *nondum ſancita et confirmata ſunt.* Giphanius recte Aretini et Rami verſionem improbavit.

11. αὐτὰ καὶ χωρίζων] Haec omittit Codex Camerarii, qui ſuſpicatur ea ex gloſſa marginali irrepſiſſe; alioqui αὐτὰ interpretabatur ea, quae Socraticis rationibus contrahuntur et fiunt unum. Camerariani libri ſcriptura placuit etiam

Casaubono; igitur verba dubia seclusi. Giphanius ad h. l. *verbo αὐτὰ alii bona, alii aliud intelligunt: puto referendum ad verbum ἔργοις: latine reddi non potest commode. Nam quod Graeci ἔργῳ καὶ ἔργοις dicunt, cui contrarium est λόγῳ, id latine dicimus re et usu, non operibus, ut reddidit ad verbum Sepulveda. Sententia tamen non difficulter reddi potest: nimirum non posse quem civitatem disputatione descriptam in usum revocare, quin quae ad usum pertinent, hoc est ipsam civitatem usu constituendam partiatur, partim in tribus, partim in sodalitates.* Vetus Interpres vertit *partiens tempora,* sed Thom. *ipsam* habet *pro tempora.* Deinceps ὥστε καὶ οὐδὲν ἄλλο scriptum vertit, et φύλακας *municipes,* cum alibi semper *custodes* interpretari soleat.

ποιεῖν ἐπιχειροῦσι] Novum, non vetus institutum id illius civitatis affirmare ait Victorius Aristotelem; qui *etiam nunc efficere aggrediuntur* vertit; *quod et nunc L. facere conantur* Lambinus, *quod nunc etiam Lac. facere conantur* Ramus male, Giphanius recte *quod hodieque L. facere conantur.* Male igitur quidam ex h. l. arguere voluerunt, novum id Lacedaemone fuisse institutum, aut in usum tempore Aristotelis revocatum, cum antiquitatis omnis testimoniis constet, agriculturam Spartanos Helotibus permisisse. Verum id ex h. l. colligi posse videtur, coepisse Spartanos hoc Aristotelico tempore a vetere more desciscere, cum studium divitiarum magis in ea civitate invaluisset.

τό γε πλῆθος] Victorius interpretatur *magna ex parte numerus reliquorum civium praeter custodes implet civitatem.* Lambinus *multitudo civitatis ex civium, qui inter se differunt, multitudine conflatur.* Vetus Interpres *universorum civium,* sed Thom. *diversorum civium* habet. Ramus *nam cum civitatis populus ex variis civium generibus et diversis constet.* Giphanius *atque communitatis multitudo fere constat ex aliorum multitudine civium.* Rectius in annotatione: *quod de principibus tantum seu custodibus explicarit, de reliquis civibus non item, agricolis, opificibus etcet. quorum tamen multitudo maxima sit pars civitatis.* Schlosserus a sensu plane aberravit, quem recte reddidit Garvius. — Denique ἢ καὶ καθ' ἕκαστον

cum Camot. Isingr. Sylb. dant recentiores Editiones; ego sequor Victorianam. πρότερον pro πόνηρον vertit antiquus Interpres.

22. τί πλεῖον] Intellige ἔσται; Victorius interpretatur: *quomodo compensabitur obsequium agricolarum erga ipsos, et quod commodum capient, si in officio manserint, paruerintque ipsis.* Lambinus contra: *quid praemii consequentur qui gerunt magistratum? aut qua spe quove pretio adducti magistratum gerent?* Ita etiam Ramus et Giphanius, Camerarius et Heinsius. Non mirum igitur Schlosserum et Garvium pariter aberrasse a vero sensu, quem tamen sequens cautio a Cretensibus translata indicat, qua agricolae et opifices armorum usu et exercitatione destituti coguntur sustinere imperium τῶν φυλάκων. Quodsi molestias magistratus gerendi significare voluisset Philosophus, dicere debebat ὑπομένειν ἄρχειν αὐτῶν, non τὴν ἀρχὴν αὐτῶν. Deinde tota haec disputatio nunc est de ceteris civibus praeter φύλακας seu principes. Denique video solum Piccartum facere cum Victorio, eandemque rationem attulisse, quam ipse antea posui.

τί μαθόντες ὑπομενοῦσι] Vulgatum ὑπομένουσι cum Aretino et Camerario correxi. τί παθόντες cum vetere Interprete maluerunt Sepulveda, Camerarius, Giphanius et Fülleborn. comparata annotatione Wolfiana ad Leptineam p. 348.

τἄλλα ταὐτὰ — ἐφέντες] Veram puto Camerarii correctionem τἄλλα πάντα. Aretinus etiam *cetera omnia servis permittentes.* Deinceps praetuli scripturam Aldinae vulgatae ἀφέντες, quam tamen ipse etiam Camerarius praeferebat.

13. εἰλωτείας — δουλείας] Victorius εἰλωτείας dedit. Vetus Interpres *quam a quibusdam obsequia et humiliationes et servitutes.* Pro δουλείας Aretinus *perichias* reddidit. Igitur περιοικίας scriptum reperit, quod equidem vocabulum suscepissem, si in libro scripto repertum fuisset. Ita Mariandyni Heracleotarum περίοικοι eodem loco erant, quo πενέσται Thessalorum et εἵλωτες Spartanorum. Quam noster ἀποφορὰν, Plato vocat μισθόν.

14. εἴτ' ἀναγκαῖα ταῦτα] Victorius interpretatur *an necessaria sint ipsis erudiendis praecepta et documenta quaedam ut aliis similibus illa convenire certum est.* Giphanius monet in vocabulo ταῦτα alios intelligere communitatem uxorum et bonorum, alios, ut Sepulvedam, mala quaedam et incommoda. Posteriorem rationem plane falsam censet esse, itaque priorem probat. Aliter tamen, certe ambigue vertit: *Verum haecne peraeque sint necessaria an non, nunc quidem nihil est explicatum, quanquam his sunt conjuncta, quae reipublicae horum sit ratio et disciplina.*

καὶ εἰ κοιναὶ — γυναῖκες] Haec in Aldina et Victoriana postremo loco leguntur post ἄνδρες αὐτῶν. Lambinus cum vitium vidisset, in versione haec ita collocavit, uti nos fecimus; contra nescio qui factum, ut in Sylburgiana et ceteris hinc ductis haec insererentur alieno loco post οἰκονομήσει. Est autem οἰκονομεῖν h. l. res domesticas curare. Reliqua ita Aretinus: *ut agriculturae viri quamvis sint communes facultates et agricolarum mulieres.* Sed ecce vetus Interpres: *quamvis si communes possessiones et agricolarum uxores, quemadmodum quae in agris ipsarum viri:* ubi tamen Thom. habet *quamvis sint.* Is igitur scriptum legit καίτοι εἰ κοιναὶ — γυναῖκες, ὥσπερ — αὐτῶν. Sed ne haec quidem scriptura, nec ipsa transpositio, quamvis nitatur auctoritate vetustissima, mihi satisfacit. Mallem ordine vulgari servato membrum illud postremum καὶ αἱ τῶν γεωργῶν γυναῖκες abesset.

15. οἰκονομίας οὐδὲν] Cujus nempe cura propria mulierum est in genere humano. Alio modo Platonicam similitudinem exagitat Lactantius 3, 21. monente Giphanio.

ἤπερ γε δὴ παρά γε] Aldina Camotiana Isingr. ἤπερθεν δή. Alterum certe γε abundare videtur. Vetus Interpres *si aliunde utique apud animosos.* Legit igitur scriptum εἴπαθεν δή.

16. εἰ μὴ πάντων] Male cum Aldina Sylburgiana et recentiores ἢ μὴ πάντων habent: idem tamen vertit Aretinus cum vetere Interprete.

Ad Caput III.

1. καὶ περὶ τοὺς νόμους] Rectius ſcriptum τὰ περὶ τ. ν. vertit antiquus Interpres.

διώρικεν] Camotiana διώρισεν dicitur habere; noſtrum eſt in Aldina etiam. Deinceps τέκνων καὶ κοινωνίας Aldina, Camot. Baſil. habent; poſtea verba πῶς ἔχειν δεῖ cum Aretino omiſit Sepulveda. τῆς πολιτείας τῆς τάξεως vertit antiquus Interpres. Denique πρὸς τὸν πόλεμον, non πρεσπολεμοῦν vertit.

πεπλήρωκε τὸν λόγον] Duo poſtrema vocabula omiſit antiquus Interpres.

2. βουλόμενος κοινοτέραν] *quam dum pergit communiorem facere, paulatim circumagit* Aretinus et Victorius, niſi quod hic *civitatibus* addidit. Lambinus *communiorem civibus — circumagens flectit ac detorquet.* Ramus inepte *ad regendas civitates hic communiorem quam illic efficere, propemodum in illam ſuperiorem relabitur.* Equidem addita ταῖς πόλεσι non deſiderarem, ſi abeſſent. Nunc vero debemus ea interpretari *civitatum uſitatis nunc formis.*

ἀποδίδωσιν] Aldina Iſingr. ſimplex δίδωσιν habent. Deinceps verba δεῖν εἶναι συσσίτια καὶ γυναικῶν interpretatur Giphanius ex libro 7. de Legibus, in prima republica virorum et mulierum ſodalitates eſſe easdem, eademque eos uti menſa; in ſecunda vero alias ſodalitates, et alia menſa uti viros, alia feminas, pueros et propinquos. Montecatinus ait Platonem in primo prohibuiſſe ſodalitates et convivia mulierum, in ſecunda vero etiam feminis permiſiſſe. Quid verum ſit, agnoſces ex his Platonicis libro 6, p. 309. τὸ δὲ περὶ τὰς γυναῖκας οὐδαμῶς ὀρθῶς ἀνομοθέτητον μεθεῖται, καὶ οὐκ εἰς τὸ φῶς ἦκται τὸ τῆς ξυσσιτίας αὐτῶν ἐπιτήδευμα.

ταύτην δὲ πεντακισχιλίων] *ſtatuit* vertendo addidit Ramus; alii periphraſi uſu defectum verbi celaverunt. Numerum vero Plato 6, p. 225. ſtatuit πεντάκις χίλιοι καὶ τετταράκοντα, rationi tribuum 12 congruentem.

3. περιττὸν — κομψὸν] Inepte Aretinus *ſuperfluum et comtum quiddam.* Victorius *eximium quiddam et amplum*

vel *grande.* Lambinus *eximium quiddam et gloriosum et magnificum.* Ramus *redundantem quandam et superfluentem orationis copiam et ambitiosae cujusdam contentionis ostentationem atque pompam.* Giphanius *eximium quiddam et elegans et novum.* Camerarius optime *Socraticas disputationes ut non usitatas neque communes, id est singulares et eximias vel etiam copiosas et exaggeratas, itemque bellas et comtas magisque elegantes quam graves notat Aristoteles.* Heinsius *tales sunt Socratici sermones, ut nec eruditionem neque venustatem neque inventionem cum inusitata disputandi arte ac dexteritate merito desiderare in iis quisquam possit.*

παρὰ τούτους] Aldina et Isingr. περὶ habent. Sequens κατ' εὐχὴν Aretinus vertit *pro arbitrio.* Comparat Victorius locum Platonis ex libro 5. de republica: οὐκ ἄρα ἀδύνατά γε οὐδὲ εὐχαῖς ὅμοια ἐνομοθετοῦμεν.

4. προσθεῖναι] Aldina et Isingr. προστεθῆναι probarunt Montecatinus et Casaubonus. Deinceps pro πολιτικὸν maluisse Muretum πολεμικὸν scribi, annotavit Sylburgius. Cum Mureto sentit Casaubonus. ὁπλιτικὸν maluit Montecatinus. Cum Mureto vertit locum Schlosserus, contra Garvius recte sequitur Giphanium, qui πολιτικὸν interpretatur πρακτικὸν, in rebus humanis et actionibus positam vitam, in negotiando, in bello gerendo etcet. cui contraria sit philosophorum vita, quae se intra suos fines contineat. Conf. ad sect. 9. dicenda. Vetus Interpres habet *politicum et non monasticum.* An scriptum legit καὶ μὴ μοναστικόν?

πρὸς τοὺς γειτνιῶντας] Obiter tamen meminit curae vicinarum urbium habendae libro 6, p. 263, et libro 5. p. 225. est: πλῆθος δὲ ὁπόσοι τοὺς προσχώρους ἀδικοῦντάς τε αὐτοὺς ἀμύνασθαι δυνατοὶ καὶ γείτοσιν ἑαυτῶν ἀδικουμένοις βοηθῆσαι μὴ παντάπασιν ἀπόρως δύναιντ' ἄν. ταῦτα δ' ἰδόντες, τὴν χώραν καὶ τοὺς γείτονας ὁριούμεθα ἔργῳ καὶ λόγοις. Deinceps post τόπους vetus Interpres verba πρῶτον μὲν inserta legit et vertit.

μὴ τοιοῦτον] πολεμικὸν recte h. l. interpretatur Zuingerus; sed inde non consequitur, etiam supra πολιτικὸν esse mutandum in πολεμικόν. Minime enim Plato voluit in-

star reipublicae Lacedaemoniorum suam civitatem instituere.

5. ζῆν σωφρόνως] Plato 5, p. 225. γῆς μὲν ὁπόση πόσης σώφρονας ὄντας ἱκανὴ τρέφειν· πλείονος δ' οὐδὲν προσδεῖ.

τὸ μὲν τῷ τρυφᾷν ἀκολουθήσει] Lambinus *utrumque enim separatim positum alterum quidem luxuriam, alterum laboriosam vitam sequetur.* Ramus magis distincte: *Utrumque enim si sejunctum et separatum feceris, alterum luxus et deliciae, alterum calamitates et aerumnae consequentur.* Heinsius optime: *alterum per sese ac seorsim luxum, alterum penuriam plerumque sequitur atque egestatem.*

ἕξεις αἱρεταί] Camotiana et Isingr. ἀρεταὶ habent, et Aretinus ita vertit: *cum solae hujusmodi virtutes habitus sint circa usum facultatum.* Vetus Interpres *soli hi habitus circa magnitudinem substantiae,* sed Thom. habet: *soli ii habitus sunt virtutis circa habitudines substantiae.* Mihi αἱρεταὶ natum ex ἀρεταὶ, hoc autem interpretamentum vocis ἕξεις esse videtur.

6. ὁπωσοῦν γιγνομένων,] Aretinus *ubicunque contingat.* Platonis locus est in libro 5. Legum p. 231. ubi variis modis praeter ἀτεκνίαν cavit abundantem civium numerum.

εἰς ὁποσονοῦν πλῆθος] Ita cum Victoriana Aldina; articulum τὸ nescio unde inseruit Sylburgiana, unde venit in recentiores Editiones.

παραζύγας] Vetus Interpres *dejectos.* Aretinus *dispares,* Victorius *qui restarent sine fundo,* Lambinus rectius *qui praeter numerum et extra ordinem accessissent:* Ramus *qui ad numerum primum et legitimum accesserint.* Camerarius *adjunctos et accedentes prioribus, quorum numerus est definitus.* Giphanius *qui extra numerum sint.* Idem in annotatione monet a Platone eos, qui justum civium numerum, quinque millium quadraginta, superant, atque extra hunc agnoscuntur, dici περιγενομένους. Ita enim ille p. 231. libro 5. τί χρὴ χρῆσθαι τοῖς περιγινομένοις ἢ τοῖς ἐλλείπουσι; *Fortasse,* addit, *melius* περίζυγες, *a re rustica sumta metaphora, ubi tauri* ὁμόζυγες, *qui eidem jugo sunt subjuncti; cui si qui extrinsecus adjungantur extra consuetum numerum, sunt* περίζυ-

γις aut παράζυγις. Sane in Xenophontis Cyri disciplina 6, 2, 32. libri editi habent ἱμάντας περιζυγὰ vel περίζυγα, sed ex h. l. posui παράζυγας. Hesychii glossa περίζυξ interpretatur ὁμόζυγος et σύζυγος, quae notio neutri loco convenit.

7. Τῦτο δὲ τιθέναι — ἀτεκνίαν] Hoc veluti Aristotelis praeceptum, quod a Platone neglectum queratur Philosophus, cum Aretino Victorius, Lambinus, Ramus et Heinsius interpretantur. At enim Plato utrumque casum respexit, et ἀτεκνίας ipse antea Aristoteles nominavit in exponenda Platonis sententia. Itaque novam rationem excogitarunt Schlosserus et Garvius inducti illa falsa interpretatione; quorum ille ita: *Bey dieser Bestimmung müsste man darauf Rücksicht nehmen, wie viel Kinder gewöhnlich sterben, wie viel Familien gewöhnlich ohne Kinder bleiben.* Unde arithmeticae politicae notionem Graecos habuisse aliquam arguebat idem Schlosserus. Sane in verbis τὸ δὲ ἀφεῖσθαι, si cum priore membro copulari debet, non levis inest difficultas; nec alia superest ratio vulgatae scripturae, si bene habet nec verbum unum alterumve deest, defendendae, nisi ut ex nomine τεκνοποιΐαν repetamus verbum τεκνοποιεῖν; quod quidem in his libris facere lector saepenumero debet. Deinceps vetus Interpres *antiquorum* vertit; postea ordine meliore scriptum legit πῶς ἂν οἰόμεθα β. ἔχειν.

Φείδων] De eo dictum infra ad 5, 8, 5.

8. Ἐλλέλειπται] Vetus Interpres vertit *derelictum*. Aretinus *omissum est*, Victorius pariter et Lambinus *omissa sunt*, Ramus *praetermissum est*, Giphanius *praetermissa sunt*, Camerarius breviter sed recte: *magistratuum constitutionem ut indisertam reprehendit.* Heinsius: *est et hac in parte mutila atque imperfecta illa altera Platonis respublica, quod de magistratibus confuse multa tradit.* Minus scilicet diserte docet magistratuum discrimen, usus translatione a textrina sumta.

στημόνιον ἐξ ἑτέρου — τῆς κρόκης] Aretinus inepte: *quemadmodum ex alio lanae filum ducitur quam lini:* secutus Interpretem antiquum, qui *filatum* dixit. Recte Victorius *sta-*

men — trama. Lambinus, Ramus et Giphanius *ſtamen — ſubtegmen.* Platonis locus est in libro 5, p. 220. Καθάπερ οὖν δή τινα ξυμφυὴν ἢ καὶ πλέγμα ἀλλ' ἐτιοῦν οὐκ ἐκ τῶν αὐτῶν οἷόν τ' ἐστὶ τήν τε ἐφυφὴν καὶ τὸν στήμονα ἀπεργάζεσθαι, διαφέρειν δὲ ἀναγκαῖον τὸ τῶν στημόνων πρὸς ἀρετὴν γένος. Ita etiam Victorius locum Platonis laudavit ad h. l.; at Bipontina editio pro ἐφυφὴν habet cum aliis ξυνυφὴν, quam ſcripturam ex Polluce 7, 30. corrigi juſſit etiam Boeckh. ad Legum librum 3, p. 103. atque ita ſcriptum habet cum libro Voſsiano Joannes Stobaeus p. 297. Sed praeterea cum eodem libro Voſsiano vulgatum ξυμφυὴν mutandum eſt in ξυνυφὴν, quod textum ſignificat vel telam contextam. Ceterum alterum δεῖν ut ſuperfluum deleri voluit Montecatinus. Male δεῖ dedit Victoriana ſecunda et Zuingeriana.

πενταπλασίας] Accuſant interpretes plerique omnes Philoſophi ἁμάρτημα μνημονικὸν, praeter unum Camerarium, qui recte comparavit locum 5, p. 240. μέτρον θέμενος ὁ νομοθέτης διπλάσιον ἐάσει τούτου κτᾶσθαι καὶ τριπλάσιον καὶ μέχρι τετραπλασίου· πλείονα δ' ἄν τις κτᾶται τούτων εὑρὼν ἢ δοθέντων ποθὲν ἢ χρηματισάμενος ἤ τινι τύχῃ τοιαύτῃ κτησάμενος ἄλλῃ, τὰ περιγιγνόμενα τοῦ μέτρου τῇ πόλει ἂν αὐτὰ καὶ τοῖς τὴν πόλιν ἔχουσι θεοῖς ἀπονέμων εὐδόκιμός τε καὶ ἀζήμιος ἂν εἴη.

οἰκόπεδα — ἑκάστῳ] Plato libro 5, p. 242. δύο νέμεσθαι ἕκαστον οἰκήσεις, τήν τε ἐγγὺς τοῦ μέσου καὶ τὴν τῶν ἐσχάτων.

9. ἐκ γὰρ τῶν ὁπλιτευόντων] Infra enim libro 3. de πολιτείᾳ eſt: διόπερ κατὰ ταύτην τὴν πολιτείαν κυριώτατον τὸ προπολεμοῦν, καὶ μετέχουσιν αὐτῆς οἱ κεκτημένοι τὰ ὅπλα. Ceterum male quidam et hoc loco ſunt abuſi, ut ſupra ſect. 4. βίον πολεμικὸν ſcribendum eſſe doocerent. Deinceps τῶν ἄλλων πολιτειῶν ſcriptum vertit vetus Interpres.

10. ἐφορίαν — τυραννίδα] Iſingr. ἐφορείαν habet. Reſpici locum Platonis annotat Victorius in quarto de Legibus p. 178. ubi ſunt haec: καὶ γὰρ τυραννίδι δοκεῖ μοι προσεοικέναι· τὸ γὰρ τῶν ἐφόρων θαυμαστὸν ὡς τυραννικὸν ἐν αὐτῇ γέγονε· καί τοι ἐνιότε μοι φαίνεται πασῶν τῶν πόλεων δημοκρατουμένῃ μάλιστ' ἐοικέναι etcet.

11. ἐκ

11. ἐκ δημοκρατίας] Locus est in quarto de Legibus p. 174. ἐκ τυραννίδος μὲν πρῶτον, δεύτερον δ' ἐκ βασιλικῆς πολιτείας, τρίτον δὲ ἔκ τινος δημοκρατίας.

φέρειν ἄρχοντας] suffragio lato creare. Ita saepius etiam Plato. Deinceps ad μεγίστας intellige ἀρχὰς, ex nomine ἄρχοντας repetendum.

12. ἀλλ' ἐκ τοῦ πρώτου] Comitiorum senatui creando rationem ipse Plato satis dilucide descripsit libro 6. p. 259. βουλὴν εἶναι μὲν τριάκοντα δωδεκάδας, ἑξήκοντα δὲ καὶ τριακόσιοι γίγνοιντ' ἂν πρέποντες ταῖς διανομαῖς. μέρη δὲ διανείμαντας τέτταρα κατὰ ἐνενήκοντα τὸν ἀριθμὸν, τούτων ἐξ ἑκάστου τῶν τιμημάτων φέρειν ἐνενήκοντα βουλευτάς· πρῶτον μὲν ἐκ τῶν μεγίστων τιμημάτων ἅπαντας φέρειν ἐξ ἀνάγκης, ἢ ζημιοῦσθαι τὸν μὴ πειθόμενον τῇ δοξάσῃ ζημίᾳ· ἐπειδὰν δ' ἐνεχθῶσι, τούτους μὲν κατασημήνασθαι· τῇ δὲ ὑστεραίᾳ φέρειν ἐκ τῶν δευτέρων τιμημάτων κατὰ ταὐτὰ, καθάπερ τῇ πρόσθεν. τρίτῃ δ' ἐκ τῶν τρίτων τιμημάτων φέρειν μὲν τὸν βουλόμενον, ἐπάναγκες δ' εἶναι τοῖς τῶν τρίτων τιμημάτων, τὸ δὲ τέταρτον τε καὶ σμικρότατον ἐλεύθερον ἀφεῖσθαι τῆς ζημίας, ὃς ἂν αὐτῶν μὴ βούληται φέρειν. τετάρτῃ δὲ φέρειν μὲν ἐκ τοῦ τετάρτου καὶ σμικροτάτου τιμήματος ἅπαντας, ἀζήμιον δ' εἶναι τὸν ἐκ τοῦ τετάρτου καὶ τρίτου τιμήματος ἐὰν ἐνεγκεῖν μὴ βούληται· τὸν δ' ἐκ τοῦ δευτέρου καὶ πρώτου μὴ φέροντα ζημιοῦσθαι, τὸν μὲν ἐκ τοῦ δευτέρου τριπλασίᾳ τῆς πρώτης ζημίας, τὸν δ' ἐκ τοῦ πρώτου τετραπλασίᾳ. πέμπτῃ δ' ἡμέρᾳ τὰ κατασημανθέντα ὀνόματα ἐξενεγκεῖν μὲν τοὺς ἄρχοντας — φέρειν δ' ἐκ τούτων αὖ πάντα ἄνδρα ἢ ζημιοῦσθαι τῇ πρώτῃ ζημίᾳ. ὀγδοήκοντα δὲ καὶ ἑκατὸν ἐκλέξαντας ἀφ' ἑκάστου τῶν τιμημάτων, τοὺς ἡμίσεις τούτων ἀποκληρώσαντας δοκιμάσαι· τούτους δ' εἶναι τὸν ἐνιαυτὸν βουλευτάς. In quibus tamen verba de tertia classe mihi obscura et dubia videntur, nisi Schlosserianam rationem interpretandi adhibeas, de qua postremo loco dicetur. Unde etiam loci Aristotelici manifesto vitiosi correctio mihi anceps esse videtur. Camerarius et Victorius de vitio tacent. Muretus putavit in particula ἀλλ' latere notam numeralem numeri LXXXX. id est literam λ, cui numero respondeat sequens ἴσους. Sane incommoda hic est particula ἀλλὰ, et sen-

sum perturbat; igitur veram puto Mureti correctionem esse. De reliquis deinceps dicetur.

ἐκ τῶν τρίτων] Margo Isingr. addit εἶτ' ἐκ τοῦ τετάρτου, quod additamentum Lambinus vertendo reddidit. Quam rationem si seqnamur, tum cum eodem Isingr. margine omittenda illa sunt ἐκ δὲ τοῦ τετάρτου τῶν τεττάρων vulgo inserta post verba ἢ τετάρτων, et pro iis scribendum simpliciter ἀλλά, ut sic oratio continuetur ἀλλὰ μόνοις ἐπάναγκες etcet. Probavit etiam Sylburgius rationem istam, et totum membrum ἐκ δὲ — τετάρτων omitti voluit: igitur non dubitavi eandem sequi, ita ut verba dubia secluderem. Ceterum Victoriana et Zuingeriana τῶν τεττάρων habent, Aldina et reliquae τῶν τετάρτων.

Supersunt duae aliae difficultates, quas nemo attigit. Primum qui sint quibus οὐ πᾶσιν ἐπάναγκες ἦν τοῖς ἐκ τῶν τρίτων ἢ τετάρτων. In Platone enim verba sunt tantum quaedam dubia de tertio censu: τρίτῃ δὲ ἐκ τῶν τρίτων τιμημάτων φέρειν μὲν τὸν βουλόμενον· ἐπάναγκες δ' εἶναι τοῖς τῶν τριῶν τιμημάτων, τὸ δὲ τέταρτόν τε καὶ σμικρότατον ἐλεύθερον ἀφεῖσθαι τῆς ζημίας, ὃς ἂν αὐτῶν μὴ βούληται φέρειν. — ἀζήμιον δ' εἶναι τὸν ἐκ τοῦ τετάρτου καὶ τρίτου τιμήματος, ἐὰν ἐνεγκεῖν μὴ βούληται, τὸν δ' ἐκ τοῦ δευτέρου καὶ πρώτου μὴ φέροντα ζημιοῦσθαι. Quam differentiam equidem non aliter nisi interpretatione Schlosseriana explicare possum, quam postremo loco ponam.

Altera difficultas est in verbo ἦν, cum expectet lector ἐστί, ut praecessit αἱροῦνται.

Lambinus postrema ita vertit: *sed iis qui sunt quarti census primis tantum et secundis.* Ramus contra: *nec totam tertiam vel quartam classem comitiis interesse, sed primam et secundam necesse est, ita tamen, ut singulae classes parem numerum nominent et declarent.* Giphanii annotatio haec est: *Totus hic locus est perturbatus, quod primus animadvertit Perionius, qui legendum putat pro τοῦ, ἐκ δὲ τοῦ τετάρτου, τῇ δὲ τετάρτῃ scilicet ἡμέρᾳ. Sepulveda pro τῶν τετάρτων ait reperiri in melioribus libris τῶν τεττάρων, et ita vertit* ex quatuor. Lambinus *haec verba* πλὴν οὐ πᾶσιν ἐπάναγκες *transtulit post haec verba* ἐκ δὲ τοῦ τετάρτου· *omnes confuse et male. Indu-*

eenda sunt haec verba τοῖς ἐκ τῶν τρίτων ἢ τετάρτων, *et postea hoc τῶν τετάρτων*, *atque ita vertendum: Praeter quod non omnibus sit necesse*, *ex quarta autem scilicet classe solis primis et secundis est necesse: quasi dicas in tertia classe non omnibus esse necesse*, *ut in prima et secunda. Immunitas est enim quartis*, *id est iis*, *qui sunt quartae classis.* In quibus equidem postrema non satis intelligo.

Omnes difficultates loci Platonici et Aristotelici tollere sibi videtur Schlosserus, dum ita comitia Platonica ordinat, ut tertio die, cum senatores 90. ex tertio censu eliguntur, quarta classis adesse non cogeretur, sed priores tres tantum; quarto vero die, cum ex quarto censu eliguntur senatores 90, priores tantum duae adesse cogerentur. Cum hac ratione locus Platonicus bene conciliari videtur; sed in Aristotelico, quem ita, prouti nunc legitur, convertit vir doctus, ista interpretatio non procedit plane, nisi cum Schlossero primum ἐπάναγκες ut alienum omittas. Praeterea ἀλλὰ non minus alienum est, et tempus verbi ἦν. Reliqua tamen verba ex Schlosseriana ratione possunt satis commode explicari. Itaque in vulgata scriptura mutare aliquid non sum ausus. Miror vero Giphanium, qui locum Platonicum eadem plane ratione, uti Schlosserus, et olim ipse Ficinus quanquam paulo obscurius, interpretatus erat antea, in loco Aristotelico subito adhaesisse, et verba tot proscribi voluisse, quae commodam habent interpretationem.

πλείους — βελτίους] Aretinus conjungit *plures et potentiores.* Deinceps verba διὰ — δημοτικῶν omisit Aldina et Isingr. sed reddidit Aretinus quanquam male αἱρῶνται *sumuntur*: vertit etiam vetus Interpres.

13. ἂν οὐκ ἐκ] Negationem omisit Victoriana et Zuingeriana, recte habent Aldina, ceteraeque cum Aretino. Vetus tamen Interpres pariter omisit. Deinceps verba καὶ τῶν ὕστερον omisit Aldina. Verbum ἐπιβάλλῃ vetus Interpres *inciderit*, Aretinus vertit *cum de ea specie tractabimus.* Victorius *cum tempus venerit de ea — disceptandi.* Lambinus *ubi de — considerandi et disputandi locus erit.* Ramus *cum*

ad eam ſpeciem — noſtra disputatio pervenerit. Giphanius *ubi occurrerit de tali republica tractatio.* Camerarius *ubi res tulerit ut de iſtiusmodi republica conſideratio ſuscipiatur.*

τὸ ἐξ αἱρετῶν αἱρετοὺς ἐπικίνδυνον] Aretinus *ex delectis delectum periculoſum.* Vetus Interpres: *ex electis eligibiles;* videtur igitur αἱρεθέντων ſcriptum legiſſe. Victorius verba ἐξ αἱρετῶν αἱρετοὺς in verſione omiſit, in annotatione vero ita interpretatur: *deligi ſuffragiis a civibus illis ſolis, qui et ipſi prius eodem pacto delecti forent.* Lambinus rectius *ubi electos ad aliam electionem revocat.* Partim male Ramus *atque haec ex electis eligendi magiſtratus inſtitutio periculo certe non vacat.* Non enim de priore electione ſenatus, ſed magiſtratuum loquitur Ariſtoteles. Monuit etiam Giphanius reſpicere auctorem ad creationem nomophylacum, quae ſit libro 6, p. 253. Nam nomophylaces ex trecentis primo electis, poſtea ad 100 et tandem ad 37 redactis fiunt.

Ad Caput IV.

Ἰδιωτῶν] *idiotarum* Aretinus, *ineruditorum et vulgi* Camerarius, *indoctorum* Lambinus, *indoctis et privatis* Ramus *privatis* Heinſius. Contra Giphanius verba καὶ φιλοσόφων delenda cenſuit, quia duo tantum genera tota hac disputatione perſequatur, et infra cap. 10. (vulgo) ſit: τῶν δ' ἀποφηναμένων τι περὶ πολιτείας ἔνιοι μὲν οὐκ ἐκοινώνησαν πράξεων πολιτικῶν οὐδ' ὡντινωνοῦν, ἀλλὰ διετέλεσαν ἰδιωτεύοντες τὸν βίον· περὶ ὧν, εἴ τι ἀξιόλογον, εἴρηται σχεδὸν περὶ πάντων· ἔνιοι δὲ νομοθέται γεγόνασιν, οἱ μὲν ταῖς οἰκείαις πόλεσιν, οἱ δὲ καὶ τῶν ὀθνείων τισὶ πολιτευθέντες αὐτοί· nec fiat ibi philoſophorum mentio. Itaque cum Perionio ἰδιωτῶν *privatorum* recte interpretatur. Equidem fateor animum meum in ſententiam Giphanii propendere; niſi cum Piccarto malis ἰδιωτῶν καὶ φιλοσόφων, αἱ δὲ πολιτικῶν ſcribere: philoſophia enim ab ejusmodi rerum publicarum deſcriptionibus, in libris perſcriptis nec in vitam hominum introductis, (de his enim nunc loqui usque ad locum ſupra laudatum idem ille locus docet) multo minus poteſt ſejungi, quam a Solonicis,

Lycurgeis aliorumque virorum in republica gerenda diu versatorum descriptionibus, institutionibus et legibus, quas diuturno usu longaque exercitatione potius didicisse quam ingenio et cogitationibus assecuti esse videri possunt.

ἄλλος κεκαινοτόμηκε.] Ita cum Aldina et Victoriana et Isingr. et vetus Interpres. ἄλλως cum Sylburgiana recentiores. Aretinus, Lambinus et Victorius in versione omittunt, Aretinus tamen τοιοῦτόν τι scriptum potius vertisse videtur. Posuit enim *talem aliquam introduxit novitatem.*

Φαλέας ὁ Χαλκηδόνιος] De hoc Phalea aliunde non constat. Conringius ait veterem Interpretem Καρχηδόνιος scriptum vertisse; certe Aretinus *Carthaginensis* vertit. Deinceps πρῶτον vulgato πρῶτος substitui. Conringius πρώτως malebat, (uti ante eum Piccartus) quia Phaleae hoc non sit inventum; et ita vertisse ait cum vetere Interprete Aretinum. Aretinus ita *ante omnia de hac parte constituit.* Is igitur potius πρῶτον vertit; nam longe aliud est πρώτως. Vetus Interpres: hoc *intulit primus.* Giphanius etiam *hoc primum induxit.* Quod in annotatione ait: *Videtur etiam in republica fuisse versatus, quod capite proximo ex iis, qui privati de republica scripserint, primum nominet Hippodamum, quo antiquiorem puto fuisse Phaleam. Cur autem de Phalea hic explicetur, et non eo loco, ubi de auctoribus rerumpublicarum in republica versatis agitur, haec videtur esse ratio, quod respublica Phaleae similitudinem et affinitatem cum Platonica habeat in bonorum aequatione, quod maximum fuit reipublicae Phaleae caput:* nititur sane ratione speciosa. Capitis enim sequentis initio est; Ἱππόδαμος — πρῶτος τῶν μὴ πολιτευομένων ἐνεχείρησέ τι περὶ πολιτείας εἰπεῖν τῆς ἀρίστης. Verum cum locus alter inferior Aristotelis cum hac interpretatione pugnet, alia ratione difficultas expedienda, vel potius species a Giphanio objecta removenda, et veritas in luce collocanda. Primus scilicet Hippodamus privatorum hominum, et qui nunquam rempublicam attigerunt, scripserat non de republica in universum vel praecepta politica ad formas rerum publicarum usitatas et vulgares corrigendas, sed περὶ πολιτείας τῆς ἀρίστης, id est, novum exem-

plum reipublicae, quae illi omnium optima videbatur, ingenio suo instituit et proposuit, quod deinde Plato pluresque alii fecerunt.

2. τὰς δὲ κατοικουμένας] Vulgatum δὴ ut corrigerem, admonebat antecedens μὲν εὐθύς. Verum esse in Basil. monuit Conringius. Sed postquam haec scripseram, comparavi veterem Interpretem, qui vertit: *quae jam habitantur*, ubi Thom. *habitabantur* habet. Unde non dubitavi δ' ἤδη rescribere, ex quo vulgatum δὴ natum est. Legis Phaleanae argumentum suasit etiam in libro sexto Legum Plato, et Poeta graecus, ex quo Megadorum suum Plautus expressit.

3. χωρὶς — φαῦλον] Aretinus: *et sine ulla abrogatione improba lex erit, quoniam ex divitibus pauperes facit.*

καὶ ὁ Σόλων] Post Solonis tempora igitur Phaleas vixisse hinc cognoscitur. Solon quatuor classes civium ex censu descripsit. Male mentionem Solonicae legislationis cum lege sequenti copulavit Schlosserus. Sequentem legem cum Licinia romana comparavit Giphanius. Locrorum mentionem et legem ad Epizephyrios Italiae Locros retulit Heyne in Opusc. Acad. II. p. 42. Basil. male νόμοις habet.

Λευκάδα] De forma reipublicae Leucadiorum, Corinthiorum coloniae, ex hoc loco tantum conjectura fieri potest.

5. Ἀλλ' ἔστι] Camot. Isingr. ἀλλ' εἰς τό.

7. τοὐναντίον — ἑκάτερον] Aretinus *et hoc diversum in alterutro.* Victorius *contra autem utrique.* Lambinus rectius *sed utrumque contrario modo.* Giphanius *in altero autem contraria ratione.*

χαρίεντες] Aretinus et Giphanius *praestantes viri,* Victorius *politi homines,* Lambinus *politiores et venustiores homines,* Ramus *nobiles et ingenui.* Giphanius monet latine posse et *doctos* et *politos* reddi.

ἐν δ' ἰῇ] Basil. ἐν διάσι habet. Homericae Editiones Il. 9, 319. ἐν δὲ ἰῇ scriptum praeferunt.

καὶ μὴ ἐπιθυμῶσιν] Equidem fateor mihi ſcribendnm videri κἂν μὴ ἐπιθυμῶσι, quanquam fortaſſe erunt, qui vulgatam defendant ex membro ſequenti ἵνα χαίρωσι ταῖς ἄνευ λυπῶν ἡδοναῖς, ubi volupates intelliguntur, quae rerum non neceſſariarum, quarumque indigentia dolorem affert, fructu percipiuntur. Tria autem mala, quibus medicina quaeritur, clarius ita mihi diſtingui videntur. Primum eſt ἡ ἐπιθυμία τῶν ἀναγκαίων, indigentia et cupido rerum ad victum et vitam ſuſtinendam neceſſariarum. Alterum ἐπιθυμία τῶν ἀναγκαίων μείζων, i. e. *cupiditas major quam res neceſſariae postulent*, ut vertit Lambinus, *quae extra fines neceſſitatis exceſſerit*, ut Ramus, brevius *rerum non neceſſariarum cupido*, cui medicina paratur ex σωφροσύνῃ, ut priori ex ἀργίᾳ βραχείᾳ καὶ ἐργασίᾳ. Tertium eſt ἵνα χαίρωσι, *cupido voluptatum*, ſed eae ita definiuntur in altero membro ταῖς ἄνευ λυπῶν ἡδοναῖς, quae nullum dolorem indigentiae ſcilicet expletae ſequuntur, ſed per ſe expetuntur et ex rerum varietate ſenſibus percipiuntur, etiam intelligentia. Priores igitur duae ſpecies dolorem habent rerum negatarum vel neceſſariarum vel non neceſſariarum, quas ſcilicet cupido et conſuetudo aequavit hominis. Quod ſi hanc membri poſterioris definitionem certam et veram ſequamur, videtur etiam in priore ſcribendum κἂν μὴ ἐπιθυμῶσι· ſi enim ea volueris vertere cum vulgo interpretum *ut gaudeant et non cupiditatibus flagrent* ut Victorius, *ut doloribus cupiditatum careant* ut Lambinus, *ut gaudeant et non concupiscant* ut Giphanius, vel cum Ramo *et tam multis bonis expleantur ut nil praeterea requirant et expetant:* praeter hanc poſtremam omnium minime vel verbis vel ſententiae congruentem, ceterae omnes tamen interpretationes confitentur ἐπιθυμίαν eſſe rerum neceſſariarum vel ab excedente cupidine pro neceſſariis habitarum, quibusque negatis natura doleat. Itaque verba iſta nulla ratione cum tertia ſpecie copulari poſſunt, quae voluptates puras dolore indigentiae et cupidinis habet. Atque hinc alteram derivo emendationem membri ſequentis in verbis ἀλλὰ καὶ ἂν ἐπιθυμοῖεν, quae omnes vertunt *etiamſi concupierint* vel *concupiſcant ut voluptates percipiant dolorum*

expertes; hoc vero est cupiditatibus flagrare atque angi, ut voluptate dolorum experte fruaris. Hoc quinam probari poterit unquam? Praeterea vitium est apertum in structura verborum. Debebat enim esse ἂν ἐπιθυμῶσιν. Ambabus igitur Lambini amplector emendationem μὴ negationem inserentis; sed praeterea ἐπιθυμῶσιν scribendum censeo. Insertum μὴ seclusi. Tria haec mala in Schlosseri et Garvii versione plane perturbata et confusa sunt, ut nec numerus nec sensus appareat.

διὰ ταύτην μόνον] ἐπιθυμίαν τῶν ἀναγκαίων καὶ τὴν μείζονα τῶν ἀναγκαίων intellige. Male Lambinus *propter hujus cupiditatis medicinam.*

8. ἐργασία] *industria et labor* Victorius vertit, *ex labore atque opera quaestum facere* Lambinus, recte Camerarius *in re familiari modica atque tenui operis aliquid facere; quibus sumtus exerceant.* Ita Xenophon Memorab. 3, 10, 1. nominat τοὺς τὰς τέχνας ἔχοντας καὶ ἐργασίας ἕνεκα χρωμένους αὐταῖς, qui ex artibus quaestum faciunt. Deinceps ἐπιζητοῦσιν Aldina habet.

αἱ γὰρ ἄλλαι] Repete ἡδοναί; ita videbis nihil deesse, nihil excidisse, quod putabat Conringius. Male *cupiditates* in annotatione intelligit Victorius; verum vidit Lambinus, qui vertit *ceterae voluptates sine hominum opera contingere non possunt.* Vetus Interpres deinceps addita haec legit et vertit ἵνα χαίρωσι ταῖς ἄνευ λυπῶν ἡδοναῖς· *hominibus indigent, ut gaudeant sine tristitiis delectationibus.* Versoris tamen exemplar haec verba non habet.

ἐπεὶ τὰ μέγιστά γε] i. e. *eo nimirum maximas injurias faciunt homines.* Inepte Victorius *quia maximas injurias faciunt.* Lambinus *enimvero.* Ramus *at vero*, Giphanius tolerabilius *siquidem*, Aretinus *cum — inferunt.*

ὑπερβολάς] Aretinus *superflua*, Victorius *ut potiantur exuperantiis rerum*, Lambinus *propter cupiditates immoderatas.* Ramus *ut immensas copias accumulent.* Giphanius *propter nimia*, Camerarius *appetitionem eorum, quae sunt in eo, quod nimium dicitur.*

ὁ τρόπος τῆς Φαλέου πολιτείας] Vetus Interpres ὁ τρόπος ὁ Φαλέου tantum scriptum legit.

9. Ἔτι τὰ πολλὰ] Vetus Interpres *adhuc multa opus est constitui*, pravam scripturam secutus.

ὧν οἱ πλησίον] Praecessit κτήσεως et sequitur mox ὀλίγην, itaque mihi ὧν suspectum videtur, nisi Philosophus χρημάτων, cujus notio in κτήσει inclusa latet, cogitavit. Ceterum verba οἱ δὲ ἔχοντες — δυνήσονται ut minime necessaria et sententiam perturbantia Giphanius putabat vix esse Aristotelis. Equidem refero ad paucitatem hominum minorem, quam quae sufficere possit agris suis defendendis. Nec in verbis his difficultatem grammaticam aliquam video.

ὅτι συμφέρει] Aretinus *quantas facultates habere conducat*, unde Lambinus videtur conjecturam duxisse ὅσον συμφέρει. Conringius, Lambini et Aretini rationem ignorans τί συμφέρει conjecit.

10. ἄριστος ὅρος τὸ] Aretinus vertit: *forte recta determinatio fuerit tantas esse debere, ut lucrum superantibus bello afferre non possit, sed ita quasi nihil superadquirant.* Unde videtur scriptum legisse ἄριστος ἂν εἴη ὅρος τοσαύτην οὐσίαν εἶναι ὅσην, μὴ λυσιτελεῖν τοῖς κρείττοσι πολεμεῖν, ἀλλ' οὕτως ὡς ἂν καὶ μηδὲν πλέον ἔχωσιν. Vitium manifestum vidit etiam Camerarius et Casaubonus; ille sensum hunc esse debere divinabat: *eas esse facultates mediocres civitatis bene constitutae existimandas, propter quas potentiores tanquam ingentes atque nimias non putent utilitatis suae caussa bellum movendum, sed ejusmodi, quae tantae non esse existimentur, ut domini illarum bello sint petendi.* Victorius in annotatione ita: *non esse operae pretium ut meliores validioresque ob exuperantiam illam impellantur facile ad bellum inferendum, sed, quia bella non omnino vitari possunt, aliis de causis in discrimen hoc veniemus, ut hostes etiam bellaturi adversus nos fuerint, quamvis tantam vim bonorum non possideremus.* Lambinus *non propter facultatum magnitudinem immensam et immoderatam finitimorum potentiorum interesse, bellum his inferre, sed rationes illorum postulare, ut his bellum inferant, etiam si tantas facultates et divitias non habeant.* Ramus fere ut Areti-

nus: *ne tantae sint, ut earum affluentia potentiores capti et illecti ad inferendum bellum civitati irritentur, sed ejusmodi sint, ut nullam hostibus praedae et rapinae spem tribuant, ac vix potius vel ne vix quidem belli sumtus sustineant.* Giphanius interpretatur: *optimus est divitiarum modus, quem jam exposuimus, ut ne exteri propter magnitudinem ad bellum suscipiendum invitentur, sed non aliter bellum suscipiant, non propter divitias, sed propter alias causas; etiam cum nulla tanta divitiarum esset magnitudo.* Heinsius plane cum Ramo facit; sane sequens exemplum eam interpretationem vel suppeditare vel firmare videtur; sed difficile est verba ei accommodare.

Εὔβουλος] Victorius Atheniensem facit, nulla edita ratione; Camerarius Eubuli servum fuisse ait Hermiam illum, de quo a Mentore circumvento Aristoteles narrat in Oeconomicis 2, 28. Hermias iste fuit in amicis Aristotelis, eique dolose interfecto a Persis paeana etiamnum reliquum Philosophus scripserat. In epigrammate Theocriti Chii, Aristoteli infesti, est: Ἑρμίου εὐνούχου, ἠδ' Εὐβούλου ἅμα δούλου, σῆμα κενὸν κενόφρων τεῦξεν Ἀριστοτέλης. Hinc de tempore fere facti constare potest, factum ipsum aliunde ignoramus. Atarneum oppidum idem Hermias post mortem Eubuli possedit. De Autophradate Lydiae satrapa testantur Xenophontis, Diodori et Cornelii Nepotis historiae et vitae. Ceterum narrationem planam Lambinus, Giphanius, Heinsius, huncque secuti Schlosserus et Garvius tamen ita plane perverterunt vertendo, ut vix oculis tuis fidas, cum legis. Fons erroris autem in eo est, quod Autophradatae amicum vel imperatorem faciunt falso Eubulum, qui Atarnei dominus erat, et ab Autophradate oppugnabatur.

11. χαρίεντες] *politi homines* Victorio, *praestantiores* Aretino et Giphanio, *praestantes* Ramo, *politi atque virtute aliqua ornati homines* Lambino, *gratiosi hoc est non vulgares cives* Camerario.

διωβελία] Vulgo legitur διωβόλια. Recte monet Camerarius solus respici ad mercedem judiciorum ac concionum auctam, ut τριώβολον penderetur, Cleone auctore. Ab obo-

lo ad duos processit τὸ δικαστικὸν καὶ ἐκκλησιαστικόν; Aristophanes vero plurimis locis nominavit τριώβολον sportulam judicum, ubi Scholia graeca monent, mercedem et judicum et τὸ ἐκκλησιαστικὸν variasse pro temporibus et libidine demagogorum. Idem accidit τῷ θεωρικῷ, quod plebeculae largiebantur ad spectacula publica certaminum musicorum festis diebus, quod a duobus obolis increvit interdum ad drachmam. Haec omnia nota in vulgus sunt. Vocabulum διωβολία nusquam praeter hunc locum reperi; Victorii διωβόλια, tanquam si sit pluralis neutrius generis, antecedenti ἱκανὸν non congruit. Itaque posui, quod habet vetus Inscriptio Attica a Gallo *Barthélemy* edita, pertinens ad Olympiadis 92 annum 3, ubi rationes expensorum referuntur: εἰς τὴν διωβελίαν ἐδόθη p. 36. Publicam aliquam erogationem in pauperem plebeculam intelligi nunc docet vocabulum πάτριον, quod male Victorius *peculiare* vertit, paulo melius Giphanius *usitatum*.

12. ἀρχὴ μᾶλλον] *Horum igitur principium est* Aretinus, *hujusmodi igitur omnium initium est* Victorius, *talium igitur rerum principium ac caput est* Lambinus, *talium igitur principium* Giphanius. *Radices igitur harum cupiditatum quam fortunarum facultates aequare praestiterit, vinosque omnes sic instituere* Ramus, atque ita fere Heinsius: *Longe igitur praestabit dare operam in civitate, uti qui probi sunt natura* etc. Equidem in his nihil reperio, quod probare vel sequi possim; contra ἀρχὴ vitiosum mihi videtur et in ἄκος vel ἰατρεία mutandum. Tale quid etiam in mentem venisse videtur Schlossero, qui vertit: *Will man das aber verhindern, so muss man nicht mit der Gleichstellung der Güter anfangen.*

ὅτιας εἴρηκε] Lambinus διείρηκε malebat vel διώρικε. Aretinus vertit *ab eo dispositum*.

13. ἀλλ' εἴπερ δεῖ] *sed certe publicos esse eos* Aretinus vertit. Deinceps ὡς omisit Aldina et Basil. Epidamniorum respublica iterum memoratur infra 5, 1, 6. sed nusquam reperi, quod ad hunc locum illustrandum pertineret, nisi fortasse huc referri potest locus Aeliani v. h. 3, 16. Ἐπιδάμνιοι

ἐπιδημεῖν καὶ μετοικεῖν παρεῖχεν τῷ βουλομένῳ, unde licebit colligere, artifices ibi μετοικίῳ ſoluto admiſſos fuiſſe omnes peregrinos, itaque cives nullum artificium exercuiſſe ipſos, ſed opera μετοίκων artificum uſos fuiſſe. De Diophanto non magis conſtat, quid Athenis in opificum et artificum ſtatu et conditione vel novaverit vel inſtituere conatus ſit. Interpretes nihil aliud niſi Diophantum archontem Athenis Olympiade 96. In Demoſthenis Leptinea p. 135. vulgo Διοφάντου στήλη legebatur, cui cum Valkenario Wolfius ſubſtituit Δημοφάντου. Eſt de praemiis decernendis ei, qui tentantem tyrannida occiderit atque ipſe in certamine occubuerit, ſcriptum in lapide plebiscitum post exactos triginta tyrannos. Diophanti pſephisma aliud ſed ignoti argumenti eſt apud Demoſthenem de falſa legatione p. 306. E. aetate poſterius. Numerat eum Demoſthenes inter demagogos potentes, nominans Calliſtratum, Ariſtophontem, Diophantum. Is fuit Demoſtheni aequalis.

ἰατροὺς δημοσίους] Athenis memorat Ariſtophanes Acharn. verſu 1030. et Plato Politici p. 104. ed. Fiſcheri. Hinc comice Ariſtophanes Equitum verſu 1136. demagogos ait civitatem ὥσπερ δημοσίους τρέφειν. Scholia ad Ariſtophanis priorem locum annotant: δημοσίᾳ χειροτονούμενοι ἰατροὶ καὶ δημόσιοι προῖκα ἐθεράπευον. Xenophon Memorab. 4, 2, 5. id confirmat καὶ τοῖς βουλομένοις παρὰ τῆς πόλεως ἰατρικὸν ἔργον λαβεῖν. Facit enim eos in concione ad populum operam ſuam pollicentes. Plato Gorgiae ſect. 23. ὅταν περὶ ἰατρῶν αἱρέσεως ᾖ τῇ πόλει σύλλογος ἢ περὶ ναυπηγῶν ἢ περὶ ἄλλου τινὸς δημιουργικοῦ ἔθνους. Verbum δημοσιεύειν praecipue de medicis publicis adhiberi videtur. Itaque Plato Gorgiae ſect. 149. εἰ ἐπιχειρήσαντες δημοσιεύειν παρεκαλοῦμεν ἀλλήλους, ὡς ἱκανοὶ ἰατροὶ ὄντες. Credo etiam fuiſſe μάντεις δημοσίους Athenis, item ἐξηγητὰς tres, religionum publicos interpretes. Fuerunt etiam, ut ſuſpicor, architectones, ut poſtea fuerunt publici μηχανοποιοὶ in variis Graeciae civitatibus a Vitruvio memorati. Difficultatem facit vox δημόσιος, quae ſervum etiam publicum ſignificat, ut apparitores vel lictores apud Ariſtophanem Lyſiſtr. verſu 436. Lyſias in oratione contra Nico-

machum c. 2. eum qui γραμματεὺς erat, δημόσιον appellat. Servum publicum fuisse censet Petitus Legg. Attic. p. 342. et δούλους δημοσίους Atheniensium memorat praeter Ulpianum ad Olynthiacam 2, p. 15. Harpocration in voce Δημόσιος.

Ad Caput V.

Εὐρυφῶντος] Omisit Aretinus. Codex Lipsiensis, quem hic obiter inspexi, Εὐριφῶντος habet. *Euriphontis* similiter vetus Interpres. Hesychius habet hanc glossam, quam cum Photii Lexico MSto comparatam dedit Alberti: Ἱπποδάμου νέμησις· τὸν Πειραιᾶ (Photius ἐν Πειραιεῖ· ἦν δὲ) Ἱππόδαμος Εὐρυβόοντος (Ph. Εὐρυκόοντος) παῖς, ὁ καὶ μετεωρολόγος, διεῖλεν Ἀθηναίοις. Οὗτος δὲ ἦν καὶ ὁ μετοικήσας εἰς σατυρικοὺς (Θουρίους corrigunt) Μιλήσιος ὤν. Photius Μιλήσιος ἢ Θούριος, μετεωρολόγος. Οὗτος διένειμεν Ἀθηναίοις τὸν Πειραιᾶ. Periclis aequalis fuit, populoque Athenienfi domum suam in Piraeeo donavit, ubi ἀγορὰν Ἱπποδάμειον memorat Xenophon Hellenic. 2, 4, 1. ubi vide dicta et ad Vitruvii 1, 6. in Addendis. Harpocration in Ἱπποδάμεια — ἀπὸ Ἱπποδάμου Μιλησίου ἀρχιτέκτονος, τοῦ οἰκοδομησαμένου τοῖς Ἀθηναίοις τὸν Πειραιᾶ.

διαίρεσιν — κατέτεμε] Urbium descriptionem platearumque divisionem, quas rectas instituit, ut pluribus ad Vitruvium docui. Verbum κατέτεμε Aretinus *abscindit*, Victorius *discidit*, Camerarius *quasi secando divisisse*, Lambinus inepte *Piraeeum muro ab urbe sejunxit*, Ramus *qui et urbes regionibus vicisque dividere docuit, et Piraeeum secuit*, Giphanius *civitatum partitionem reperit Piraeeum descripsit*. Vetus Interpres *suburbia incidit*. Optime Heinsius: *qui primus rationem invenisse dicitur, qua commode in vias atque itinera distinguerentur communitates, quemadmodum Piraeeum quoque is ipse in certas quasi partes, cum confusus esset antea, descripsit*. Ceterum de vita Hippodami optime omnium in annotatione docuit Giphanius.

περιττότερος] Aretinus male *morosior*, Victorius *exquisitior*, Lambinus *rerum supervacanearum atque exquisitarum*

studio deditus plus quam satis esset, Ramus optime *in omni cultu tam insolenter ambitiosus*, Giphanius *reliqua quoque vita curiosior*, Heinsius *ambitiosior non nihil atque in aliis quoque aliquanto affectatior.* Sequens περιεργότερον *curiosius*, Aretinus *superfluus*, omisso ζῆν, Lambinus *curiosius ac putidius*, Ramus *nimia in vita curiositas*, Giphanius *utilius*, Heinsius *ut eum propiorem luxui existimarent nonnulli.*

τριχῶν τε πλήθει] *prolixitate* Aretinus et Giphanius, *comae copia*, Lambinus *capillo denso ac promisso*, Ramus pessime *calamistratus et cincinnatus capillus.* Heinsius *cum et comam aleret et plerumque cultu nimis indulgeret.* Postremam hanc interpretationen veram equidem puto esse: κομᾶν erat epheborum Atticorum proprium; alii equitibus peculiare κομᾶν faciunt, unde Herodoteum ἐπὶ τυραννίδι ἐκόμησε 5, 71. Unde Athenis peculiaris superbiae opulentiorum nota habebatur τὸ κομᾶν. Vellem magnopere, ut notam magis haberemus legem a Cinea et Phrino latam τοὺς νέους μηκέτι ἁβροδιαίτους εἶναι, ὃν τρόπον τοπάλαι, μηδὲ κομᾶν, quam posuerunt Scholia ad Aristophanis Equites versu 577. quam non satis accurate interpretari videtur Petitus Legum Attic. p. 661. ed. Wessel.

(ἔτι δὲ) ἐσθῆτος] Aretinus *et ornatu sumtuoso, praeterea vestitu vili quidem sed admodum fracto.* Victorius *adhuc autem vestis tenuis quidem* etc. Lambinus *deinde in vestitu cultuque corporis sumtuoso, cum uteretur veste honorifica illa quidem ac magnifica, sed calida et pellibus suffulta.* Ramus *vestis non solum sumtuosa et pretiosa sed etiam — calida.* Giphanius *sumtuosus vestis ornatu honestae quidem sed calidae.* Heinsius *sumptuosa veste ac calida.* Vides has tam varias interpretationes verbis graecis non respondere, ubi ἐσθῆτος non habet, unde pendeat. Vitium solus Giphanius vidisse videtur, qui monet κόσμῳ non pertinere ad comas, quas aliqui cicadis aureis more veterum Atticorum ornatas fuisse putant, sed ad vestem. Itaque verba ἔτι δὲ, quae sensum turbant, et auctore Sepulveda in exemplaribus quibusdam desunt, delenda censuit; equidem seclusi. Vetus Interpres verba καὶ κόσμῳ πολυτελεῖ omisit, sed Thom. habet *et comae*

Supereſt in vocabulo εὐτελῶς difficultas aliqua, quae quidem tanta viſa fuit Sepulvedae, ut ἐντελῶς ſcribi mallet; quem refellit Victorius; nec vocabulum de veſtitu dici ſolet. Veſtis ipſa ſumtuoſa non fuit, ſed ornatus ejus. Ornatus qui fuerit, dicere nunc nemo poterit; ſed pellium ornatum, quem hodie novimus omnes, partim etiam uſurpamus, a temporibus et regionibus his alienum male adhibuit Lambinus. Nam veſtis ipſa dicitur fuiſſe ἀλεεινή; igitur potius lanea fuit, curioſioris fortaſſe texturae ad calefaciendum corpus accommodatae.

λόγιος δὲ] Aldina et Codex Lipſ. σπουδαῖος. Aretinus tamen *ſtudioſus*, itaque λόγιος reddidit, ut vetus Interpres qui *rationalis* dixit. Equidem in Verſoris verſione *ratiocinativus*, in Thomae *ratiocinatus* reperi ſcriptum. Victorius id interpretatur diſertus *et qui uſum habet reipublicae*. Comparat locum Euripideum in Jone verſu 602. τῶν δ᾽ αὖ λογίων τε χρωμένων τε τῇ πόλει εἰς ἀξίωμα βὰς, πλέον φρουρήσομαι. Lambinus *eruditus*, Ramus *cum ſpectatus et probatus in omnibus rerum generibus eſſe cuperet.* Peſſime. Giphanius *cum et in omni naturae parte eruditus eſſe vellet.* Heinſius *ad eruditionem quoque et ipſas disciplinas ambitionem ſuam transtulit, cujus nullam partem ignoraſſe voluit videri.* Studium rerum phyſicarum in Hippodamo arguit etiam cognomen, quod vulgo ei datum fuiſſe narrat Heſychius cum Photio, μετεωρολόγος, quo vocabulo Anaxagorae etiam ſtudia phyſica aliorumque deſignare Periclis aetate Athenienſes ſolebant, ut alibi docui.

Ceterum non miror Fülleborniurn quaeſiiſſe, quid ita curioſe de vita, moribus et ſtudiis Hippodami unius Ariſtoteles narraverit, quaſi ea notitia vim aliquam haberet ad intelligentiam vel judicium de inventa ab eo republica, quod minime ita eſſe videatur. Scilicet Ariſtoteles gratificari voluit Athenienſibus, quibus memoria Hippodami, tam bene de civitate ſua imprimis de Piraeeo exſtructo atque ornato meriti, non ſolum ob multorum locorum, veluti ἀγορᾶς Ἱπποδαμείας in Piraeeo, nomina ἐναυλος quaſi et recens, ſed grata etiam eſſe debebat.

2. καὶ τὰ ὅπλα ἔχον] Ita cum Codice Lipſ. ſcripſi, cum Aldina, Victoriana et reliquae, quas vidi, τὸ habeant.

3. ᾤετο γίγνεσθαι] Aldina et Codex Lipſ. verbum ᾤετο omittunt. Deinceps ἀπολύσοι Codex Lipſ. Poſtea Heinſius ſcriptum malebat εἰ δὲ τὸ μὲν, καὶ τὰ δὲ πῆ; id eſt, *ſi autem partim damnaret, partim abſolveret.*

ἐν ᾧ γράφειν] *in qua ſcriberet* Victorius et Lambinus vertunt, ſed ille in tempore haeſit. Sane expectabas καὶ ἐν τούτῳ γράφειν; ſed brevius maluit Philoſophus dicere. Sequens τὴν δίκην omiſit vetus Interpres. Pro γράφειν reddidit *ſcribatur.* Camerarius annotat calculos Athenis etiam in uſu judiciorum fuiſſe; pro his legem tabellariam introduxit Hippodamus. Qua ut morem ſuae gentis corrigi ille ſtuduit, ſic apud Romanos hanc improbatam a prudentibus fuiſſe ſcimus. Extant autem disputationes et mentiones de hac re apud Ciceronem in tertio de Legibus c. 16. et Bruto et libello de amicitia c. 16. Haec Camerarius. Legum tabellariarum indicem et hiſtoriam brevem dabit Clavis Ciceroniana Erneſtiana p. 39. Giphanius monuit, Romae tres judici datas fuiſſe ſimiliter tabulas in gravioribus quidem cauſis, quarum in una C., in altera A., in tertia N. L. (non liquet) inſcriberetur.

ἀναγκάζειν γὰρ] Intellige τὸν νόμον. Aretinus *quia cogantur.* Sequens γὰρ et deinceps verba ταῦτα ἢ omiſit Codex Lipſienſis et Aldina. Itaque Camerarius ταῦτα ἢ ταῦτα ſcribendum cenſuit. Aretinus brevius *alterutrum judicantes peierare.*

4. περὶ τῶν εὑρισκόντων] Praepoſitionem Codex Lipſ. omiſit; idem deinceps cum Aldina οὕτως ὁ νόμος. Recte Aretinus *ea lex.* Sed vetus Interpres ſcriptum legit et vertit: Ἔτι δὲ νόμον ἐτίθει· varietate non ſpernenda. Deinceps idem ſcriptum vertit περὶ τὴν διαίρεσιν.

5. πολιτοφύλακες] De hoc magiſtratu dicetur infra 5, c. 6. Incertum an eum Hippodamus in ſuam rempublicam introduxerit. Deinceps ἀλλὰ δεῖ καὶ κρείττους ſcriptum vertit vetus Interpres.

6. πᾶσα

6. πᾶσα γὰρ δεῖται] Codex Camerarii et Lipſienſis πᾶσαι — δεῖνται πόλεις. Sequens διαγίγνεσθαι Aretinus vertit *proficere ex artibus*, Victorius *vitam tueri praeſidio artium*, Lambinus *vitam tolerare ex artificio*. Peſſime Ramus *eorumque arte et induſtria, ſicut intelligitur omnium civitatum exemplo, ſuſtentatur et adjuvatur.* Is ſcilicet ſcripturam Aldidinae et Baſil. δύναται expreſſit. Giphanius *ex arte ſuſtentari poſſunt.*

γεωργῶσιν] Aldinae et Victorianae ſcripturae γεωργήσουσιν reliquarum Edd. cum Camerario et Sylburgio praetuli. Aretinus verba καὶ ταύτην ἰδίᾳ γ. ἔτι δὲ τὴν κοινὴν in verſione omiſit. Vetus Interpres ἰδίαν γεωργήσουσι vertit.

7. Ἔτι δὲ — γεωργήσουσιν] Haec omnia Codex Lipſ. omiſit. Articulum ante τροφὴν omiſit Aldina. Deinceps οἱ μὲν αὐτοὶ Aldina. Poſtea βούλεται ὁ νομοθέτης ἕτερον εἶναι auctius ſcriptum legit vetus Interpres.

εἰ δ' ἕτεροι] Aldina οἱ δ' ἕτεροι. Deinceps τέταρτον αὖ μόριον cum Iſingr. Sylburgiana et recentiores, quod vertit Lambinus. Aretinus nec ἂν nec αὖ reddidit. Verſio vetus Verſori addita *iterum* habet, ſed Thomae *igitur*. Sequens καὶ ante ἀλλότριον cum Aldina, Baſil. Aretino et Lambino omiſit Codex Lipſ. Igitur cum recentioribus Edd. ſecluſi, cum etiam Vetus Interpres ſcriptum non legerit.

ἄπορον ἔσται τῶν καρπῶν] Victorii Codex unus ἄπειρον habebat ſcriptum. Utramque ſcripturam difficultate ſua non carere, agnovit vir doctus. Vulgatam Aretinus vertit *fructuum multitudo non ſufficeret.* Alteram ſi quis tueri velit, ἔσται Victorius ait ſignificare debere, *opus erit ac requiretur, ut fructuum multitudo ſit immenſa.* Vulgatam amplexus Lambinus *fructuum copia erit anguſtior, quam ut ex iis quisque victum duabus familiis ſubminiſtrare poſſit* vertit; Ramus *tum certe copia fructuum ſatis ampla eſſe non poterit, unde colendis agris agricolae ſinguli duas familias alant.* Giphanius *et fructuum erit minor copia, unde duas domos quisque ſuſtentet.* Sepulveda: *Si agricolae,* inquit, *et ſuum et militarem colant agrum, fructus ſuorum id est privatorum agrorum non erunt ſatis alendae ruſticorum bipartitae multi-*

tudini ad binos fundos colendos necessariae. Nam δύο οἰκίας duas rusticorum familias seu multitudinem duplicem intelligit; contra Giphanius cum aliis duas domos, unam rustici, alteram militis; quod et postulare ait verbum γεωργήσει, et quae sequuntur αὐτοῖς δὲ καὶ τοῖς μαχίμοις.

ὑπεργήσει] Aldina, Codices Victorii et Lipsiensis γεωργήσει habent; ex vetere versione, ubi est *ministrabit*, sumtum ὑπεργήσει venit in Editiones, et Aretinus vertit *binis domibus habeant ministrare.* Utraque scriptura difficultatem grammaticam habet, quam Camerarius expediebat scribendo δυσὶν οἰκίαις, quam equidem conjecturam unice probo.

ἀπὸ τῆς γῆς καὶ τῶν αὐτῶν κλήρων] Aretinus brevius et rectius *non statim ex eisdem agris.*

8. τὸ κρίνειν ἀξιῶν] Aretinus *lex quae judicandum putat cum distinctione.* Is igitur meliorem scripturam ὁ κρίνειν ἀξιῶν reddidit. Aldina κινεῖν habet, κρίνειν ex libro suo praetulit Camerarius. Deinceps διαιρεῦνται Lipsiensis. Postea verba τῆς κρίσεως ἁπλῶς γεγραμμένης Aretinus *litem simpliciter scriptam* vertit, Victorius *cum de quo judicium fieri debet simpliciter scriptum sit.* Lambinus *actione simpliciter instituta atque intenta.* Camerarius etiam *simplicem litem vel controversiam* nominat, Giphanius *judicio simpliciter dictato.* Denique Heinsius *cum causa simpliciter intenditur.* Consentiunt igitur omnes in re, sed verbum κρίσεως diversum est, atque omnino in δίκης mutandum. Alioqui Ramus recte verterit: *sententiae et dividendae et simpliciter ac bona fide perscribendae judici potestatem facit.* Infra etiam est εἴπερ ἁπλῶς τὸ ἔγκλημα γέγραπται. Scripturam ὁ — ἀξιῶν et τῆς δίκης plane firmat vetus Interpres, qui vertit *judicium* (*judicare* Thom.) *significans dividentes causa simpliciter scripta.*

τῇ διαίτῃ καὶ πλείοσιν] Aretinus *in compromisso in plures facto* vertit. Victorius *in arbitratu et pluribus existimatoribus.* Lambinus *at hoc in arbitrio etiam pluribus de compromisso facto disceptantibus facere licet.* Ramus *id si quidem in arbitrio etiam multorum et variorum fidei committitur; colloquuntur enim.* Giphanius *hoc autem in arbitro qui-*

dem et pluribus accidit. Mihi verba καὶ πλείοσιν suspecta sunt, saltem, quo pertineant, non intelligo.

τοὐναντίον τούτῳ] Aldina et Codex Lips. τούτων habent. τούτων νομοθετῶν Aldina et Basil. Paulo antea οὐδὲ τοῖς δικαστηρίοις Aldina Basil.

9. Ὁ μὲν γὰρ εἴκοσι] Aretinus: *quantum petitor. Nam si petitor viginti* vertit. Deinceps ὁ μὲν πλείους Codex Lips. postea τοῦτον δὲ τρόπον idem. διαλογῆς τῶν ψήφων Aretinus vertit *concordandarum sententiarum.* Male. Vetus Interpres *disputationis sententiarum.* Victorius *dirimendarum sententiarum.* Lambinus *deligendarum et distinguendarum.* Ramus *discernendarum ac numerandarum.* Giphanius *dinumerationis sententiarum.*

τὸ ἔγκλημα γέγραπται δικαίως] Aretinus *si simpliciter petatur.* Praeteriit igitur adverbium δικαίως. Contra vetus Interpres ἁπλῶς omisit. *Si lis simpliciter ut debet fuerit intenta* Lambinus, *si justa petitio simpliciter et sine fraude fuerit informata* inepte Ramus, *si quidem actio simpliciter intenta est injuste* Giphanius. Mihi δικαίως non solum superfluum sed etiam sententiae contrarium esse videtur.

10. περὶ δὲ τοῦ τοῖς] Aldina τούτοις. Deinceps Victorianae τύχῃ repetiit stolide Zuingeriana. *forsitan* vertit Aretinus. Dura est dictio ἰνόφθαλμος ἀκοῦσαι.

τὸ κινεῖν] Aldina, Basil. et Codex Lips. τὸ μὴ κινεῖν. Deinceps ἂν εἴ τις Aldina et Lips. Codex. Verum posuit Camerarius. *si sit alia melior* Aretinus. Sequens διαστείλασθαι vetus Interpres *dilatare*, Victorius *disseruisse* vertit.

11. ἐσιδηροφόρουν τότε] Vulgatum ἐσιδηροφοροῦντό τε γὰρ correxi. Thucydides quidem 1, 5. extremo τό τε σιδηροφορεῖσθαι τούτοις τοῖς ἠπειρώταις ἀπὸ τῆς παλαιᾶς λῃστείας ἐμμεμένηκε. sed statim initio cap. 6. πᾶσα γὰρ ἡ Ἑλλὰς ἐσιδηροφόρει, διὰ τὰς ἀφράκτους τε οἰκήσεις καὶ οὐκ ἀσφαλεῖς παρ' ἀλλήλους ἐφόδους, καὶ ξυνήθη τὴν δίαιταν μεθ' ὅπλων ἐποιήσαντο. Coemtionem etiam antiqui Romani genus matrimonii noverunt, ritumque postea servarunt.

12. ἐκ φθορᾶς τινος] Camotiana φορᾶς dicitur habere, verum est in Aldina. Putet aliquis Philosophum respexisse

ad fabulam de Gigantum vel Titanum sanguine in terram decidente, unde dicuntur non solum homines prognati esse, sed varia etiam animalium genera. Sed Montecatinus recte monet respici locum Platonis Legum 3, p. 106. πολλὰς ἀνθρώπων φθορὰς γεγονέναι κατακλυσμοῖς τε καὶ νόσοις καὶ ἄλλοις πολλοῖς, ἐν οἷς βραχύ τῶν ἀνθρώπων λείπεσθαι γένος. Ceterum deinceps Aldina habet μένειν νόμοις omissa praepositione ἐν. Quosdam legisse ἐμμένειν monet Montecatinus.

κινητέοι καί τινες καί ποτε] Victorius distinxit κινητέοι, καὶ τινὲς καὶ ποτὲ et vertit *moveri oportere leges, et quas potissimum et quando.* Voluit igitur scriptum καὶ τίνες καὶ πότε. At hoc minime ex antea dictis apparet, sed generatim quasdam et vitiosas interdum esse mutandas. Ceterum paulo antea καὶ περὶ τὴν πολιτικὴν rectius scriptum vertit vetus Interpres.

13. καὶ τῶν ἀρχόντων] Copulam omisit Camotiana, non Aldina. Deinceps ὠφελήσει ὁ κινήσας scriptum vertit Aretinus *proderit qui corrigere perget, quantum nocebit assuefactio superioribus non parendi.* Videtur igitur in altero membro scriptum vel legisse vel voluisse ὅσον βλαβήσεται ὁ τοῖς ἄρχουσιν — ἐθισθείς. Victorius *tantum emolumenti capiet qui moverit.* Lambinus *tanto erit ei mutasse leges emolumento.* Rectius Ramus *nec enim tantum legis abrogatio proderit.* Giphanius *neque enim is, qui mutavit, tantum proderit.* Ut igitur sensus is in verbis etiam appareret, articulum duobus in locis inserui.

14. τὸ κινεῖν] Articulum ex Aldina Isingr. et recentioribus addidi, quem Victor. et Zuing. omisit.

εἰ καὶ κινητέον] Ita Aldina, Victor. Zuing. κινητέοι ex Sylb. in recentiores venit. Sequens καὶ omisit Aldina. Deinceps ἤ τισὶ Aldina, Victor. Zuing. ἢ τίσι dedi cum Isingr. Sylb. et recentioribus. Denique ἄλλον καιρὸν Codex Lips. Ceterum postrema haec sententia ordinem verborum perturbatum habet. Debebant ita sequi: αὕτη μὲν ἡ σκέψις ἄλλων ἐστὶ καιρῶν· διὸ νῦν αὐτὴν ἀφῶμεν. Nunc vero διὸ facit in priore membro difficultatem, cum γὰρ in posteriore sic ordinato locum suum satis tueatur.

Supereſt, ut breviter commemorem controverſiam quae de hac Hippodami republica exorta eſt inter duumviros Italiae doctiſsimos et ingenio clariſsimos Ant. Muretum et P. Victorium. Ille enim cum in Joannis Stobaei Florilegio Sermone XLI. qui eſt de republica, inſertum legiſſet fragmentum libri de republica Hippodamo inſcriptum, ubi ſimilis numero eſt civium deſcriptio triplex ſed diverſa ratione, ſtatim inſurrexit contra Ariſtotelem malamque ejus fidem accuſavit. Cui opitulatus Victorius in Variarum Lectionum libro 38, c. 2. demonſtrare conatus eſt, argumento imprimis doricae dialecti, qua perſcriptum eſt Hippodami illius fragmentum, illum a Joanne Stobaeo exſcriptum Hippodamum Pythagoreum et plane diverſum fuiſſe a Mileſio architecto et μετεωρολόγῳ, cujus rempublicam memoravit et judicavit Ariſtoteles. Alia ratione Ariſtotelem defendere conatus eſt Anton. Riccobonus in Epiſtola data ad Montecatinum et ab hoc inſerta commentariis p. 126. Cum enim Muretus negaſſet, ſatis bona fide Philoſophum verſatum eſſe in republica Hippodami reprehendenda, quod affirmarit, eam rempublicam fuiſſe distributam in tres partes, τεχνίτας, γεωργὺς τό τε προπολεμῦν καὶ τὰ ὅπλα ἔχον, et hoc modo civitatem ſine conſilio tanquam corpus ſine animo factam eſſe; cum tamen e Stobaeo pateat, aliter hanc rempublicam fuiſſe deſcriptam, tresque ejus partes fuiſſe, primam eorum, qui conſilio rempublicam gubernarent, alteram eorum, qui eandem armis defenderent, tertiam eorum, qui artes neceſſarias exercerent, in qua parte incluſi ſint artifices et agricolae; contra haec Riccobonus ita diſputat:

Jam dum Muretus falſi alterum arguit, fortaſſe ipſe tam falſus est, quam qui falſiſsimus: cum verum non ſit, Hippodamum Ariſtotelis illam partem praetermiſiſſe, quae conſilio gubernaret. Tametſi enim rempublicam in tres partes distribuebat, τεχνίτας, γεωργὺς, προπολεμῦντας, tamen non ſolum, ut affirmat Philoſophus, ἐνομοθέτει δικαστήριον ἓν τὸ κύριον — τῦτο δὲ κατεσκεύαζεν ἔκ τινων γερόντων αἱρετῶν, ſed etiam volebat τὺς ἄρχοντας αἱρετὺς ὑπὸ τῦ δήμυ εἶναι· δῆμον δ' ἐποίει τὰ τρία μέρη τῆς πο-

λεως· τοὺς δ' αἱρεθέντας ἐπιμελεῖσθαι κοινῶν καὶ ξενικῶν καὶ ὀρφανικῶν. Non igitur eos, qui consilio gubernant, praeteribat. Neque erat, mea quidem sententia, cur inter hominum conditiones eos senes, qui constituebant senatum, eosque gubernatores complecteretur, propterea, quod tales non nascebantur, sed cum orirentur omnes aut conditione opificum aut rusticorum aut militum, postea ex illis tribus conditionibus seniores seligebantur ad gubernandum. Accedit, quod repugnantia, quam confitetur Victorius, magis in verbis quam in re ipsa videtur posita. Non enim multum interest; si dicatur, tres esse partes reipublicae, opifices, agricolas, homines militares, ex quibus hominum generibus seniores eligerentur ad publicam administrationem, ac si tradatur, esse item tres partes, unam, quae consilio gubernet, alteram hominum militarium, tertiam eorum, qui artes necessarias exerceant, ut opificum et agricolarum; nisi quod prior divisio melior censenda est, nempe tres complectens conditiones, quibus homines oriebantur, unde postea educebatur senatus; altera deterior, unam conditionem ponens, qua homines non nascebantur, et sub tertia parte duas, quae sunt apud Aristotelem, conditiones comprehendens, τεχνίτας καὶ γεωργούς. Verum in utraque res eaedem continentur, ita ut revera idem Hippodamus intelligi queat.

Quaedam his adjunxit responsio Montecatini ibidem posita, unde referri meretur illud, quod monet recte Aristotelem τρία μέρη πόλεως memorasse, Hippodamum vero Stobaei τρεῖς μοίρας πολιτείας. quae res quam diversae sint, non opus est longa demonstratione. Uterque vero Hippodamum Stobaei censet eundem esse posse, de quo tradiderit Aristoteles; quanquam Montecatinus suspicatur, Stobaei Hippodamum alia in parte libri tradidisse ea, quae Philosophus inde retulit. Scilicet sensisse videtur Montecatinus, doctrinam Fragmenti apud Stobaeum plane pugnare cum doctrina Hippodami Aristotelici. Tres enim illae partes reipublicae in Stobaei Fragmento positae sunt perpetuae et constantes; τὸ βουλευτικὸν enim, quod, ut reliquae partes, iterum in tres portiones dividitur, nempe in τὸ πρόεδρον, τὸ ἀρχοντικὸν, τὸ κοινοβουλευτικὸν, semper manet idem; item τὸ

ἐπίκουρον et τὸ βάναυσον. At in Aristotelica Hippodami civitate leguntur senatores et magistratus e tribus partibus civitatis, quae simul efficiunt δῆμον, id est populum populari reipublica forma regendum. Toto igitur coelo, ut ajunt, diversa est haec civitas ab illa. Falsa igitur etiam Mureti criminatio et quidem geminam ob rationem; nam et per se falsa est, cum Aristoteles senatum et magistratus non omiserit; tum Hippodamus Stobaei nihil habet commune cum Aristotelico, nihilque omnino simile. Tria Hippodami fragmenta apud Joannem Stobaeum in Florilegio ethico excerpta leguntur. Unum, quod jam supra memoravi, Pythagorei cognomen adscriptum habens in margine; alterum in Sermone XCVI. cum cognomine Pythagorici, ex eodem de republica libro; tertium in Sermone CI. cum cognomine Thurii, ex libro de Felicitate. Haec et reliqua Pythagoricorum scripta a Joanne Stobaeo excerpta quicunque animo praejudicata aliqua opinione non occupato et attento, et in lectione Platonicorum librorum bene versatus legerit, ubique imitationis Platonicae vestigia facile agnoscet, quae quidem in quibusdam Fragmentis sunt tam manifesta, ut ipsa etiam Platonis verba, in formam doricae dialecti modo mutata, appareant. Plane igitur cum Victorio sentio Hippodamum Stobaei Joannis alium aetate multo posteriorem fuisse scriptorem, qui cum Milesio nihil nisi nomen et patriam habuit commune, εἴ ποτ' ἔην περ. Nam fieri potest, ut omnis ista farrago scriptorum Pythagoricorum ingenio vel fraudi piae hominis alicujus docti Pythagorae nomini et famae faventis debeatur. Breviter haec volui attingere, quoniam in vulgatis hujus libri Aristotelici editionibus et commentariis ad eum scriptis controversia haec Mureti et Victorii non commemorata fuit; contra vero Zuingerus apposuit in extrema sua Editione Fragmenta scriptorum Pythagoricorum de republica; unde plures Editores deinde admoniti compararunt Hippodami Aristotelici rempublicam cum Hippodami Pythagorici republica, de diversitate hominum et temporum nihil suspicati. Itaque factum, ut Philosopho injuriam facerent. Quod accidit

praeter Schlosserum etiam Füllebornio, qui Garvii versionem concinnavit eique annotationes quasdam adjecit.

Ad Caput VI.

πρὸς τὴν ἀρίστην τάξιν] Vetus Interpres *ad virtutis ordinem* vertens πρὸς ἀρετῆς scriptum legit.

τρόπον (ἢ) ὑπεναντίως] Ausus sum inserere ἢ, quod sententia flagitat, et verborum vel concinnitas vel structura desiderat. Non solum enim quid institutae reipublicae a Lycurgo formae contrarium sit, voluit ac debuit spectare Philosophus, sed primo loco, quid illi consentaneum sit, docere debebat. Similiter primo loco colligit ex comparatione, si quid inde ad optimam reipublicae formam inveniendam exquiri potest, et si quid contra minus illi respondet. Deinde verba ipsa flagitant adversantem particulam in istis ὑπεναντίως τῆς προκειμένης αὐτοῖς πολιτείας. Nam ἡ προκειμένη αὐτοῖς πολιτεία est eadem, quae antea brevissime ὑπόθεσις dicitur, forma instituta; cujus descriptionem in partes, earumque distributionem et mutua officia comprehendit vocabulum τρόπος. Quodsi in vulgata scriptura junxeris verba ita uti fecerunt plerique omnes interpretes εἴ τι ὑπεναντίως πρὸς τὴν ὑπόθεσιν καὶ τὸν τρόπον τῆς προκειμένης αὐτοῖς πολιτείας (νενομοθέτηται,) statim apparebit non solum tautologia in verbis τῆς προκειμένης αὐτοῖς πολιτείας, sed sentiet etiam graece sciens male jungi ὑπεναντίως cum praepositione πρὸς, cum deberet vel genitivo vel dativo jungi. Verumtamen cum infra etiam sit ὑπεναντίος δὲ καὶ ὁ περὶ τὴν τεκνοποιίαν νόμος πρὸς ταύτην τὴν διόρθωσιν, nimis huic argumento tribuendum non esse video. Ceterum pro αὐτοῖς Codex Lips. αὐτῆς habet.

2. τὴν τῶν ἀναγκαίων] Praepositionem ἀπὸ necessario inserendam Camerarius censuit. Sed Plato Reip. 2, c. 11. ὅταν εἷς ἓν κατὰ φύσιν ἐν καιρῷ σχολὴν τῶν ἄλλων ἄγων πράττῃ iterumque c. 14. Ita τῶν καλῶν ἀσχολίαν καὶ ἀνελευθερίαν jungit Plutarchus Agidis c. 5. et Lucianus Icarom. 4. τῶν

περὶ ταῦτα σπουδὴν ἀσχολίαν τῶν ἀληθῶς σπουδαίων ὑπολαβών. Deinceps ad ὑπάρχειν repetitum repetere item oportet δεῖ; Victorius tamen ὑπάρχει in verſione reddidit.

πενεστεία — ἐπέθετο] Aretinus πενεστεῖαι ἐπέθεντο vertit, qui deinceps verba ὥσπερ γὰρ omiſit. Articulum οἱ ante εἵλωτες omiſit Codex Lipſ. Vetus Interpres *inopes* deinde *ſervitutem* et *ſervos* poſuit.

περιοίκους] Aretinus *peritos* vertit, voluit *perichos* ut alibi. Vetus Interpres *praedia circa domos* vertit. De his Cretenſium ſervis agricolis infra dicetur, ubi de Mariandynis Heracleotarum perioecis.

ἀφίσταντο] Margo Iſingr. ineptum ἐφίστατο offert. Narratio Ariſtotelis pertinere videtur ad antiquisſima illa tempora, quibus Theſſali regionem occuparunt. De his narrat Archemachus de rebus Euboicis apud Athenaeum libro 6, p. 264. Βοιωτῶν τῶν τὴν Ἀρναίαν κατοικησάντων οἱ μὴ ἀπάραντες εἰς τὴν Βοιωτίαν, ἀλλ' ἐμφιλοχωρήσαντες παρέδωκαν ἑαυτοὺς τοῖς Θετταλοῖς δουλεύειν καθ' ὁμολογίας, ἐφ' ᾧ οὔτε ἐξάξουσιν αὐτοὺς ἐκ τῆς χώρας, οὔτε ἀποκτενοῦσιν· αὐτοὶ δὲ τὴν χώραν ἐργαζόμενοι τὰς συντάξεις ἀποδώσουσιν· οὗτοι μὲν οὖν οἱ κατὰ τὰς ὁμολογίας καταμείναντες καὶ παραδόντες ἑαυτοὺς ἐκλήθησαν τότε μενέσται, νῦν δὲ πενέσται· καὶ πολλοὶ τῶν κυρίων ἑαυτῶν εἰσιν εὐπορώτεροι. Quem locum ut intelligas, qui originem peneſtarum explicat, tenendum eſt Boeotos olim Theſſaliam tenuiſſe, antequam a Theſſalis expulſi in Boeotiam migrasſent. Tum vero Aeoles audiebant, teſte Thucydide libri 1, cap. 12. Strabone 9, p. 457. Sieb. Pauſania Boeotic. c. 8, 3. Stephano Byz. in Ἀσπληδών. Hinc plures in Theſſalia et Boeotia urbes cognomines fuerunt. Ἀχαιοὶ, quos inter προσχώρους h. l. nominavit Ariſtoteles, ſunt qui poſtea Φθιῶται vocati fuerunt, teſte Strabone 9, p. 602. Sed Peneſtarum nomine venerunt etiam deinde aliae nationes ſub jugum miſſae. Teſtis Theopompus apud Athenaeum 6. p. 265. Λακεδαιμόνιοι καὶ Θετταλοὶ φανήσονται κατασκευασάμενοι τὴν δουλείαν ἐκ τῶν Ἑλλήνων τῶν οἰκούντων πρότερον τὴν χώραν, ἣν ἐκεῖνοι νῦν ἔχουσιν, οἱ μὲν Ἀχαιῶν, Θετταλοὶ δὲ Περῥαιβῶν καὶ

Μαγνήτων· καὶ προσηγόρευσαν τοὺς καταδουλωθέντας οἱ μὲν εἵλωτας οἱ δὲ πενέστας.

5. πρὸς εὐδαιμονίαν] Equidem Aldinae et Iſingr. εὐνομίαν praefero, quod vertit etiam Aretinus *ad directionem civitatis.* Contra vulgatam vetus Interpres reddidit. De re plane conſentit Plato de Legibus 3, p. 309. de Lacedaemoniis: τὸ δὲ περὶ τὰς γυναῖκας οὐδαμῶς ὀρθῶς ἀνομοθέτητον μεθεῖται ὑμῖν — οὐκ ὀρθῶς τοῦτο εἴξαντες τῷ νομοθέτῃ δύσπρακτον ὂν ἀφείθη· διὰ δὲ τοῦτο μεθειμένου πολλὰ ὑμῖν παρεῤῥεῖ, πολὺ ἄμεινον ἂν ἔχοντα εἰ νόμων ἔτυχεν, ἢ τανῦν· οὐ γὰρ ἥμισυ μόνον ἐστὶν, ὡς δόξειεν ἄν, τὸ περὶ τὰς γυναῖκας ἀκοσμήτως περιορώμενον· ὅσῳ δὲ ἡ θήλεια ἡμῖν φύσις ἐστὶ πρὸς ἀρετὴν χείρων τῆς τῶν ἀῤῥένων, τοσούτῳ διαφέρει πρὸς τὸ πλέον ἢ διπλάσιον εἶναι. Fruſtra igitur Plutarchus Lycurgi c. 14. contra hunc locum diſputat, ubi ita: τῆς δὲ παιδείας — οὐ γὰρ, ὥς Ἀριστοτέλης φησὶν, ἐπιχειρήσας σωφρονίζειν τὰς γυναῖκας, ἐπαύσατο μὴ κρατῶν τῆς πολλῆς ἀνέσεως καὶ γυναικοκρατίας, διὰ τὰς πολλὰς στρατείας τῶν ἀνδρῶν, ἐν αἷς ἠναγκάζοντο κυρίας ἀπολιπεῖν ἐκείνας, καὶ διὰ τοῦτο μᾶλλον τοῦ προσήκοντος αὐτὰς ἐθεράπευον καὶ δεσποίνας προσηγόρευον· ἀλλὰ καὶ τούτων τὴν ἐνδεχομένην ἐπιμέλειαν ἐποιήσατο. Sed quae deinceps narrat inſtituta circa nuptias, liberorum educationes et puellarum exercitationes, huc minime pertinent; contra quae c. 15. ſ. 3. de procreandis liberis ex uxore aliena quaecunque marito alicui placuerit, ille narrat, probabilem faciunt infamiam mulierum Laconicarum, quam ipſe Plutarchus ſ. 4. τὴν ὕστερον λεγομένην γενέσθαι περὶ τὰς γυναῖκας εὐχέρειαν dicit. Nec meminerat Plutarchus tum loci Platonici, qui Ariſtotelis narrationem plane confirmat. Ceterum vetus Interpres πρὸς τὰς γυναῖκας, deinceps ὡς εἴς τε τὸ τῶν ἀνδρῶν ſcriptum vertit.

6. (ἢ) κἂν εἴ τινες] Aretinus *aut ſi qui.* Equidem ἢ ut ſuperfluum delendum cenſeo; igitur ſecluſi. De Celtarum amoribus puerorum teſtatur etiam Athenaeus libro 13. p. 603. Ramus nomini nationis ſuae gratificaturus in verſione *Cretas* non *Celtas* nominavit, admonito lectore de vitio ſcripturae vulgaris. Vetus Interpres verba ἔξω Κελτῶν omiſit,

et sequens φανερῶς. Verbum γυναικοκρατέμενοι vertit *a mulieribus continentes.*

ἢ γὰρ πρὸς] Equidem malim καὶ γὰρ πρός. Aretinus *quoniam omnes hujusce modi homines proni sunt ad venerea illisque obnoxii.* Verbum κατακώχιμος nostro in Problemat. 30, 1. restituit Victorius, ubi vulgo legitur κακόχυμοι. *inhiantes* vertit vetus Interpres.

7. ἐπὶ τῆς ἀρχῆς] *dum potiebantur imperio* Victorius. Intelligit tempus, quo ἡγεμονία fuit penes Lacedaemonios.

πρὸς ἐδὲν τῶν ἐγκυκλίων] Pessime Aretinus *ad nullum obsequium.* Victorius *ad aliquid cotidianorum operum.* Lambinus *ad nullam rem quotidianam atque usitatam.* Ramus *ad nullum quotidianum usum.* Giphanius *ad usus cotidianos.* Heinsius *in quotidiano usu.* Camerarius *ad res communes, et quae in cotidiana vita civium usurpantur tam domi quam foris.*

ἀλλ' εἴπερ, πρὸς] *sed si forte ad bellum* Giphanius. Recte post εἴπερ comma posuit Victorius, quod cum omissum vidisset ἀλλ' ἥπερ scribi maluit Sylburgius. Comma etiam recentiores omiserunt. Vetus Interpres *circularium nisi ad bellum.*

χρήσιμοι μὲν γὰρ] Aretinus: *non enim magis utiles praestiterunt se quam aliarum civitatum mulieres.* Igitur scriptum legit χρησιμώτεραι μὲν γὰρ ἐδὲν ἦσαν ἢ αἱ ἐν ἑτέραις π. In quibusdam libris esse χρήσιμον ait Montecatinus.

Θόρυβον — πολεμίων] Xenophon quanquam nimis ubique Lacedaemoniis favens Hellenic. 6, 5, 28. tamen haec jecit pauca τῶν δ' ἐκ τῆς πόλεως αἱ μὲν γυναῖκες ἐδὲ τὸν καπνὸν ὁρῶσαι ἠνείχοντο, ἅτε ἐδέποτε ἰδῦσαι πολεμίες. Plutarchus Agesilai 30. καὶ τῶν γυναικῶν ἐ δυναμένων ἡσυχάζειν, ἀλλὰ παντάπασιν ἐκφρόνων ἐσῶν πρός τε τὴν κραυγὴν καὶ τὸ πῦρ τῶν πολεμίων.

ἐ τῆς οἰκείας] Ita cum Aldina Victoriana; recentiores male οἰκίας ex Sylburgiana acceperunt; *domo* etiam Aretinus vertit, cum vetere Interprete. Ceterum opinionem Aristotelis de tempore Lycurgeae legislationis clarissime

hic locus declarat, quam Plutarchus Lycurgic. 1. ex alio ejusdem libro collegit, ubi Iphiti tempore vixiſſe dixerat, ejus nempe, qui Olympicos ludos renovavit. Cum Ariſtotele ſentit Pauſanias 5, 4, 4. Contra Apollodorus et Eratoſthenes multo antiquiorem Lycurgum fecerunt, ut ibidem tradit Plutarchus.

9. *αὐτῆς καθ' αὐτὴν*] Aretinus *non ſolum ipſa per ſe indecentiam quandam facere in republica.* Igitur *αὐτὰ καθ' αὐτὰ* ſcriptum legit. In Aldina et Iſingr. eſt *αὐτήν.* Aretini rationem vertendo ſecutus eſt Lambinus. Montecatinus *αὐτὰ καθ' αὐτὴν* dedit, idque ait a vetere Interprete redditum. Verba *καὶ μὴ ὀρθῶς* omiſit Ald. et Iſingr.

10. *Μετὰ γὰρ*] Zuingerus non inepte *δὲ* ſcribi maluit; niſi quis *φιλοχρηματίας* cauſam in hoc novo crimine quaerendam putet.

ταὐτὸ συμβαίνει] Male Aldina *τοῦτο,* quod tamen Caſaubonus probavit. Ceterum de re Plutarchi judicium contra Ariſtotelem annotavit Victorius in Agide c. 5. ubi haec ſunt, *ἐφορεύσας δέ τις ἀνὴρ δυνατὸς, αὐθάδης δὲ καὶ χαλεπὸς τὸν τρόπον Ἐπιτάδευς ὄνομα, πρὸς τὸν υἱὸν αὐτῷ γενομένης διαφορᾶς, ῥήτραν ἔγραψεν, ἐξεῖναι τὸν οἶκον αὐτοῦ καὶ τὸν κλῆρον ᾧ τις ἐθέλοι, καὶ ζῶντα δοῦναι καὶ καταλιπεῖν διατιθέμενον. — ἐκτῶντο γὰρ ἀφειδῶς ἤδη παρωθοῦντες οἱ δυνατοὶ τοὺς προσήκοντας ἐκ τῶν διαδοχῶν, καὶ ταχὺ τῆς εὐπορίας εἰς ὀλίγους συῤῥυείσης, πενία τὴν πόλιν κατέσχεν.* Quod de mulierum divitiis prodit Ariſtoteles, firmat narratio Plutarchi in Agide, veluti cap. 4. de juventute Agidis *ἐντεθραμμένος πλούτοις καὶ τρυφαῖς γυναικῶν τῆς τε μητρὸς Ἀγησιστράτας καὶ τῆς μάμμης Ἀρχιδαμίας, αἳ πλεῖστα χρήματα Λακεδαιμονίων ἐκέκτηντο.* Hae eaedem feminae dicuntur ceteras ad partes Agidis pertraxiſſe c. 7. *ἅτε δὴ τοὺς Λακεδαιμονίους ἐπισταμένας κατηκόους ὄντας ἀεὶ τῶν γυναικῶν, καὶ πλεῖον ἐκείναις τῶν δημοσίων ἢ τῶν ἰδίων αὐτοῖς πολυπραγμονεῖν διδόντας·* Addit *ἦν δὲ τότε τῶν Λακωνικῶν πλούτων ἐν ταῖς γυναιξὶ τὸ πλεῖστον· καὶ τοῦτο τὴν πρᾶξιν τῷ Ἄγιδι δύσεργον καὶ χαλεπὸν ἐποίησε. Ἀντέστησαν γὰρ αἱ γυναῖκες, οὐ μόνον τρυφῆς ἐκπίπτουσαι δι' ἀπειροκαλίαν εὐδαιμονιζομένης, ἀλλὰ καὶ τιμὴν καὶ δύναμιν, ἣν ἐκ τοῦ πλουτεῖν ἐκαρποῦντο, περικοπτομένην*

αὐτῶν ὀρῶσαι. Agidis regis occisi uxorem Leonidas Cleomeni filio uxorem conciliavit, ἦν γὰρ ὀσίας μεγάλης ἐπίκληρος ἡ Ἀγίατις Γυλίππε τῦ πατρὸς ut ait Plutarchus Cleom. cap. 1.

11. μηδὲ μίαν] Atqui Aelianus V. H. 6, 6. nescio quo auctore inter alias leges etiam hanc posuit γαμεῖν ἀπροίκους. Idem etiam libri 6, c. 4. narrat, eum cui Lysander vivus filiam desponderat, post mortem ejus matrimonium detrectasse, quia nullas pater divitias reliquerat. Tum vero ephori dicuntur hominem multasse: ὅτι γὰρ Λακωνικὸν ἐφρόνει, ὅτι ἄλλως ἑλληνικά. ubi Perizonius posuit locum Justini 3, 3. de Lycurgo: *virgines sine dote nubere jussit, ut uxores eligerentur, non pecuniae.* Idem vir doctus comparato hoc Aristotelis loco existimat, variis artibus Lacedaemonios legem Lycurgi elusisse, uti Romanos legem Voconiam, quae feminas ab hereditate paterna excludebat. At Aristoteles Lycurgum de dote statuisse aliquid negat.

κἂν ἀποθάνῃ] Quaerit ad h. l. Camerarius ita: *Qui autem est heres iste alius praeter illam ἐπίκληρον? An hereditas aliqua certa ad virilem sexum agnatorum pertinuit? An heres nunc dicitur genere proximus ad quam orbae deinde hereditas pertineret? An inter ea, quae strictim ab hoc auctore attinguntur, et ideo obscura sunt, reliquendum est et hoc, de quo quaeratur?* Interpretes in tres partes diversi abeunt, Victorius verba ὅτος ᾧ ἂν θέλῃ δίδωσι refert ad bona relicta ab intestato. Itaque vocabulum κλῆρον ex altero κληρονόμον repetit et cum verbo δίδωσι conjungit. Contra Lambinus, Ramus, Giphanius et Heinsius, quibuscum ipse sentio, ad heredem ab intestato et tutorem filiae ἐπικλήρε referunt, qui filiam elocet, cui velit. Omnium minime probabilis est opinio Schlosseri, qui putat bona genero relicta cum filia intelligi, ut ei similis licentia sit, bona dandi, cui velit. Eam is opinionem vertendo expressit, et Ubbonis Emmii auctoritate tueri conatus est.

12. διὰ τὴν ὀλιγανθρωπίαν] Spartiatas ubique intelligere oportet, etiam ubi Xenophon initio libri de Rep. Lacedaemoniorum miratur ὡς ἡ Σπάρτη τῶν ὀλιγανθρωποτάτων πόλεων

ἦσα δυνατωτάτη ἐφάνη· ubi vide annotationem Weiskii. Numerum Spartiatarum in praelio Leuctrico caeſorum accurate inire et definire nondum mihi licuit. Vide ad Xenoph. Hellenica 6, 4, 15. p. 371.

καὶ μυρίους] Atqui Plutarchus Lycurgi c. 8. τὴν δ' εἰς τὸ ἄστυ τὴν Σπάρτην συντελοῦσαν ἐννακισχιλίους κλήρους διένειμε· τοσοῦτοι γὰρ ἐγένοντο κλῆροι Σπαρτιατῶν. Exempla civium auctorum ex peregrinis aſſumtis hiſtorici ſuperſtites nulla tradiderunt antiquiora praeter parthenios, ſed post Ariſtotelem ab Agide, Cleomene et Nabide peregrinos ipſosque ſervos allectos teſtatur cum Plutarcho Livius.

13. *ἄφρουρον εἶναι*] *mitti non poſſe in praeſidium* Victorius vertit, in annotatione *vacationem militiae:* recte. *immunem a cuſtodia* Aretinus, *vacationem habere praeſidii et cuſtodiae urbis* Lambinus, *excubiarum vacationem* Ramus et Heinſius, *a cuſtodiis immunitas* Giphanius, Aelianus V. H. 6, 6. νόμος ἐστὶ τοῖς Σπαρτιάταις, τὸν παρασχόμενον υἱοὺς τρεῖς ἀτέλειαν ἔχειν φρουρᾶς· τὸν δὲ πέντε, πασῶν τῶν λειτουργιῶν ἀφεῖσθαι· ubi comparat Perizonius Xenophonteum de Republ. Laced. 5, 7. οὐδὲ γὰρ ὑπὸ φανοῦ τὸν ἔτι ἔμφρουρον ἔξεστι πορεύεσθαι· de excubiis interpretatus. Recte contra Victorius. φρουρὰν enim Lacones dicebant τὴν στρατείαν, ut in nota illa formula οἱ ἔφοροι ἔφηναν φρουράν, de qua dictum ad Hellenica Xenoph. 5, 4, 59. et in Indice. Antiquus Interpres prudenter vocabulum graecum poſuit.

14. *αὐτὴ — αὐτοῖς*] Vetus Interpres omiſſo αὐτὴ vertit *ipſius.*

ὤνιοι ἦσαν.] Aretinus *venales ſint.* Victorius *mercede emuntur.* Giphanius *ſunt venales.* Sane tempus incongruum post illud ſuperius ἐμπίπτουσιν. Igitur ſuſpicor Aretinum ὤνιοι ἂν εἴησαν ſcriptum legiſſe, et rectius.

ἐν τοῖς Ἀνδρίοις] Malui cum Victorio litera majuscula exaratum nomen ponere vel adeo vitioſum exiſtimare, quam ἄνδρεια interpretari phiditia, quod fecerunt aliqui interpretes. Cur enim antiquato nomine uſum Philoſophum nunc dicamus? Res ipſa, de qua agitur, Andrios tetigerit, an nomen vitioſum ſit, judicare in ſilentio hiſtoriae eſt dif-

ficile. In more certe phiditiorum immutato tota res et salus publica subito periclitata esse vix dici potuit.

δημαγωγεῖν αὐτὰς] Vetus Interpres ἑαυτὰς ἠνάγκαζον scriptum legit et vertit, dubium relinquens deinceps τὰς βασιλεῖς an οἱ β. scriptum legerit.

15. διαμένειν ταὐτὰ] Postremum vocabulum mihi ab aliena manu videtur accessisse, quod fecit, ut cum Aretino Victorius a sensu aberraret. Vertit enim *opus est enim rempublicam cunctas partes civitatis velle stare et permanere easdem.* Ita etiam ceteri omnes Interpretes, excepto Heinsio, Quin opus est, ut omnes partes civitatis in eo consentiant, ut velint formam reipublicae permanere. Hanc sententiam toties in his libris repetit auctor, et tanquam notam reipublicae si non optimae, firmae tamen et diuturnae ponit, ut de ea dubitari non possit h. l. Igitur aut τὴν αὐτὴν scribendum censeo, aut vocabulum plane delendum. Nunc demum video Montecatinum quoque sensum animadvertisse loci, sed ne τὴν αὐτὴν scribi necesse esset, commentum hoc lepidum posuit p. 173. Vox ταὐτὰ indeclinabiliter aliquando usurpatur significatque idem perfecte in omni genere et casu, ut in textu 181. octavi Physici ταὐτὰ κινεῖσθαι expositum est cum Averroe et Themistio *moveri in eodem.* Ceterum Giphanius verba εἴτε διὰ τὸν νομοθέτην εἴτε διὰ τύχην, male retulit ad dubitationem aliquam auctoris de ephororum origine, cum ipse Aristoteles infra libro 5. ephororum institutionem regi Theopompo tribuat.

ἆθλον — ἀρετῆς] Giphanius ad h. l. *Valde*, inquit, *miror, haec eadem verba de eadem re, hoc est, senatu Spartano reperiri in oratione Demosthenis* πρὸς Λεπτίνην, ἐπειδάν. Locus est sect. 88. p. 95. ed. Wolf. ubi de γερουσίᾳ est: ἐκεῖ μὲν γάρ ἐστι τῆς ἀρετῆς ἆθλον, τῆς πολιτείας κυρίῳ γενέσθαι μετὰ τῶν ὁμοίων. Giphanius observationem debet Budaeo Annot. pr. ad Pandectas p. 269.

16. παιδαριώδης — λίαν] Haec omisit Aretinus. Modum nemo indicavit. Plato Legum 3, p. 137. τὴν τῶν ἐφόρων δύναμιν ἐγγὺς τῆς κληρωτῆς ἀγαγὼν δυνάμεως. Probabilis opinio videtur esse, modum fuisse eundem, quo senatores creaban-

tur, descriptum a Plutarcho Lycurgi c. 26. Atque omnino in concione Lacedaemonii κρίνουσι βοῇ, οὐ ψήφῳ, ut ait Thucydides 1, 87.

κατὰ τὰ γράμματα] Aretinus breviter: *itaque melius foret non secundum litteras et leges.* Ubi videntur quaedam verba omissa esse errore operarum. Sed κατὰ τὰ γρ. καὶ κατὰ τοὺς νόμους auctius h. l. lectum vertit etiam antiquus Interpres.

αὕτη] Vulgatum αὐτὴ cum Sylburgio correxi e versione antiqua. Sequens ἐν δὲ τοῖς ἄλλοις ad ceteros cives Lacedaemonios, non ad ceteras partes victus ephororum referendum esse recte admonuit Victorius. Deinceps σωματικῶν omisit Aretinus. Exemplum luxus vel victus delicatioris ephororum historiae nunc superstites nullum commemorarunt. Ephororum συσσίτιον obiter memoravit Plutarchus Cleomenis c. 8. disertius autem c. 9. ubi est διὸ καὶ παρὰ τὸ τῶν Ἐφόρων συσσίτιον ἱδρύσαντο τὸν Φόβον ἐν Λακεδαίμονι, μοναρχίας ἐγγυτάτω κατασκευασάμενοι τὸ ἀρχεῖον. Licuit igitur Ephoris seorsim convivantibus in summa potestate legem migrare.

17. ἀνδραγαθίαν — εἴποιέ τις] Formam εἴποιε pro vulgatiore εἴπειε memini me reperire etiam inferius in posterioribus libris. Ipsum tamen εἴπειε cum Sylburgiana dederunt recentiores Editiones. In Rhetoric. 3, 7, 2. pro verbis καὶ εἰ εἴπειεν ἂν Codex Lipsiensis a me comparatus εἴποιεν scriptum habet. ἀνδραγαθίαν Victorius *perfectam virtutem* vertit, *virtutem* simpliciter Aretinus et Giphanius; *ad honestatem cum probitate conjunctam praestantemque virtutem* Lambinus, *si probis et honestis moribus ad virtutem instituti fuerint* Ramus. Cum alibi plerumque ratio fortitudinis habeatur, ubi ἀνδραγαθία nominatur vel cum ἀρετῇ permutatur, veluti a Xenophonte Cyrop. 3, 3, 55., hic tamen simpliciter virtus moralis vel politica dici videtur.

ἀμφισβητήσιμον] *Formidabile* vetus Interpres: Aretinus *periculosum est* vertit et pro διανοίας *civitatis.* Victorius *anceps est et in controversiam venit; ambigi potest utrum sit utile nec ne* Lambinus, *lubricum et periculosum est* Ramus,

hoc

hoc controversum inepte Giphanius. Cum Lambino facis Heinsius, neque equidem aliam commodiorem video rationem, qua verbum possit explicari.

τὸν τρόπον δὲ — ἀπιστεῖν] Membrum hoc respondet superiori ἐπιεικῶν μὲν γὰρ ὄντων καὶ πεπαιδευμένων ἱκανῶς. Sed jure quaerit Camerarius, quomodo dicatur legum auctor non habuisse senatoribus fidem, tanquam viris non bonis? Respondet Giphanius, id ex eo perspici, quod multa quidem et magna (ut judicia capitalia et de existimatione) iis commiserit, non tamen omnia, tanquam non perfecte bonis, aut saltem de quibus diffideret.

18. φαίνονται δὲ καὶ] Vetus Interpres vertit: *Videntur autem et velle videri dativi et inutiliter largientes.* Videtur igitur scriptum legisse φαίνονται δὲ καὶ ἐθέλειν φαίνεσθαι κατάδ.

ἀνυπευθύνους] Vulgatum ἀνευθύνους cum Sylburgio correxi. Quanquam enim Thucydides 3, 44. ἀνεύθυνος eodem sensu adhibuisse videatur, noster tamen infra alteram formam et vulgatiorem adhibuit. Aretinus vertit *rationi reddendae subjecti.* Victorius *liberos esse cura rationem reddendi.* Giphanius *a rationibus referendis non esse immunes.* Lambinus *non esse liberos ac solutos judicio rationum referendarum.* Ramus *ab illis de vita et factis suis rationem referri.*

Δόξειε δ᾽ ἂν] Camerarius ait, sibi non liquere, quale sit, quod dicitur; non teneri senatores ad rationes reddendas gesti magistratus, cum dicatur, Ephororum esse potestatem eam, ut omnes magistratus reddere rationes cogant. Sed huic ipsi quaestioni et dubitationi occurrit his verbis, dum docet modum eum εὐθυνῶν, quo utebantur ephori, non esse talem, qualem oportere censebat Aristoteles. Scilicet non comparabatur judicium aliquod, ubi magistratus gesti rationes referre et reddere cogerentur cives, sed ephori magistratuum factis singulis invigilabant, et pro lubitu conatus et facta magistratuum damnabant, impediebant vel rescindebant.

κατά τε τὴν κρίσιν] Aretinus male vertit *quam per suffragia faciunt, perlevis est.* Est enim judicium, quod fiebat de virtute civium et candidatorum senatus, quod describit Plutarchus Lycurgi c. 26.

19. ἐκουσίων] Omisit Aretinus, vetus Interpres et Thomas, et Montecatinus deleri jussit; nititur loco Nicomachorum 5, 8. ubi inter alia: ὅταν γὰρ ἐκούσιον ᾖ, ψέγεται, ἅμα δὲ καὶ ἀδίκημα τότε ἐστίν· ὥστε ἄδικόν τι ἔσται μὲν, ἀδίκημα δ' οὐδέπω, ἐὰν μὴ τὸ ἑκούσιον προσῇ. Equidem seclusi; alioquin addendus fuerat articulus τῶν. Ceterum Romanorum institutum, quo petere magistratus cives solebant, comparaverunt interpretes; senatum tamen nemo petebat Romae; nec senatus unquam rationes referre factorum cogebatur Romae; quod contra Philosophum monuit Schlosserus. Verum is cogitare debebat discrimen permagnum, quod erat inter senatum romanum, et inter γερουσίαν Lacedaemoniorum, quae erat κυρία κρίσεων μεγάλων; judicia enim capitalia exercebat.

20. ἄλλος ἔστω] Malim ἔσται, ut infra pluribus locis est. Aretinus scriptum legit ἄλλος ἴσως, vertit enim *alia forsan disputatio.* Deinceps vetus Interpres vertit: *sed etsi melius, non sicut nunc.* Ergo scriptum legit ἀλλὰ καὶ εἰ βέλτιον, μὴ καθάπερ, quam scripturam probo; malim tamen μὴ μέντοι καθάπερ. Victorius *atqui melius foret, non tamen ut nunc.*

κατὰ τὸν αὐτοῦ βίον] *pro vita cujusque regis judicare,* Aretinus, *e sua vita singulos reges existimari* Victorius, *perspecta et diligenter explorata ipsius vita* in annotatione. Voluit Philosophus respectum familiarum excludere, et virtutis etiam rationem haberi.

τοὺς ἐχθροὺς] Ephoros duos intelligit. Xenophon Lacedaem. Resp. 13, 5. πάρεισι δὲ καὶ τῶν ἐφόρων δύο, οἳ πολυπραγμονοῦσι μὲν οὐδὲν, ἢν μὴ ὁ βασιλεὺς προσκαλῇ, ὁρῶντες δὲ, ὅ, τι ποιεῖ ἕκαστος, πάντας σωφρονίζουσιν, ὡς τὸ εἰκός.

στασιάζειν τοὺς βασιλεῖς] Plutarchus Cleomenis c. 12. de ephoris: τοῦτο γὰρ τὸ ἀρχεῖον ἰσχύειν ἐκ διαφορᾶς τῶν βασιλέων, τῷ τὰ βελτίονα λέγοντι προστιθέμενον τὴν ψῆφον, ὅταν ἅτε-

ρος ἐρίζῃ πρὸς τὸ συμφέρειν· ἀμφοῖν δὲ ταῦτα βουλομένων, ἄλυτον εἶναι τὴν ἐξουσίαν, καὶ παρανόμους μάχεσθαι πρὸς τοὺς βασιλεῖς· ὧν μαχομένων, διαιτᾷν καὶ βραβεύειν αὐτοῖς εἶναι πρεσβεῖαν, οὐχὶ πολυπραγμονοῦν ὁμοφρονούντων.

21. *ὥστε συμβαίνειν*] Aldina *συμβαίνει*, non minus aptum, habet: sed postea *μετέχειν αὐτοὺς* pejus.

22. *ἀϊδίοις*] Vulgatum antea *ἀΐδιος* correxit Victorius, qui ait vestigium verae lectionis esse etiam in vetere translatione. Idem fecit Montecatinus, nulla Victorii mentione facta. Vetus Interpres: *sub regibus enim existentibus militaribus sempiternis*, omisso deinceps verbo *καθέστηκε*. Mirum Sylburgium cum Lambino vitiosam scripturam amplecti potuisse, quae hinc in recentiores Editiones transiit. Giphanius Victorii annotationem inspexisse non videtur, cum eandem conjecturam dubius poneret. Nauarchiam annuam fuisse, testantur plurium scriptorum historiae graecae loca.

Πλάτων] Legum primo p. 16. de Cretensium et Lacedaemoniorum legislatore: *οὐχ εἰς πρὸς ἀρετῆς τι μόριον καὶ ταῦτα τὸ φαυλότατον ἐτίθει βλέπων, ἀλλὰ πρὸς πᾶσαν ἀρετὴν, καὶ κατ᾽ εἴδη ζητεῖν αὐτῶν τοὺς νόμους.* Deinceps *τῶν* ante *νόμων* deest in Aldina, Basil. articulum adjecisse ait se Montecatinus e vetere versione et Aretino, ne Victorium nominare cogeretur.

μηδὲ ἠσκηκέναι] Vetus Interpres *neque ad virtutem exercitari nulla exercitatione*. Legit igitur additum *πρὸς ἀρετὴν*, quod probo.

23. *Τοῦτο δὲ ἁμάρτημα*] Ita cum Aldina Victoriana; pejorem scripturam *τοῦτο* cum Sylburgiana amplexae sunt recentiores Edd. et Aretinus, qui *πολεμικά* male vertit *quae ad bellum pertinent*, similiter vetus Interpres *hoc autem peccatum non modicum, bona quae circa res bellicas*.

πολέμους τε — ἀναγκαζόμενοι — εἰσφέρουσι κακῶς.] Vulgatam vel Victorianam potius *πολέμους μεγάλους ἀναγκαζομένους π. εἰσφέρουσί τε κακῶς*, quae est etiam in Aldina, recentiores mutarunt in *ἀναγκαζομένοις*, quo facto vitium quidem apertum emendatum fuit; sed aptior mihi visa est ea, quam reddidit Aretinus *et magna bella gerere coacti pecunias aegre*

conferunt. Apte comparavit Victorius locum Thucydidis 1, 80. ubi Archidamum Lacedaemoniis bellum contra Athenienſes diſſuadentem inducit: καὶ τίνι πιστεύσαντας — ἀλλὰ τοῖς χρήμασιν; ἀλλὰ πολλῷ ἔτι πλέον τούτου ἐλλείπομεν, καὶ οὔτε ἐν κοινῷ ἔχομεν οὔτε ἑτοίμως ἐκ τῶν ἰδίων φέρομεν. Ceterum συμβέβηκε δὲ cum vetere Interprete vertit Victorius.

Ad Caput VII.

τὸ δὲ πλεῖον] Margo Iſingr. πλεῖστον offert, quod non accipio. De eadem re Ephorus Strabonis 10, p. 737. λέγεσθαι δ' ὑπό τινων, ὡς Λακωνικὰ εἴη τὰ πολλὰ τῶν νομιζομένων Κρητικῶν· τὸ δ' ἀληθὲς, εὑρῆσθαι μὲν ὑπὸ ἐκείνων, ἠκριβωκέναι δὲ τοὺς Σπαρτιάτας. Polybius 6, 45. miratur πῶς οἱ λογιώτατοι τῶν ἀρχαίων συγγραφέων Ἔφορος, Ξενοφῶν, Καλλισθένης, Πλάτων, πρῶτον μὲν ὁμοίαν εἶναί φασι καὶ τὴν αὐτὴν τῇ Λακεδαιμονίων, δεύτερον δ' ἐπαινετὴν ὑπάρχουσαν ἀποφαίνουσιν· ὧν οὐδέτερον ἀληθὲς εἶναί μοι δοκεῖ. Deinceps expedit argumenta ſingula, quorum ſi quid utile ad rem noſtram viſum fuerit, afferemus. In univerſum enim ſenex loquaculus, cum iſta ſcriberet, non bene attendiſſe videtur ad capita comparationis, quibus uſus eſt Ariſtoteles. Hunc enim nominare voluiſſe videtur, ubi Xenophontis nomen poſuit, cujus nullum extat de Cretenſium republica judicium; Ephori excerpſit Strabo libro decimo Geographiae. Vocabulum γλαφυρῶς vetus Interpres *plane* vertit.

Χαρίλλου] Ita Victoriana et Baſil. Χαρίλλῳ cum vetere interprete, Aldina, Iſingr. Sylburg. et Aretino recentiores. Infra vero libro 5. in noſtra ſcriptura libri conſentiunt. Sequens τότε omiſit vetus Interpres.

ἀποικίαν ἐλθόντες] Eſt pro σταλθέντες, qui coloni miſſi venerant in eam regionem. Pro *Lyctiis* vetus Interpres Cretenſes nominat.

καὶ νῦν οἱ περίοικοι] Locus memorabilis, unde conſtat legum Minoicarum et inſtitutorum veſtigia in rebus publicis et civitatibus Creticis tum nulla ſuperfuiſſe, ſed mutata fuiſſe omnia; contra περιοίκους, qui Cretenſium agros co-

lebant eadem conditione, qua Helotes Spartanorum, instituta Minois adhuc retinuisse. De Lyctiis vero Polybius 4, 54. ubi urbem a Cnossiis deletam narrat: *Λύκτος ἡ Λακεδαιμονίων μὲν ἄποικος οὖσα καὶ συγγενὴς Ἀθηναίων, ἀρχαιοτάτη δὲ τῶν κατὰ Κρήτην πόλεων, ἄνδρας δ' ὁμολογουμένως ἀρίστους ἀεὶ τρέφουσα Κρηταιέων.* Cognationem Atheniensium docet Plutarchus de Virtutibus Mulierum p. 273. Hutt., ubi coloniae duce Polli missae historiam narrat. Ephorus Strabonis 9, p. 737 memorat Lacedaemoniorum coloniam in Cretam deductam ab Althaemene Heraclide, Cissi filio, quinque aetatibus ante Lycurgum legislatorem. Denique Pausanias 3, 2, 7. memorat regnante Alcamene Telecli filio non longo post Lycurgum tempore missum Charmiden *στάσεις τε καταπαύσοντα τοῖς Κρησὶ καὶ τὰ πολίσματα, ὁπόσα ἦν ἀπωτέρω θαλάσσης καὶ ἄλλως ἀσθενῆ, ταῦτα μὲν τοὺς Κρῆτας πείσοντα ἐκλιπεῖν, τὰ δὲ ἐν ἐπικαίρῳ τοῦ παράπλου συνοικιοῦντα ἀντ' αὐτῶν.* De moribus et institutis Minois paulatim mutatis et oblitteratis sua jam aetate testatur etiam Ephorus Strabonis 10, p. 737. *τοὺς δὲ Κρῆτας ὀλιγωρῆσαι κακωθεισῶν τῶν πόλεων καὶ μάλιστα τῶν Κνωσσίων, τῶν πολεμικῶν· μεῖναι δέ τινα τῶν νομίμων παρὰ Λυκτίοις καὶ Γορτυνίοις καὶ ἄλλαις τισὶ πολιχνίοις μᾶλλον ἢ παρ' ἐκείνοις. Καὶ δὴ καὶ τὰ Λυκτίων νόμιμα ποιεῖσθαι μαρτύρια τοὺς τὰ Λακωνικὰ πρεσβύτερα ἀποφαίνοντας· ἀποίκους γὰρ ὄντας φυλάττειν τὰ τῆς μητροπόλεως ἔθη· ἐπεὶ ἄλλως γε εὔηθες εἶναι τὸ τοὺς βέλτιον συνεστῶτας καὶ πολιτευομένους τῶν χειρόνων ζηλωτὰς ἀποφαίνειν.* Postrema sunt argumenta eorum, qui Lacedaemoniorum negabant instituta esse expressa ex Creticis, quos deinde refellit ibidem Ephorus, qui coloniam Lyctiorum duci Althaemeni assignare videtur. Ceterum verba postrema loci nostri ita vertit antiquus Interpres, *ut instituit Minos primus*, quasi *ὡς κατεσκεύασε Μίνως πρῶτος.*

2. *Τριόπιον — καὶ Ῥόδον*] Cum Montecatino et Lambino Casaubonus praetulit Ῥόδου. Aretinus *circa Peritropium et Rhodum.* Vetus Interpres *supponitur* vertit pro *ἐπίκειται*, deinde scriptum legit *ἀπὸ τοῦ περὶ Τριόπιον τόπου καὶ ἀπὸ Ῥόδου.*

Κάμικον] Vitioſam ſcripturam Κάμινον primus correxit Victorius Variar. Lection. 16, c. 18. quem ſecuti ſunt ceteri Editores. Aretini verſio *Camerinam* Rami *Camerinum* nominat. Prius nomen vidi etiam in vetere verſione appoſita Thomae commento.

3. αἱ περίοικοι] Aretini verſio *peryci* habet. Plato Legum 8, p. 436. τροφῆς δὲ καὶ διανομῆς τῶν ἐκ τῆς χώρας ἐγγὺς τῆς τοῦ Κρητικοῦ νόμου ἔοικεν ὀρθότης ἄν τις γιγνομένη. Idem 6, p. 308. de origine συσσιτίων ita: πολέμου τινὲς αὐτὸ ὥς γ' εἰκὸς, νομοθετήσαντος ἤ τινος ἑτέρου τὴν αὐτὴν δύναμιν ἔχοντος πράγματος ἐν ὀλιγανθρωπίαις ὑπὸ πολλῆς ἀπορίας ἐχομένοις. De nomine andriorum teſtatur etiam Strabonis Ephorus 10, p. 738. τὴν δὲ συσσιτίαν ἀνδρεῖα μὲν παρὰ μὲν τοῖς Κρησὶν ἔτι καὶ νῦν καλεῖσθαι, παρὰ δὲ τοῖς Σπαρτιάταις μὴ διαμεῖναι καλούμενα ὁμοίως πρότερον· παρ' Ἀλκμᾶνι γοῦν οὕτω κεῖσθαι·

φοίναις δὲ καὶ ἐν θιάσοισιν
ἀνδρείων παρὰ δαιτυμόνεσσι
πρέπει παιᾶνα κατάρχειν.

4. συνεπιψηφίσαι] Eadem fuit concionis Laconicae conſtitutio teſte Plutarcho Lycurgi cap. 6.

ἐν τῶν συσσιτίων] In Victoriana et Zuingeriana omiſſus eſt τῶν articulus cum ſententiae damno. Forſitan deinceps etiam articulus ante νόμος fuerit addendus.

καὶ ἐκ τῶν δημοσίων καὶ φόρων] Aldina copulam omiſit, ſed eadem ante φόρων infertum καὶ habet cum vetere Interprete, Victoriana et reliquis; poſteriore loco cum Lambino deletum voluit Sylburgius, quem non ſequor; contra recentiores Editiones priore loco copulam ſecludunt. Δημόσια, reditus publici, diverſa ſunt a φόροις, qui δημόσιοι dici non poſſunt. Aretinus vertit *ex publicis et iis quae afferunt periti*: Doſiades libro 4. de rebus Cretenſium apud Athenaeum 4, p. 39. (143 Caſaub.) οἱ δὲ Λύκτιοι συνάγουσι μὲν τὰ κοινὰ συσσίτια οὕτως· ἕκαστος τῶν γινομένων καρπῶν ἀναφέρει τὴν δεκάτην εἰς τὴν ἑταιρίαν καὶ τὰς τῆς πόλεως προσόδους, ἃς διανέμουσιν οἱ προεστηκότες τῆς πόλεως εἰς τοὺς ἑκάστων οἴκους· τῶν δὲ δούλων ἕκαστος Αἰγιναῖον φέρει στατῆρα κατὰ κεφαλήν. Διῄρηνται δὲ οἱ πολῖται πάντες καθ' ἑταιρίας· καλοῦσι δὲ ταύτας ἀν-

δρεῖα, ἣν τὰ ἐπιμέλειαν ἔχει τοῦ συσσιτίου γυνὴ τρεῖς ἢ τέτταρας τῶν δημοτικῶν προσειληφυῖα πρὸς τὰς ὑπηρεσίας. Ἑκάστῳ δ' αὐτῶν ἀκολουθοῦσι δύο θεράποντες ξυλοφόροι· καλοῦσι δ' αὐτοὺς καλοφόρους. Εἰσὶ δὲ πανταχοῦ κατὰ τὴν Κρήτην οἶκοι δύο ταῖς συσσιτίαις· ὧν τὸν μὲν καλοῦσιν ἀνδρεῖον, τὸν δ' ἄλλον, ἐν ᾧ τοὺς ξένους κοιμίζουσι, κοιμητήριον προσαγορεύουσι. Κατὰ δὲ τὸν συσσιτικὸν οἶκον πρῶτον μὲν κεῖνται δύο τράπεζαι, ξενικαὶ καλούμεναι, αἷς προσκαθίζονται τῶν ξένων οἱ παρόντες· ἑξῆς δ' εἰσὶν αἱ τῶν ἄλλων. Παρατίθεται δὲ τῶν παρόντων ἴσον μέρος ἑκάστῳ· τοῖς δὲ νεωτέροις ἥμισυ δίδοται κρέως, τῶν δ' ἄλλων οὐθενὸς ἅπτονται· εἶτα ποτήριον ἐν ἑκάστῃ τραπέζῃ παρατίθεται κεκραμένον ὑδαρῶς· τούτου κοινῇ πάντες πίνουσιν οἱ κατὰ τὴν κοινὴν τράπεζαν· καὶ δειπνήσασιν ἄλλο παρατίθεται. Τοῖς δὲ παισὶ κοινὸς κέκραται κρατήρ· τοῖς δὲ πρεσβυτέροις, ἐὰν βούλωνται πλεῖον πιεῖν, ἐξουσία δίδοται. Ἀπὸ δὲ τῆς τραπέζης τὰ βέλτιστα τῶν παρακειμένων ἡ προεστηκυῖα τῆς συσσιτίας γυνὴ φανερῶς ἀφαιροῦσα παρατίθησι τοῖς κατὰ πόλεμον ἢ κατὰ σύνεσιν δεδοξασμένοις. Ἀπὸ δὲ τοῦ δείπνου πρῶτον μὲν εἰώθασι βουλεύεσθαι περὶ τῶν κοινῶν· εἶτα μετὰ ταῦτα μέμνηνται τῶν κατὰ πόλεμον πράξεων, καὶ τοὺς γενομένους ἄνδρας ἀγαθοὺς ἐπαινοῦσι. Quae optimae interpretationis locum habent ad Aristotelis narrationem.

5. τὴν πρὸς τοὺς ἄρρενας ὁμιλίαν] Platonis est non improbabilis narratio, a Cretensibus ortum habere fabulam de Ganymede a Jove rapto.

ἔτι χεῖρον] Intellige ἔχει. Deinceps vulgatum ὑπάρχει καὶ τούτων correxi. *in illis* habet versio Aretini. καὶ τούτοις vertit Vetus Interpres. τούτῳ malebat Sylburgius, nisi quis ἀρχείῳ repeti malit.

ἐκ τινων γενῶν] Ita cum Victoriana etiam Aldina. Camotiana γερόντων dicitur habere, quae est inepta scriptura, cum senatores nunquam munus suum deponere soliti sint Cretenses. *Senibus* tamen habet vetus Interpres.

κεκοσμηκότων] Testatur idem Ephorus Strabonis libro 10, p. 740. ἄρχοντας δέκα αἱροῦνται· περὶ δὲ τῶν μεγίστων συμβούλοις χρῶνται τοῖς γέρουσι καλουμένοις· καθίστανται δ' εἰς τοῦτο τὸ συνέδριον οἱ τῆς τῶν κόσμων ἀρχῆς ἠξιωμένοι καὶ τἄλλα δόκιμοι κρινόμενοι. Idem paulo antea p. 738. τῶν δ' ἀρχῶν τὰς

μὲν κατὰ τὰς διοικήσεις ἔχειν τὰς αὐτὰς ἐπωνυμίας, ὥσπερ καὶ τὴν τῶν γερόντων ἀρχὴν καὶ τὴν τῶν ἱππέων· πλὴν ὅτι τοὺς ἐν Κρήτῃ ἱππέας καὶ ἵππους κεκτῆσθαι συμβέβηκεν· ἐξ οὗ τεκμαίρεται πρεσβυτέραν εἶναι τῶν ἐν Κρήτῃ ἱππέων τὴν ἀρχήν· σώζειν γὰρ τὴν ἐτυμότητα τῆς προσηγορίας· τοὺς δὲ μὴ ἱπποτροφεῖν. Τοὺς Ἐφόρους δὲ τὰ αὐτὰ τοῖς ἐν Κρήτῃ κόσμοις διοικοῦντας ἑτέρως ὠνομάσθαι. De Lacedaemoniorum equitibus, Ἱππαγρέταις, dicetur ad Xenoph. Laced. 4, 3.

6. ἀποικοῦσί γε — διαφθειρόντων] Aretini versio habet *abeuntque per insulam longe a contendentibus.* Expressit igitur cum vetere Interprete scripturam διαφερόντων. Paulo antea Aldina habet οὐδὲν γὰρ λήμματος.

δυναστευτική] Solet noster δυναστείαν appellare illud ὀλιγαρχίας genus, ubi pauci optimates pro lubitu rempublicam administrant, nec populi nec legum ulla ratione habita; et δυναστευτικόν, quicquid isto more in oligarchiis et aliis rebuspublicis geritur et fit.

7. τὸ τῆς ἀκοσμίας] Vulgo statim sequuntur verba τῶν δυνατῶν, quae tamen Isingr. Sylb. et recentiores Edd. rejecerunt post βούλωνται δοῦναι, commate etiam posito post δοῦναι. Quam rationem sequuntur Lambinus et Heinsius. Aretinus vertit *potentiorum turbatio, quam tam saepe concitant cum poenas dare volunt.* Scilicet ille praeterea συστᾶσι scriptum legit, ut est in Aldina. Victorius *perturbatio reipublicae, cujus duces sunt opulenti, cum causas dicere noluerint.* Lambinus *Omnium autem remediorum pessimum est magistratus hujus amplissimi vacuitas, quam saepenumero potentes inducunt, cum judicium subire aut poenas dare nolunt.* Ramus *Ex omnibus autem peccatis nullum deterius est neque foedius ea reipublicae perturbatione, quae a locupletibus et potentibus, cum judicia disturbant, excitatur.* Giphanius *Omnium vero vitiosissima est potentum petulantia, qua saepe utuntur, cum poenas dare nolint.* Vetus Interpres *id quod akosmeae quam constituunt frequenter, cum non sententias velint dare potentum.* Cum Giphanio plane facit Heinsius, qui praeterea hanc paragraphum cum sequente paraphrasi sua ita comprehendit, ut de una eademque re loqui videatur Philoso-

phus. In annotatione nempe Heinsius conjecturam hanc suam proposuit, qua censet verba εἰώθασι — πρὸς ἀλλήλους interserenda statim post βέλωνται δῦναι; ut postremo demum loco sequantur ista ἢ καὶ δῆλον — μᾶλλον. Καίτοι τί — κοινωνίαν.

Primum omnium verum cum Thoma et Jo. Fabro Lambinus vidit, qui ἀκοσμίαν recte interpretati sunt, *cum nullus est cosmus*, ut ἀναρχία est, cum nullus est ἄρχων. Cum iis sentit etiam Schlosserus, et verbum καθιστᾶσι poterat interpretes ab errore revocare. Deinde recte quidem translocata fuerunt verba τῶν δυνατῶν, sed nec ita sensus constat, nisi τινὲς adjunxeris vel ὑπὸ τῶν δυνατῶν scripseris. Postea δίκας μὴ δῦναι non est *poenas dare*, nec *causas dicere nolle*, nec *causae dictionem subterfugere in foro*, ut Heinsius vertit, nisi cum additur causa et judex, a quo et propter quam poena sumitur. Ita Xenophon Cyrop. 1, 6, 45. ὑπ' αὐτῶν τούτων δίκην ἔδοσαν. Idem 3, 1, 22. ἄνευ τοῦ δίκην διδόναι ὑπὸ τῶν βελτιόνων. Denique 7, 5, 40. δίκην δεδωκότες ὑπὸ πάντων τῶν ἀναγκαίων. Idem Anab. 2, 6, 21. ἵνα ἀδικῶν μὴ διδοίη δίκην. 5, 4. 20. Ἑλλήνων οἱ ἀμελήσαντες τῆς σὺν ἡμῖν τάξεως — δίκην δεδώκασιν. Plura exempla omitto. Quare etiam h. l. suspicor scribendum esse δίκας δῦναι ὑπὸ τῶν δυνατῶν, *cum in judicio optimatium poenas dare noluerint*. Videntur igitur haec potius ad plebis seditiones pertinere; quam suspicionem firmare videtur nomen πολιτείας, cujus similitudinem habere ait Philosophus rempublicam Cretensium. At vero in sequenti paragrapho manifesto contentiones optimatum inter se spectantur. Quare dubito an recte conjecerit Heinsius, quanquam Conringius assentiatur Heinsio, atque in utraque oratione de una eademque re sermonem esse putet.

8. καίτοι τί] Aldina τί omisit. Sequentia τῶν βουλομένων κ. τ. λ. Aretinus vertit *si qui velint possintque invadere*. Victorius: *si extiterint, qui imponere ipsi voluerint ac possint*. Lambinus *cum qui volunt in reipublicae statum invadere, ii etiam possunt*. Ramus *si qui velint aut possint invadere*. Giphanius *in qua qui velint, possint quoque eam in-*

vadere. Heinsius *si praesertim sint qui male ei velint et qui multum possint.*

ξενηλασίας] Cum tantum a peregrinorum insidiis sit periculum rebus Cretensium, non opus fuit ibi, ut Lacedaemoniis, peregrinos ex civitate interdicto removere, nam loci longinquitatas facit, quod Lacedaemoniorum interdictum.

νεωστί τε — ὅς] Aretinus vertit *sed nuperrime.* Deinceps scripturam peiorem ὁ cum Hingr. et Sylburg. tenent recentiores Editiones. De Cretensibus locum Plutarchi de fraterno amore p. 910. Reisk. p. 64. Hutten. comparavit Schlosserus, ubi est: οἱ πολλάκις στασιάζοντες ἀλλήλοις καὶ πολεμοῦντες, ἔξωθεν ἐπιόντων πολεμίων, διελύοντο καὶ συνίσταντο· καὶ τοῦτο ἦν ὁ καλούμενος συγκρητισμός. Quod sit bellum peregrinum illud, ὁ ξενικὸς πόλεμος, quod rempublicam Cretensem turbavit vel subegit, difficile est definire. Fülleborn suspicatur bellum intelligi, ubi Cretes cum Macedonibus, duce Alexandro, interdum cum Lacedaemoniis, eorumque rege Agide faciebant; laudatque Curtium 4, 1. Serius accidit, ut a Philippo rege et Achaeis auxilium peterent.

Ad Caput VIII.

περιττῶς πρὸς τοὺς ἄλλους] Aretinus *multaque habere praeter alias* Victorius, *multa eximie, si cum aliis conferatur,* Lambinus *multis in rebus eximia atque egregia, si cum aliis comparetur.* Ramus *et caeteris longe praestantiorem habere rempublicam,* Giphanius *et multa praeter alios egregie,* Heinsius *plurima in ea sunt republica, quae alibi non temere invenias.* Haec postrema interpretatio sola mihi vera esse videtur, a qua tamen praeter morem suum descivit Schlosserus et Garvius.

ἡ τῶν Καρχηδονίων. Καὶ] Articulum τῶν non habet Victoriana et Zuing. Sequens membrum majore distinctione separavi; proprie enim ad Carthaginienses pertinere mihi videtur, nec tribus omnibus esse commune.

(εὖ) συντεταγμένης] Aretinus *bene institutae; quod populus in suo permaneat loco.* Victorius *belle constitutae, quod cum populus locum in ea habeat, permanet tamen in ordine reipublicae.* Lambinus *hanc rempublicam bene esse descriptam, quod cum populum habeat rerum compotem, maneat in descriptione atque ordinatione reipublicae.* Ramus *reipublicae sapienter institutae, quod tametsi democratiam quandam complexa sit, in suis tamen institutis ac legibus integra permaneat.* Giphanius *atque multa apud eos praeclare sunt instituta, cui rei argumento est, quod, licet popularis, tamen permaneat in reipublicae descriptione.* Cum Giphanio Heinsius. Camerarius *signum bene constitutae reipublicae, in qua populus etiam aliquid juris potestatisque habet, cum is in statu ordinatae reipublicae permanet.* Quem recte secutus est Garvius; nam Schlosserus etiam hic a forma dictionis et a veritate descivit. Infra 5, 10, 3. tyrannis Charilai regis Lacedaemoniorum καὶ ἡ ἐν Καρχηδόνι mutata transiisse dicitur εἰς ἀριστοκρατίαν. Ibidem sect. 4. est: ἐν πολλαῖς τε ὀλιγαρχίαις οὐκ ἔξεστι χρηματίζεσθαι — ἐν Καρχηδόνι δὲ δημοκρατουμένῃ χρηματίζονται καὶ οὔπω μεταβεβλήκασι. quem locum interpretes habuerunt suspectum, quoniam eandem rempublicam putabant non posse simul esse ἀριστοκρατίαν et ὀλιγαρχίαν et δημοκρατίαν. Verum hoc ipsum est inter ea, quae habebat respublica Carthaginiensium περιττὰ πρὸς τοὺς ἄλλους, quod cum videretur esse olicharchia, quoniam penes paucos erant summi magistratus, alio vero respectu aristocratia, quia virtutis simul et divitiarum ratio habebatur in eligendis magistratibus, populi tamen simul auctoritas et potestas non erat parva, praecipue ubi reges inter se dissentiebant. Hinc dicitur ὀλιγαρχία δημοκρατουμένη, uti h. l. πολιτεία δῆμον ἔχουσα, politia, quae popularis potestatis aliquid admistum habet. Superest ut admoneam lectorem, adverbium εὖ fuisse a me additum, quod ad sententiam perficiendam est necessarium et ab interpretibus omnibus intelligitur. Verba ὅ τι καὶ ἄξιον εἰπεῖν male Aretinus vertit *ut ita dixerim,* rectius Lambinus et Giphanius *memoratu quidem digna.*

2. τῶν ἑταιρειῶν] *comessationes sodalitiorum* Aretinus, *cenas publicas sodalitatum* Victorius, *convivia sodalitiorum* Lambinus, *convivia sodalitatum* Ramus, *convictus collegiorum* Giphanius, *quod ibi sunt phiditia, Carthagini sodalitates amicorum sunt* Heinsius. A Spartanis et Creticis conviviis communibus quotidianis differre putat haec Carthaginiensium συσσίτια τῶν ἑταιρειῶν Schlosserus, qui vertit *Mahle der Zunftgenossenschaften*, Garvius *Mahlzeiten der Brüderschaften.* Videtur vocabulum ἑταιρειῶν advertisse viros doctos, quo quidem in rebus Creticis et Lacedaemoniis non usus est Aristoteles. Sed Dosiades, cujus locum supra ad Caput antecedens posui, ubi describit συσσίτια Cretensium, saepiuscule eodem vocabulo utitur, et manifesto de omnibus civibus ait: διῄρηνται δ' οἱ πολῖται πάντες καθ' ἑταιρίας. Itaque si qua fuit in convictu communi civium Carthaginiensium differentia, eam vocabulo ἑταιρειῶν minime voluit vel potuit significare Philosophus, sed aliunde erit demonstranda. Verum ea de re silent historiae superstites scriptorum et graecorum et romanorum.

πλὴν οὐ χεῖρον] Aretinus *potestas — praeterquam quod non deterior* Dictio similis est initio capitis antecedentis de republica Cretensium ἔχει δὲ μικρὰ μὲν οὐ χεῖρον, τὸ δὲ πλεῖον ἧττον γλαφυρῶς. Verba sequentia αἱροῦνται ἀριστίνδην Aretinus *hanc autem potestatem suscipiunt optimates.* Victorius *magistratum deligunt more optimatum;* in annotatione rectius *ex optimis et spectatissimis.* Lambinus *ut quisque virtute et dignitate praestat.* Ramus *centumviratus optimatibus creditur ac mandatur.* Giphanius *male illum vero magistratum deligunt viritim.* Heinsius *ex optimis creare solent.* Sequens γὰρ deest in Aldina.

καὶ βέλτιον δὲ τοὺς βασιλεῖς,] Vetus Interpres: *Et melius autem reges neque per se esse genus neque hoc quod contingens sed quod differens, ex iis eligibiles magis quam secundum aetatem.* Apparet eum scriptum habuisse μήτε καθ' αὐτὸ εἶναι γένος μήτε τοῦτο τὸ τυχὸν, ἀλλὰ τὸ διαφέρον. Aretinus vertit: *melius autem, quod imperatorem non secundum genus neque ex vili aut praecellenti magis eligunt quam secundum virtutem. Nam qui magnam*

habent potestatem, si ipsi nullius pretii sint, multum nocent, nocueruntque jam Lacedaemoniorum civitati. Victorius nihil vitii suspicatus verba singula more suo reddidit, sed in illis εἴτε διαφέρον ab iis recessit. Vertit enim *si autem est aliqua praestans inter alias, ex his potius delectu ducere quam aetatem sequentes.* Camerarius *Locus*, inquit, *hic obscurus est, et non solum dissentanea verbis oratio, sed interpretatio etiam latina indicat depravatam scripturam. Ex Aretino graeca fortasse sic perscribere liceat* εἴτε διαφέρον ἐκ τούτων αἱρετοὺς ἢ κατὰ συγγένειαν ἢ καθ' ἡλικίαν. Lambinus *Et vero satius est reges neque ex eodem perpetuo genere esse, neque ex quovis et forte fortuna oblato, sed ex aliquo praestanti sumi: neque eos eligi, qui aetate sed qui virtute antecellant.* Ramus *sed tamen Carthagine melius, quod reges nec semper ex eadem familia neque e qualibet, ac si forte clara fuerit ac probata, non ex ea potius aetate superiores assumuntur, quam virtute insigniores eliguntur* Giphanius *Atque melius reges non esse ex eodem genere eoque non quolibet: etsi ex praestante magis suffragio delectos quam ex aetate.* Heinsius *nisi quod in regibus hi quoque sapientius; quippe qui nec certo se adstringunt generi, ut Lacedaemone, ubi intra Heraclidas manent, neque ex obscuro eos petunt, verum ex illustri atque generoso: et ex isto non, ut Lacedaemone aetatis ratione habita: (Spartae enim natu maximus aut proximus succedit agnatus) sed electione, hoc est habita virtutis ratione. Et profecto saepe experti sunt Spartani, verum esse, quod dicimus. Nam cum multum possint, si ignavi sint nec ulli rei, fieri non potest* etc. Quicquid ad vulgatum scripturam vel defendendam vel explicandam potuit afferri, positum vides in paraphrasi Heinsiana, quam secutus est Garvius. Schlosserus vero omnia turbavit vertendo, extrema vero μεγάλων γὰρ κύριοι — Λακεδαιμονίων retulit ad ephoros, quod video fecisse etiam Giphanium in annotatione. Sed ephororum mentio ab hoc loco plane est aliena. Comparantur enim inter se reges et senatores Lacedaemoniorum et Carthaginiensium. De regibus autem judicium Philosophi est manifestum: de senatoribus obscurum est, socordia scilicet li-

brariorum. Camerarius loci vitium vidit quidem, sed solus Conringius animadvertit, residere vitium in altero comparationis membro, et in judicio de senatoribus. Ad hoc enim verba εἴτε διαφέρον cum sequentibus pertinere egregie monuit Conringius. Miror ceteros interpretes omnes non animadvertisse, in reges Lacedaemoniorum minime congruere καθ' ἡλικίαν αἱρετοὺς, nec illud ἂν εὐτελεῖς ὦσι, nec denique illa καὶ ἔβλαψαν ἤδη etc. Quod enim Heinsius verba καθ' ἡλικίαν interpretatur de natu maximo filiorum regum Lacedaemoniorum, in eo falsus ipse fallit etiam lectorem. Graece enim ita καθ' ἡλικίαν αἱρεῖσθαι non dicitur, sed potius κατὰ πρεσβείαν, πρέσβιν, πρεσβύτητα vel πρεσβυγένειαν. Deinde εὐτελὴς de virtute simpliciter nusquam dicitur, sed de statu et conditione hominis vel plebeii vel pauperculi. Denique exemplum regum Lacedaemoniorum nullum extat nec prodidit ipse Philosophus, ubi propter εὐτέλειαν publicum commodum prodidisse videantur. Contra de Lacedaemoniorum senibus (γέρουσι) noster cap. 6, s. 18. φαίνονται δὲ καὶ καταδωροδοκούμενοι καὶ καταχαριζόμενοι πολλὰ τῶν κοινῶν. In hos congruit tantum illud αἱρετοὺς καθ' ἡλικίαν; ex aetate enim nomen habebant. Quod vero ait ἆθλον τῆς ἀρετῆς ἡ ἀρχὴ αὕτη ἐστὶν sect. 15, hoc vero non excludit εὐτέλειαν, humilem et pauperum conditionem. Contra vero haec ipsa εὐτέλεια in causa erat, cur καταδωροδοκούμενοι καὶ καταχαριζόμενοι πολλὰ τῶν κοινῶν rempublicam perderent. Itaque satis demonstrasse mihi videor, comparationem Aristotelicam in senatoribus claudicare, vitiumque residere in verbis posterioribus, quae vulgo ad reges referuntur. Auxilium nullum ferunt Editiones antiquiores, ubi scriptura non variatur, nisi quod Aldina et Isingr. post αἱρετοὺς omisit μᾶλλον. Deinde Καρχηδονίων pro Λακεδαιμονίων habere Codicem aliquem ait Sylburgius, quod de vetere Interprete tradit Montecatinus. Omnes igitur medelae spes in sola conjectura reposita esse videtur, quae si minus etiam feliciter verba ipsa consequi potuerit, a sensu tamen aberrare non potest, quem tenemus. Itaque periclitabor. Scribo autem lenissima mutatione facta καὶ βέλτιον δὲ τοὺς βασιλεῖς, τῷ μήτε

κατὰ τὸ αὐτὸ εἶναι γένος, μήτε τῦτο τὸ τυχόν· τὰς δὲ γέροντας, τῷ αἱρετὰς μᾶλλον ἢ καθ' ἡλικίαν. Aut propius a ſcriptura quam habuit vetus Interpres: ἀλλὰ τὰς γέροντας. Vides in verbo διαφέρον ſenes abſconditos hucusque delituiſſe. Ita comparatio utriusque membri perficitur, et apparet, ſenatores Carthaginienſium fuiſſe ſuffragio electos; a quo, dubitari adhuc poteſt. Etiam de regum poteſtate dubium eſt, annua an perennis fuerit, quoque modo fuerint electi. Sed de his omnibus ſeparatim videbimus. Nunc enim de ſcriptura tantum vera vel falſa disputo. In vulgata nihil aliud mihi licere putavi, niſi ut μηδὲ mutarem in μήτε.

5. τῶν δὲ πρὸς τὴν ὑπόθεσιν — ὀλιγαρχίαν] Aretinus totum locum ita vertit: *Plurima igitur reprehenſorum propter transgresſionem communia ſunt omnibus ante dictis; ſed quantum ad intentionem optimatum attinet et reipublicae, quaedam ad popularem ſtatim magis declinant, quaedam ad paucorum potentiam.* Victorius *Plurima igitur, quae culpantur, quia vera via migrarunt — eorum vero quae ad propoſitum ſtatus optimorum et reipublicae vocatae, partim ad populum vergunt magis, partim ad dominatum paucorum.* Lambinus *Plurima igitur eorum, quae reprehenſa ſunt propter declinationes a recta republica, communia huic fuerunt cum aliis — eorum autem, quae optimatium principatum et politiam finem ſibi propoſitum habent, haec quidem ad populi potentiam, illa vero ad paucorum dominatum magis declinant.* Ramus *pleraque vero quae pro lapſione aliqua aut egresſione reprehendi atque improbari ſolent, cum ſint iſti reipublicae cum ceteris aut memoratis communia, non perſequar; at quod hic ad hypotheſin ariſtocratiae atque reipublicae propoſitum finem pertinet, id quidem praetereundum non est, alia quidem magis ad democratiam, alia vero magis ad oligarchiam declinare.* Margo libri admonet haec: *Locus hic totus parum est* (*integer* vel *clarus* excidit) *in graeco textu. Pauca ad explendum ſenſum addidimus.* Giphanius *itaque praeclare quidem, quae propter deflexiones reprehendantur, communia ſunt omnibus prioribus rebuspublicis: ex iis vero, quae ad ſcopum ariſtocratiae et reipublicae ſpectant, haec quidem magis vergunt ad popu-

lum, illa vero ad oligarchiam. In annotatione haec subjunxit: *Peccata reipublicae Carthaginensis duo aperit et refellit, quae quidem hujus sint propria. — Prius igitur hujus reipublicae proprium peccatum est in hypothesi, scopo et consilio reipublicae seu ejus forma. Nam cum hujus reipublicae forma ex aristocratia et politia fuerit temperata, eaque propter omnia reipublicae instituta partim ad aristocratiam, partim ad politiam spectare debeant, docet Aristoteles ex institutis quaedam non ad aristocratiam, sed ad hujus deflexionem, oligarchiam: quaedam non ad politiam sed ad hujus deflexionem, democratiam fuisse accommodata, atque ita a scopo aberratum, idque culpa ipsius legum scriptoris.* Heinsius similiter *ideoque quae in reliquis delinqui annotavimus, etiam de ista dicta nobis sunto. Ad hanc autem proprie quod attinet, videtur institutum ejus, a quo primum fuit condita, fuisse, ut ex statu partim optimatum, partim e republica, quam vocant, mixta esset atque temperata. Quod non paulo aliter evenit. Nam ab optimatum statu saepe ad imperium paucorum, et a forma reipublicae, quam quaerit, saepe ad popularem abit statum.* Heinsianam paraphrasin secutus est recte Garvius, in priore tantum membro aberrans; contra Schlosserus totum locum vertendo conturbavit et obscuravit. Prius quidem membrum optime vertendo reddidit, universam vero sententiam ejusque nexum cum sequenti narratione Ramus versione, Giphanius annotatione explicuit. Omnes vero errarunt in reddendis verbis ἐπιτιμηθέντων ἂν, ubi neglexerunt additum ἂν; itaque verti debent ita: *quae poterant reprehendi propter declinationes a recta republica.*

τὸ μὲν προσάγειν] Victoriana et Zuing. τὰ μὲν habet cum Aldina; Isingr. Sylburg. et recentiores nostram scripturam. Deinceps scripturam Victor. Zuing. et Aldinae ἃ δ' ἂν εἰσφέρωσι correxi cum Sylburgiana et recentioribus.

κύριοι κρίνειν εἰσὶ] Camerarius ad h. l. ita: *ἀμφίβολον, utrum potestas et jus dijudicandi ea, de quibus retulerint, sit penes illos magistratus, an populum, ad quem retulerint. Atque posterius puto esse verius, cum non audiendo tantum cognitionem*

gnitionem cum populo communicari dixerit eorum, de quibus placuiſſet referri, ut hoc iſti reſpondeat: ſed eſſe etiam penes ipſos, nimirum populum, dijudicandi poteſtatem. Cum Camerario ſentiunt Aretinus, qui tamen verbum διακρῖναι male *approbare* vertit, Victorius, Ramus, Giphanius, Heinſius. Nam Lambini verſio haec verba praetermiſit: Giphanius autem priora male vertit: *nam eorum, quae ad populum vel referuntur vel non referuntur, domini ſunt reges, ſi omnes conſentiant.* Peſſime etiam ſenatores omiſit. In annotatione haec ſubjecit. *Atque ita hunc obſcuriſſimum locum τῶ μὲν γὰρ τὰ μὲν προσάγειν, accipiendum puto: ubi in verbis his ἂν ὁμογνωμονῶσι πάντες ellipſin quandam ineſſe putant Budaeus et Duarenus Lib. 1. Diſput. c. 50. et Sepulveda et Lambinus, ut intelligantur haec verba, κύριόν ἐστι, id eſt ratum eſt, nimirum quod ſenatores et reges communi ſententia et concorde conſtituerint. Verum ea ellipſis mihi non videtur neceſſaria, quia his verbis οἱ βασιλεῖς κύριοι, id ſatis continebatur.* Difficultas eſt in verbis praeſcriptis huic annotationi, quam vidit etiam Camerarius et recte explicuit. Repetendum enim ex vocabulo δῆμος cognatum οἱ δημόται; vel ſimpliciter excuſandus numerus pluralis more Graecorum, qui nomina collectiva, uti vocant, quale est δῆμος, πλῆθος et ſimilia, verbo plurali numero jungunt. Heinſii autem conjectura corrigentis μετὰ τῶν γερόντων· ἂν δ' ὁμογνωμονῶσι πάντες· εἰ δὲ μή· nihil facit ad rem, nec difficultatem attingit, ut recte monuit Conringius. Denique pro εἰςφερομένοις dicitur habere Camotiana φερομένοις; verum eſt in Aldina.

4. ὑφ' αὐτῶν αἱρετὰς] Aretinus *ab illis eligi, et centumviratum hos eligere.* Victorius *a ſemetipſis deligi et magiſtratum centumvirorum hos (quinqueviratus) deligere.* Minus ambigue Lambinus. *Quod autem quinqueviri, qui ſunt, — et a ſe ipſi leguntur et centumvirum magiſtratum, qui ampliſſimus eſt, eligunt.* Ramus *quod quinqueviri magna atque ampla autoritate praediti ex optimatibus duntaxat eliguntur et ab his rurſus centumviri — creantur.* Giphanius *Quinqueviratus — dominos ex ipſis deligi atque hos a centumviratu, ſummum magiſtratum.* Heinſius *quod quinqueviri — ipſe ſeſe eligunt,*

ac ſi quando quis illorum fato ceſſit, collegam ſibi ſubrogant. Sed et hi centumviratum eligunt ſingulosque conſtituunt in eo. Victorius in annotatione ſentit etiam cum Lambino, et πενταρχίας ait eſſe quinqueviros, *a numero enim civium*, qui perſonas eas gerunt, πενταρχίας vocatos *eſſe*. Cautius Camerarius, cum τετράρχας comparaſſet, *an vera*, inquit, *ſit interpretatio* πενταρχίας quinqueviratus, *equidem dubito, cum eos, qui Latinis viri ſunt, Graeci* ἄνδρας *vocarint et* κατ' ἔλλειψιν *numeri tantummodo de illis uſu reperiantur, praepoſito articulo, ut* οἱ ἕνδεκα, οἱ τριάκοντα, οἱ ἑπτὰ ἐπὶ Θήβας. *De hoc igitur quaeratur diligentius.* Giphanius in annotatione haec poſuit. *Erant Carthagine duo ſummi magiſtratus, Quinqueviratus et Centumviratus, quorum haec erat ratio deſignandorum, ut quinqueviri non ex optimo quoque, neque ab omni civitate, ſed ex ipſis centumviris et ab iisdem id eſt eorum arbitratu deligerentur.* Solus igitur a vero ſenſu aberravit Giphanius. Piccartus repetita Camerarii non nominati annotatione ulterius progreditur, quam ille auſus fuerat, et quaerit: *an fortaſſe Carthago in quinque quoque partes tributa fuit, ſingulisque unus* πεντάρχης *praefuit?* Primum animadvertendum, omnes eos errare, qui *quinqueviros* vertunt τὰς πενταρχίας, tamquam τὰς πεντάρχας dixiſſet Philoſophus; quod ſi feciſſet, ſi non quinqueviros romano ſenſu haberemus, certe quinque magiſtratus vel imperia intelligere oporteret. Sed cum τὰς πενταρχίας diceret, plures quam quinque volebat intelligi, qui in imperio vel magiſtratu erant *quini ſimul.* Vitavit Philoſophus uſum vocabuli πεντάρχαι, uti ſit manifeſtum ex membro altero, ubi verba ἐξεληλυθότες et μένοντες referuntur ad ἄρχοντας latentes in nomine πενταρχίαι. De ſignificatione vocabuli ſi quaerimus et τετραρχίας comparamus, videndum, ne fallamur in forma vocabuli, quod accidit praeter Piccartum multis etiam aliis, qui putarunt τετράρχας fuiſſe eos qui terrae per quatuor partes diviſae imperarent. Nam hi dicuntur τετραδάρχαι, ut πενταδάρχαι vel πεμπαδάρχαι ſunt, qui praeſunt πεμπάδι, quinque viris vel militibus, δεκαδάρχαι, qui praeſunt δεκάδι, decuriae vel decem hominibus vel militibus, uti docet locus Xenophontis

Cyrop. 2, 1, 22. Saepissime nominarunt historici graeci δεκαρχίας, quas Lacedaemonii victis Atheniensibus in civitatibus Graecorum, quas in suam potestatem redegerant, et retinere volebant imperio oligarchico ibi introducto et democratica reipublicae forma abolita, auctore Lysandro constituerunt; veluti Xenophon Hellen. 3, 4, 2. τὰς δεκαρχίας τὰς καταστα θείσας ὑπὸ Λυσάνδρου ἐν ταῖς πόλεσι, quibus opponit τὰς πατρίους πολιτείας. Scholiastes Aristidis T. II. p. 175. δεκαδαρχίας nominat, uti Isocrates Panegyrico c. 32. οἱ τῶν δεκαδαρχιῶν κοινωνήσαντες. In oratione ad Philippum c. 40. τὰς δεκαδαρχίας τὰς ἐπὶ τῶν Λακεδαιμονίων nominat, ubi tamen Medic. liber δεκαρχίας habet. In Panathenaico c. 25. erat in editis libris ἐπὶ τῶν δεκαρχιῶν καὶ τῆς δυναστείας τῆς Λακεδαιμονίων· ubi nuperus Editor temere e libro Bavarico δεκαδαρχιῶν induxit. Clarissimus omnium locus est ibidem c. 18. de Lacedaemoniis ἀλλὰ δέκα μόνους ἄνδρας κυρίους ἑκάστης πόλεως ἐποίησαν. Nepos Lysandr. c. 1. *Nam undique, qui Atheniensium rebus studuissent ejectis, decem delegerat in unaquaque civitate, quibus summum imperium potestatemque omnium rerum committeret.* Vitiosam scripturam jam olim in libris scriptis dominatam fuisse apparet ex Harpocrationis, Suidae et aliis Lexicis vetustis; sed miror viros doctos hucusque eam in scriptis Historicorum non solum tolerasse, sed passim etiam assumsisse, si qui liber scriptus obtulisset. Eadem est ratio vocabuli τετραρχία et τετραδαρχία. Demosthenes in Philippica nona, uti numeravit Harpocratio, de Thessalis in quatuor regiones Θετταλιῶτιν, Φθιῶτιν, Πελασγιῶτιν et Ἑστιαιῶτιν descriptis: καὶ τετραδαρχίας κατέστησε παρ᾽ αὐτοῖς, ἵνα μὴ μόνον κατὰ πόλεις, ἀλλὰ καὶ κατὰ ἔθνη δουλεύωσι· unde tamen Harpocratio τετραρχίας scriptum retulit.

Apparet igitur, quantum sit discrimen inter τετράρχας et τετραδάρχας, inter πεμπαδάρχας vel πενταδάρχας et πεντάρχας, inter δεκαδάρχας et δεκάρχας; illi enim quatuor vel quinque vel decem regionibus vel hominibus imperant vel praesunt, hic vero quaterni, quini vel deni simul imperant vel praesunt hominibus vel civitatibus vel regionibus. Carthaginiensium igitur πενταρχίαι ab Aristotele numero plu-

rali commemoratae non sunt quinqueviri, sed quinqueviratus, magistratus aliqui, qui cum imperio mittebantur quini ad civitates imperio Carthaginiensium subjectas regendas. Verum de imperio eorum pentarcharum, quorum numerum non definit Philosophus, statim videbimus.

τῶν ἄλλων] Recte ἀρχῶν e vocabulo πενταρχίας. Sequens ἐξεληλυθότες Aretinus et Ramus vertunt *defuncti magistratu* ut postea vulgatum μέλλοντες *designati.* Antiquus Interpres *praeteriti — futuri.* Victorius *cum exierunt magistratu et cum capturi ipsum sunt.* Lambinus *et defuncti magistrati et antequam ineant magistratum, reipublicae praesunt.* Giphanius ineptissime *nam et praeteriti et futuri imperant.* In annotatione pejus etiam: *quod iidem in perpetuo fere sunt magistratu, administrato scilicet centumviratu, quia fiant post quinqueviri: qua continuatione fit, ut diutius in magistratu hi sint, quam reliqui omnes.* Heinsius: *qui per successores suos facile id obtinent, ut et ante et post gestum magistratum multum possint et imperium obtineant.* Vix credibile videbitur tot viros, quos Schlosserus et Garvius duces sequuntur, in uno verbo μέλλοντες interpretando omnes aberrasse, et cum vitium in eo absconditum subodorati non essent, sententiam totius loci pervertisse. Verbum ἐξεληλυθότες vertunt *defuncti magistratu,* quod interim illis concedamus, quanquam male factum; sequens igitur μέλλοντες debebant ad idem verbum ἐξεληλυθότες referre, itaque μέλλοντες ἐξέρχεσθαι vel ἐξελεύσεσθαι vertere *et qui defuncturi erant.* Quem sensum verborum cum illi absurdum et a re alienum animadvertissent, eo devenerunt, ut verterent, quasi μέλλοντες ἄρχειν scriptum esset. Verum nolo commemorare ineptias dictionis et sensus, si dicat Aristoteles ἐξεληλυθότες ἄρχουσι καὶ μέλλοντες ἄρχειν ἄρχουσι: usum linguae constantem urgeo, qui postulat, ad verbum antecedens ut referatur sequens μέλλω, sive participium sive tempus aliud usurpetur. Isocrates in Helenae encomio τὰς μὲν ἐπόρθει, τὰς δ' ἔμελλεν (πορθεῖν), ταῖς δ' ἠπείλει τῶν πόλεων. Paulo aliter Demosthenes pro Corona, τὰ μὲν ἔμελλεν ὡς ἐδόκει τῶν κοινῶν, τὰ δ' ἤδη παρῆν· ubi ex posteriore membro παρεῖναι intelligitur in priore.

Vigeri librum dum evolvo, si forte plura ibi exempla posita commemorare possim, reperio p. 263. no. VIII. haec verba: *Apud Aristotelem potissimum οἱ μέλλοντες opponuntur τοῖς ἐξεληλυθόσι, quemadmodum apud Romanos designati magistratus opponuntur magistratu jam defunctis. Dici ergo potest οἵ τε τοῦ ἄρχειν ἐξεληλυθότες καὶ οἱ μέλλοντες, tam qui magistratu abierunt, quam qui magistratus designati sunt.* Haec cum legerem, vix oculis hisce meis credidi, miratusque sum duumviros illos, qui Vigeri librum annotationibus ornarunt et passim emendarunt, peccatum tam enorme silentio transmisisse. Sed illi locum Aristotelis ignorasse videntur; quare de sententia judicare non sustinuerunt. Vides quantum primi interpretis auctoritas apud sequentes valuerit! Vigeri librum consulere fere solent, qui linguae non satis periti scripta Graecorum interpretanda sibi sumunt, veluti Schlosserus; itaque non mirum, si is etiam cum Garvio a sensu verborum Vigerum ducem secutus aberravit.

Superest ut quaeramus, an graece ἐξέρχεσθαι τῆς ἀρχῆς dicatur de iis qui magistratu defuncti sunt? Scio apud Aristotelem aliosque dici βαδίζειν, ἔρχεσθαι εἰς vel πρὸς τὰς ἀρχὰς, accedere ad vel suscipere magistratus; sed illius dictionis exemplum allatum nondum vidi nec ipse reperi. Quod si etiam alicubi repertum fuisset, tamen id ad hunc locum et hanc sententiam non pertineret. Sequens enim μέλλοντες sententiam plane absurdam et contrariam reddit. Restat igitur, ut vitium in verbo μέλλοντες agnoscamus, quod vidit jam olim Sylburgius, qui μένοντες ejus in loco reponi voluit; quo facto sententia Philosophi manifesta fit, et significatio verbi ἐξεληλυθότες propria retinetur. Igitur non dubitavi viri docti emendationem necessariam et certissimam recipere, quam Conringius etiam probavit. Apparet ita eos magistratus, quos quinqueviratus vocat Philosophus, emitti solitos ex urbe Carthagine, qui regerent vel provincias vel singulas civitates; sed imperium etiam retinuerunt, cum non egressi in provincias vel civitates domi manerent.

ἀμίσθους καὶ μὴ κληρωτάς] Respicit ad democratias velut Atheniensium, ubi δικαστικὸν et ἐκκλησιαστικὸν solvebatur civibus, qui conciones frequentabant, et judicia exercebant sorte ducti.

ὑπὸ τῶν ἀρχείων — πάσας] Aretinus *judicia quoque omnia a cunctis magistratibus judicari.* Legit igitur πάντων additum, quod habet Editio Basileensis, sed recte improbavit Montecatinus, male probavit Conringius. Victorius jam suspicatus erat ὑπὸ τῶν αὐτῶν ἀρχείων scribendum esse; Lambinus nec πάντων nec αὐτῶν expressit; Ramus *quod omnia judicia a cunctis ordinibus, non alia ab aliis.* Giphanius in annotatione Victorii conjecturam sequitur, et narrationem ipsam refert ad aristocratiam, uti facit etiam Lambinus. Contra cum Montecatino Piccartus et Heinsius oligarchiae notam facit, quod iidem judices causas omnes judicabant. Sane praecedens ἀριστοκρατικὸν debet etiam ad sequentia de judiciis pertinere, cum aliud judicium de hac re suum non interposuerit Aristoteles. Conjecturam Victorii firmant non solum verba sequentia καὶ μὴ ἄλλας ὑπ' ἄλλων καθάπερ ἐν Λακεδαίμονι, sed etiam locus libri 3, c. 1, 7. καὶ τὰς δίκας δικάζουσι κατὰ μέρος, οἷον ἐν Λακεδαίμονι τὰς τῶν συμβολαίων δικάζει τῶν ἐφόρων ἄλλος ἄλλας, οἱ δὲ γέροντες τὰς φονικάς, ἑτέρα δ' ἴσως ἀρχή τις ἑτέρας. Victorius etiam annotavit intelligi ordinem judicum a Livio libro 33. memoratum. Recte igitur Heinsius: *quale est inter cetera, quod causae ibi ab eodem omnes magistratu judicantur.* Male, quem alibi nimis fideles sequuntur ducem, hic deseruerunt Schlosser et Garve; ille enim vertit *von den obern Regenten*, et intelligit Suffetes vel reges cum senatoribus; hic vero simpliciter *von Magistratspersonen* posuit, sed errorem novum addidit his verbis: *nicht, wie in Sparta, wo die Richter zum Theile Privatpersonen sind.* Hucusque disputatio satis bene processit; sed subito turbat omnes has rationes locus alter infra 3, 1, 7. ubi post exemplum Lacedaemoniorum antea positum sequuntur haec: Τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ περὶ Καρχηδόνα· πάσας γὰρ ἀρχαί τινες κρίνουσι τὰς δίκας. Vides verba ἀρχαί τινες comparata cum exemplo Lacedaemoniorum aliud

significare non posse nisi magistratus plures et distinctos. Itaque emendatio Victorii in hoc nostro loco *τῶν αὐτῶν ἀρχείων* vera esse non potest. Magistratus enim si iidem judicia omnia exercent, non potest simul dici magistratus certos et diversos diversa judicia exercere. Consequitur inde, ut suspicemur aliud praeterea in hoc loco vitium latere, cum res eadem diverso modo narrata similiter exemplo Lacedaemoniorum illustretur. De Lacedaemoniorum institutis nulla superest dubitatio; in eorum igitur mentione vitium residere non potest. Quod si hanc narrationem de judiciis Carthaginiensium cum altera libri tertii conciliare volueris, nulla alia via patet, nisi ut ad alteram emendationem descendas, et scribas *Καὶ τὸ τὰς δίκας μὴ ὑπὸ τῶν αὐτῶν ἀρχείων δικάζεσθαι πάσας, ἀλλ' ἄλλας ὑπ' ἄλλων καθάπερ ἐν Λακεδαίμονι.* Maluissem defungi transpositione negationis *μὴ* ex membro posteriore ad anterius, sed opposita sententia postulat *ἀλλὰ*, nec patitur copulam *καὶ* subdi. Verum conatibus his iterum obstat locus Livii commemoratus a Victorio 23, c. 46. *Judicum ordo Carthagine ea tempestate dominabatur, et maxime quod iidem perpetui judices erant: res fama vitaque omnium in illorum potestate erat; qui unum ejus ordinis, idem omnes adversarios habebat: nec accusator ad infestos judices deerat.* Bene vidit Victorius, pugnare haec cum posteriore Aristotelis loco; et dissidentes scriptores in concordiam reducere studuit temporum distinctione, quibus immutatum fuerit institutum ab Aristotele ibi traditum. Verum non animadvertit vir doctus Aristotelem eo ipso in loco tradere ea, quae pugnant cum hoc nostro, ubi Lacedaemoniorum exemplum in contrarium affertur. Quodsi Aristotelem in concordiam secum et cum Livio redigere volueris, tum in priore nihil, praeter additum *αὐτῶν*, mutabis, sed in posteriore addenda erit negatio. *Οὐ τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ περὶ Καρχηδόνα:* tum vero *ἀρχαί τινες* debent esse iidem magistratus, quos priore in loco *τὰ αὐτὰ ἀρχεῖα* dixerat. Quam tamen interpretationem insolentem et duram esse confiteor. Debebat enim esse *ἀρχεῖόν τι.* Haec igitur difficultas undique circumstans cogit

nos fateri dissentire Aristotelem a Livio, et priorem locum potius esse vitiosum censendum, inprimis si respiciamus illud argumentum, quod postremo loco considerandum venit. Ἀριστοκρατικὸν enim ait esse, id est proprium aristocratiae, ab iisdem magistratibus omnes causas judicari. Quae sententia minime congruit opinioni Aristotelis toties in his libris significatae: potius contrariam pluribus in locis sibi placere significavit. Unde plures interpretes notam hanc ab Aristotele positam ex vulgata scriptura potius ad oligarchiam referendam censuerunt.

5. ἢ συνδοκεῖ τοῖς πολλοῖς] Vetus Interpres *ut videtur multis.* Aretinus vertit: *in eo quod etiam multi comprobant: non solum enim optimos, verum etiam ditissimos censent magistratibus esse ponendos.* Victorius *e quodam sensu, qui probatur multis.* quasi ἢ δοκεῖ scriptum legerit. Lambinus *ex quadam cogitatione et opinione vulgi.* Ramus *quadam ratione, quae plerisque comprobatur.* Giphanius *maxime opinione quadam, quae est in multis.* Heinsius Lambinum sequitur. Pessime Schlosserus: *ist die von so vielen so sehr gelobte Einrichtung der Carthaginienser.*

ἀδύνατον γὰρ] Aretinus *quasi impossibile sit,* Victorius *quasi fieri non possit, ut.* Rectius Lambinus *Fieri enim non posse arbitrantur.*

τὰς μεγίστας] Intelligo ἀρχάς, repetendum ex proximo ὀλιγαρχικὸν vel ἄρχειν vel ἄρχοντας.

6. εὐπορίαν] Male Camotiana, vetus versio et Sepulveda ἀπορίας habent, verum Aldina, et Aretinus vertit *opes.* Sed quod de vetere versione tradunt, id secus ipse esse reperi; *ad abundantiam* enim in utroque exemplo reperi.

ὠνητὰς εἶναι] Aretinus, Lambinus, Ramus et Giphanius *venales esse* vertunt, Victorius *publice vendi et pretio parari.* Heinsius *summas potestates prostitui ac venum quasi publice exponi.* Schlosserus *so gut als käuflich,* Garvius *auf gewisse Art käuflich.* Praecipue autem respicit Philosophus sumtus faciendos initio novi magistratus, ut sequens δαπανήσαντες ἄρχουσι docet, qui quales quantique fuerint, ignoratur.

7. ὅτι δ' ἂν] Aretinus et vetus Interpres γὰρ vertit. Sed de vetere interprete iterum me contrarium docuit inspectio gemini exempli. Ibi simul reperi auctorem πολιτειῶν scriptum reperisse. Giphanius censet respici ad locum Platonis libro 8. reipubl. c. 5. τιμωμένου δὲ πλούτου ἐν πόλει καὶ τῶν πλουσίων, ἀτιμοτέρα ἀρετή τε καὶ οἱ ἀγαθοί. Posuit idem similem locum Ciceronis libro 3. de Legibus: *si memoriam temporum replicare velimus, reperiemus, tales fuisse cives, quales in republica fuerint principes.*

τοὺς ὠνουμένους] Aretinus *qui per largitionem adipiscuntur dignitates.* Victorius *qui emerit.* Lambinus *qui magistratus emerunt.* Ramus *qui pretio et pecunia adepti sunt magistratus.* Giphanius *qui magistratum emerint.* Heinsius *qui dignitatem emit aliquam.* Vides interpretes omnes scripturam ὠνημένους reddidisse, quam et ipse praefero. De re testatur Polybius, quanquam aetate multo inferior, 6, 56. παρὰ μὲν Καρχηδονίοις δῶρα φανερῶς διδόντες λαμβάνουσι τὰς ἀρχάς. Deinceps vetus Interpres φαυλότερος δ' ἂν scriptum vertit.

εἰ καὶ προεῖτο] Aretinus *opulentiam abjecisset*: reddidit nempe scripturam Aldinae εὐπορίαν, quam ex vetere interpretatione correxit Victorius, vertens *si abjecisset egestatem*, in annotatione vero: *si neglecta paupertate proborum virorum nec tantopere ipsa reformidata non rejecisset illos a republica. Valet igitur* προεῖτο *abjiceret et non attenderet egestatem.* Lambinus *etsi virorum bonorum facultates et copias rei familiaris deserebat ac prodebat.* Ramus *si legislator in viris bonis hanc opulentiam non requireret.* Optime Giphanius *quando bonorum paupertatem neglexerat.* Male iterum Heinsius: *quod hic fieri non potest, quia pauperes rejecit legislator. Quorum probitatem si destituit, quod tales sunt, saltem dare operam debebat* etc. Erravit etiam Schlosser, sed recte vertit Garve. Ceterum vetus Interpres non solum *perferret penuriam* h. l. vertit, sed paulo postea ἀλλά γε male *sed et* reddidit.

8. κάκιόν ἐστί τε γὰρ] Aldina γὰρ omisit, ut Aretinus verba ὑπὸ τῶν αὐτῶν, ubi Aldina et Victoriana prior praepositionem neglexit.

Δῆλον δὲ τοῦτο] *De diversis muneribus accipiendum est*, inquit Camerarius: *nam in navi et gubernator et proreta et κελεύστης nominatur: in militia autem imperator, tribunus, centurio et caeteri.* Heinsius: *Utrobique enim nemo est, qui non aut pareat aut imperet, nemo qui non munus exsequatur suum, nemo qui non unum hoc agat. Ibi enim imperator, hic quem nauclerum vocant, solus imperat: ibi milites, hic remiges ceterique omnes parent; et hoc quisque agit, quod intelligit ac didicit.* Ramus *in quibus imperandi parendique ratio mirifice distincta ac distributa cernitur.* Piccartus optime: *itaque divisa officia ut imi solum pareant, summi solum imperent, intermedii superioribus pareant, imperent inferioribus; summus exercitus dux solum imperat, lixae et calones solum parent; intermedii officiales et imperant et parent.*

9. ἄριστα ἐκφεύγουσι] Aretinus *cum ad paucorum potentiam vergat — optime illud effugiunt.* Victorius *cum respublica vergat ad dominatum paucorum, optime declinant invidiam.* Lambinus *cum eorum respublicae administrandae ratio ad paucorum potentatum spectet, optime tamen hoc incommodum effugiunt.* Ramus *commodissime tamen omnes inde profectas difficultates effugiunt.* Giphanius inepte: *republica autem oligarchica, facile effugiunt divitiis, semper partem aliquam populi emittentes ad oppida.* Heinsius *Ceterum in multis ipsos ad imperium paucorum contra institutum proprium quotidie delabi, ipsi quoque intelligunt; ideoque et huic rei medicinam excogitarunt ipsi.* Camerarius ait Carthaginienses adjumentum quaesivisse ad fulciendum principatum paucorum et effugienda hac in parte incommoda. Deesse vocabulum aliquod jungendum verbo φεύγουσι manifestum est; Victorius τὸν φθόνον supplevit vertendo, Ramus *difficultatis*, alii aliud. Idem desiderat sequens ἰῶνται.

τῷ πλουτεῖν] Aretinus *ditetur*, Victorius *ditant semper — praeficientes ipsam oppidis suae ditionis.* Lambinus *eo quod semper aliqua pars populi dives est, dum aliquos de populo in oppida minora dimittunt.* Ramus: *ut enim pars civitatis augeri ditarique possit, colonias in alias civitates deducunt.* Giphanii locum supra posui. In annotatione ait: *si inter-*

dum in colonias emittantur in urbes, inquam, occupatas, et in his bona iis attribuantur. Heinſius *Semper enim aliquos e populo in vicinas ablegare ſolent civitates, ut rem ibi faciant nimirum, utque ex praefecturis aut ex agris quos asſignant, pinguiores fiant.* Vides igitur etiam Heinſium ſequi ſcripturam a me receptam πλουτίζειν cum Aretino et Victorio: vetus Interpres habet *indicando*, Thom. *judicando*, utrobique latere videtur *in ditando*. Verbum autem ἐκπέμποντες refert Victorius ad praefecturas, Heinſius ad praefecturas et colonias ſimul, alii ad ſolas colonias, quibus adverſatur αἰεί τι — μέρος. Hominum enim et civitatum examina non poſſunt quot anni, ſicut apum, exire et emitti in colonias. Camerarius vulgatam ſecutus addit: *Quomodo autem ablegaverint, deductisne coloniis an alia ratione, non explicatur ab auctore, neque mihi est exploratum.* Non meminerat vir egregius loci infra 6, 3, 5. ubi eſt: τοιοῦτον δέ τινα τρόπον Καρχηδόνιοι πολιτευόμενοι φίλον κέκτηνται τὸν δῆμον· αἰεὶ γάρ τινας ἐκπέμποντες πρὸς τὰς περιοικίδας ποιοῦσιν εὐπόρους.

τοῦτο γὰρ ἰῶνται] Aretinus *per hoc illi arbitrentur ac certe efficiunt.* Videtur igitur οἴονται ſcriptum legiſſe. Idem ſequens ἀρχομένων vertit *gubernatoribus* tanquam ἀρχόντων ſcriptum legiſſet, et ſequentia: *nullum enim est remedium legis ad quietem adhibitum.*

καὶ (τῆς) Κρητικῆς] Articulum cum Sylburgio inſerui.

Ad Caput IX.

ἐθνείων] Neſcio qui factum, ut Zuingeriana ἐθνίων daret, quod vertiſſe videtur Lambinus *alii externis quibusdam populis.* Deinceps Aldina ἄτοι καὶ γὰρ, Baſil. καὶ ἤτοι γὰρ habet.

2. περὶ μὲν — εἴρηται] Aretini verſio haec omiſit, uti deinceps verba τὴν πάτριον quae *veterem* vertit Victorius, *patriam atque avitam* Lambinus, *patriam* Ramus, Giphanius, *jus illi ſuum atque antiquam civitatis formam olim ibi uſurpatam reddidiſſe* Heinſius. Senſiſſe videntur hi, quorum ſententiam

Ariſtoteles refert, cum illis, qui Theſeum primum auctorem democratiae Athenienſium fuiſſe ſtatuerunt.

3. τὰ δικαστήρια — κληρωτὰ ὄντα — ταῦτ' ἴσχυε] Auſus ſum vulgatam ſcripturam κύριον — δικαστήριον — κληρωτὸν ὂν — τοῦτ' ſententia flagitante mutare. Non unum Athenis judicium fuit, in quo judices ſorte electi et populus dominabatur, ſed plura, et magno judicum numero collecta quaedam. *Forum* inepte interpretantur vulgatum Victorius et Lambinus, *judicia* recte Ramus, Giphanius: *judices, qui forte e populo deligebantur* poſuit Heinſius. Similiter ſupra τὸ δὲ δικαστήριον δημοτικὸν ſcriptum vertit vetus Interpres.

βουλὴν Ἐφιάλτης] Diodorus 11, 77 ſub Olympiade 80, 1. Ἐφιάλτης ὁ Σιμωνίδου δημαγωγὸς ὢν καὶ τὸ πλῆθος κατὰ τῶν Ἀρειοπαγιτῶν παροξύνας ἔπεισε τὸν δῆμον ψηφίσματι μειῶσαι τὴν ἐξ Ἀρείου πάγου βουλὴν καὶ τὰ πάτρια καὶ περιβόητα νόμιμα καταλῦσαι. Cf. omnino Plutarchi Cimon. c. 15. ubi res diſtinctius narratur. De auctoritate ſenatus Areopagitici dicetur infra ad Librum quintum. Totum hunc locum de legislatione Solonica bene explicuit Perizonius ad Aeliani v. h. 8, 10. Verbum ἐκόλουσε vetus Interpres vertit *prohibuit.*

προήγαγεν αὔξων] Aretini verſio auctior: *populi vim augere perſeverarunt donec in iſtam quae nunc eſt licentiam pervenit;* Victorius etiam *rem perduxerunt augendo,* Lambinus *populi majeſtatem augens,* Ramus *addendo atque augendo praeſentem democratiam confirmarunt.* Referenda ſunt verba duo ad τοῦτον τὸν τρόπον.

4. φαύλους] Aretinus vertit: *acceſſerunt patroni ſeditioſi contra bonos et modeſtos cives, qui rempublicam gubernarent.* Videtur igitur ſcriptum legiſſe ἀντιπολιτευομένους τοῖς ἐπιεικέσι vel πολιτευομένους ἀντὶ τῶν ἐπιεικῶν. Lambinus etiam vertens *et blandos oratores quaſi ductores ac magiſtros cepit improbos ac turbulentos pro bonis et moderatis adminiſtratoribus.* videtur ἀντὶ πολιτευομένων ſcriptum voluiſſe, quae ratio placuit Caſaubono et Conringio, et videtur omnino praeferenda, praecipue ſi ἀντὶ τῶν πολ. ἐπ. ſcripſeris. Vetus Interpres *pro politice converſantibus epiekeis.* Ceterum Sepulvedam ναυαγίας conjicientem pro ναυαρχίας refellit Victorius.

Camerarius autem: *Sunt*, inquit, *qui veriorem scripturam esse hujus loci putent τῆς ναυμαχίας: nequaquam, ut videtur, inconsiderate: In priore nomine est significatio praefecturae et principatus in re navali: in posteriore praelii navalis, quod est ad Salamina sic commissum, ut virtus populi Atheniensis emineret.* Eandem caussam mutatae veteris reipublicae in popularem dominatum pluribus in locis horum librorum memoravit Philosophus.

ἀποδιδόναι] Malim ἀποδοῦναι. Aretinus etiam *tradidisse*, Victorius et Giphanius *tribuisse* vertunt, *tribuere* Lambinus.

τρίτου τέλους] Aretinus omisit, Victorius *et e tertio censu, qui ordo vocatur equestris*, Lambinus *et ex equestri ordine, qui tertii census et tertiae classis est.* Ramus *classem* recte nominavit, Giphanius *tertio censu*, Heinsius *partium* vocabulo usus est. Camerarius τιμήματα censum, τέλος classem recte interpretatur, et monet Plutarchum cum Polluce tertiam classem facere τῶν ζευγιτῶν. Sed Harpocration in voce Ἱππὰς ex nostri descriptione reipublicae Atheniensium ita refert; Σόλων εἰς τέτταρα διεῖλε τέλη τὸ πᾶν πλῆθος Ἀθηναίων, πεντακοσιομεδίμνους καὶ Ἱππέας καὶ Ζευγίτας καὶ Θῆτας. Idem in vocabulo Θῆτες haec habet: οὗτοι δὲ οὐδεμιᾶς μετεῖχον ἀρχῆς ὡς καὶ Ἀριστοτέλης δηλοῖ ἐν Ἀθηναίων πολιτείᾳ· ὅτι δὲ οὐκ ἐστρατεύοντο, εἴρηκε καὶ Ἀριστοφάνης ἐν Δαιταλεῦσιν. Qui pertinebant cives ad classem equitum, ἱππάδα τελεῖν, qui ad capite censos Θῆτας, θητικὸν τελεῖν. Sed dictum etiam fuit εἰς ἱππάδα τελεῖν; hinc alii εἰς ἄνδρας τελεῖν, εἰς Βοιωτοὺς τελεῖν, et similia in Lexico meo apposita usurparunt.

5. πειρῶνται — συνάγειν] Aretinus vertit *inducere*, Victorius *concludere*, Lambinus optime omnium *multis argumentis collectis demonstrare*, Ramus *disputant et contendunt*, Giphanius *multis collectis ostendere*, Heinsius *contendunt.* In Aldina et Basil. est καί τινες καὶ συνάγειν.

ἀσκεπτότερον τῶν χρόνων] Vulgatum τῷ χρόνῳ correxi ex Aretini versione: *sed qui ista dicunt, tempora non supputant.* Victorius *cum tempus refragetur.* Lambinus *tempora repugnant*, Ramus *temporis ignorantia labuntur*, Giphanius *non satis tempori congruenter.* Heinsius *temporum ignari, quorum*

rationem nimis imperite confundunt De Onomacrito Locrensi aliunde non constat; Atheniensem diversum memoravit Herodotus 7, 6 aliique. Thaletem Cretensem alii Θαλήταν vocant, de quo compara Plutarchi Lycurgum c. 4. et Strabonis librum 10. p. 735. De Zaleuco et Charonda eorumque legibus comparabis egregiam Heynii disputationem in Opusculorum Academicorum Volumine II.

6. Βακχιαδῶν] Antiquam scripturam Βακχιαδῶν primus correxit Sylburgius. Deinceps verba μυθολογοῦσι — ὅπως ἄποπτος omisit Aretinus, qui tamen verba *ob animi insensionem* addidit et subjunxit verbis: *non sit conspectus in Corinthium agrum.* Vetus Interpres *Bachidorum* vertit, deinde pro διαμισήσας vertit *recordatus*, ergo διαμνήσας scriptum legit; denique ἀπέχθειαν *abstinentiam* vertit.

7. τὴν ταφὴν] Aldina et Codices scripti Victorii omnes γραφὴν, quod Victorius vertit *sic testamento cavisse.* ταφὴν vertit vetus Interpres, Lambinus cum Sepulveda, atque ita habet Basileensis, et correxit Camerarius. Victorius idem posuit, dubius tamen de scriptura.

μὴ ἄποπτος] Victorius et Ramus vertunt *ne aspici posset.* Lambinus et Giphanius rectius *ne prospici posset.* Camerarius ἄποπτος esse ait h. l. *regionem, quae conspici posset, vel in quam pateret prospectus, cum apud Sophoclem contra significatio sit non aspicientis et non apparentis.* Locum Sophoclis Oedipi Regis versu 768 posuit etiam Victorius ἀγροὺς σφε πέμψαι κἀπὶ ποιμνίων νομὰς, ὡς πλεῖστον εἴη τοῦδ' ἄποπτος ἄστεος· ubi Scholion interpretatur ἔξω τῆς θέας τοῦδε τοῦ ἄστεος. Idem Ajacis versu 15. ὡς εὐμαθές σου, κἂν ἄποπτος ᾖς, ὅμως φώνημ' ἀκούω. Dioclem aliunde notum non habemus. Diversum Syracusiorum legislatorem Dioclem ex Diodoro memoravit Camerarius; alium Megarensem celebravit Theocritus Idyllii XII. versu 29.

παιδοποιίας] Aretinus male *de prole procreanda* et θετικοὺς *proletarias* vertit. Aretinum cum vetere Interprete θητικοὺς scriptum legisse monet Montecatinus. Sed vetus Interpres *de puerorum procreatione* — *positivas leges* posuit, Thomas Aquinas autem *proletarias* posuit in Commento,

quod ad θετικὰς retulit Montecatinus. Victorius recte *de adoptione filiorum*. Lambinus *de procreatione liberorum — leges posititias vel positivas*. Ramus *de liberorum procreatione — leges proletarias*. Giphanius et Heinsius cum Victorio faciunt; θετικὰς Heinsius *adoptivas* vertit. Conjecturam Sepulvedae τικτικοὺς legentis refellit Victorius, qui monet θετοὺς υἱοὺς Atticis esse eosdem, quos alii ποιητοὺς vocant. Conringius insulse antiquam interpretationem defendit. Haud scio an huc pertineat lex Thebanorum memorata ab Aeliano v. h. 2, 7. Νόμος — ὅτι οὐκ ἔξεστιν ἀνδρὶ Θηβαίῳ ἐκθεῖναι παιδίον, οὐδὲ εἰς ἐρημίαν αὐτὸ ῥῖψαι, θάνατον αὐτοῦ καταψηφισάμενος. Ἀλλ' ἐὰν ᾖ πένης εἰς τὰ ἔσχατα, ὁ τοῦ παιδὸς πατήρ, εἴτε ἄῤῥεν τοῦτο εἴτε θῆλύ ἐστιν, ἐπὶ τὰς ἀρχὰς κομίζειν ἐξ ὠδίνων τῶν μητρῴων σὺν τοῖς σπαργάνοις αὐτό· αἱ δὲ παραλαβοῦσαι ἀποδίδονται τὸ βρέφος τῷ τιμὴν ἐλαχίστην δόντι· ῥήτρα τε πρὸς αὐτὸν καὶ ὁμολογία γίνεται, ἦ μὴν τρέφειν τὸ βρέφος καὶ αὐξηθὲν ἔχειν δοῦλον ἢ δούλην θρεπτήρια αὐτοῦ τὴν ὑπηρεσίαν λαμβάνοντα. Fortasse fuit haec lex pars generalis illius legis de liberorum numero exaequando per adoptionem.

8. δίκαι τῶν ψευδομαρτυριῶν] Vulgatum ψευδομαρτύρων ex usu scriptorum Atticorum correxi. Recte Lambinus *falsorum testimoniorum actiones et judicia*, et Giphanius *judicia de falsis testimoniis*. Altera scriptura si servari deberet, tum scribendum fuisset κατὰ τῶν ψευδομαρτύρων.

τὴν ἐπίσκηψιν] Vulgatum ἐπίσκεψιν Aretinus vertit, *de his legem posuit*; alii aliter; correxit Bentleius Differt. ad Phalarid. p. 369. probante Wesselingio ad Diodorum 12, 11. p. 485. Similiter in Polluce 8, 36 ἐπισκέψασθαι posuerunt librarii pro ἐπισκήψασθαί τινι ψευδομαρτυριῶν. Sequens γλαφυρώτερος vetus Interpres *placentior* hic vertit.

Φιλολάου — ἀνομάλωσις] Aretinus vertit *disparitas*, Victorius *aequalitas* rectius in annotatione *adaequatio*, Lambinus et Giphanius *inaequalitas*, Ramus *inaequalitatem patrimoniorum et hereditatum*, Heinsius cum Victorio sentiens recte hoc membrum translocasse et cum mentione legum Philolai conjunxisse videtur. Victorius comparavit locum ex Rhetoric. 3, 11, 5, ubi verbum ἀνωμαλίσθαι est in Victoriana

Aldina et Baſil. aliae vero rectius ἀνώμαλίσθαι habent. De ſenſu tamen iſtius loci magna eſt dubitatio nondum explicata cura interpretum. Hoc vero in loco nulla videtur eſſe dubitatio de ſenſu eo, quem explicuit Victorius. Similiter variata fuit ſignificatio verbi ἀνομολογίω, de quo dictum in Lexico Graeco. Denique Stephanus ἀνωμάλωσις ſcribi voluit, uti ἀνώμαλος et cognata vocabula vulgo ſcripta reperiuntur; ſed nolui communem omnium Edd. ſcripturam mutare. Nomen Philolai Conringius alienum locum occupaſſe cenſebat; ſcilicet offenſus, ut ante eum Giphanius, mentione legis unius ſeparata a reliquarum commemoratione.

Πλάτωνος] Platonicarum legum mentio unde hunc in locum venerit plane alienum inter veros legumlatores, mihi plane incompertum eſt; nec video cur hoc in loco repetantur, quae ſupra copioſius fuerunt explicata, praeter duas res, συμποσιαρχίαν et alteram, quae ſane ad legumlatoris curam non magis pertinent quam ad imperatorum bellicorum.

συμποσιαρχεῖν] Locus Platonis eſt libro 2 de Legibus p. 98. alter libro 7. p. 333.

γίνωνται — ταῖν] Iſingr. Sylburg. Ramus γίνονται habent. Deinceps Aldina et Baſil. τοῖν χεροῖν dedit. Structurae verborum duritiam recte animadvertit Victorius, quam equidem librarii errori tribuendam et ſcribendum cenſeo καὶ ἡ ἐν τοῖς πολεμικοῖς ἄσκησις.

9. Δράκοντος — χαλεπότης] Plutarchus Solonis c. VI. Πρῶτον μὲν οὖν τοὺς Δράκοντος νόμους ἀνεῖλε πλὴν τῶν φονικῶν ἅπαντας, διὰ τὴν χαλεπότητα καὶ τὸ μέγεθος τῶν ἐπιτιμίων· μία γὰρ ὀλίγου δεῖν ἅπασιν ὥριστο τοῖς ἁμαρτάνουσι ζημία θάνατος. etcet. unde Aelianus v. h. 8, 10, καὶ τότε ἐπαύσαντο Ἀθηναῖοι χρώμενοι τοῖς Δράκοντος· ἐκαλοῦντο δ' ἐκεῖνοι Θεσμοί· μόνους δ' ἐφύλαξαν τοὺς φονικοὺς αὐτοῦ. Cf. etiam Gellii 11, 18. Hinc θεσμοθέται Attici dicti fuerunt.

ἄν τι πταίωσι] Vulgatum ἂν συντύχωσι ex Codice ſuo, Plutarcho in Convivio Sapient. et Ariſtotelis Rhetor. 2, 25. correxit Camerarius, poſt eum Muretus Var. Lect. 14, 12.

ᾗ περί τι — ἐστὶν] Victorius vertit *cujus leges ſunt de caede*, Lambinus et Ramus *cujus extant leges*, Giphanius *cujus ſunt leges*. Pro Ἀνδροδάμας cum Aretino et Sepulveda Giphanius Ἀνδρόδαμος malebat ſcriptum. Sequens κυρίας Camerarius recte interpretatur eas, quarum ſtatus revera fuerint in medio et gubernatio uſitata. Aretinus male *principales*, Victorius *quae in uſum venerunt*, Lambinus *quae hodie ſervantur rectae*, Ramus *quae fama et auctoritate celebres habeantur*, Giphanius *veras*.

Ad Aristotelis Politicorum Librum III.

Ad Caput I.

5. *ποιητοὺς πολίτας*] Zuingeri *ποιητὰς πολίτας* per se et propter ineptam conjecturae rationem nemo facile probabit. Forte is e vetere interprete inductus fuit in errorem, qui *poetales* dixit. Ita vero Graeci civitate donatos vocabant, etiam *τῇ ποιήσει πολίτας* et *δημοποιήτους*, ut Victorius et Giphanius monuerunt.

ἀπὸ συμβόλων κοινωνοῦσι] Vetus Interpres *qui a contractibus communicant.* Victorius inepte *qui communicant ut tesserarum.* In annotatione tamen rectius interpretatur *qui communicant iisdem commodis, exempli causa portubus et facultate mercium importandarum aut exportandarum, qui acceperunt notas quasdam ac tesseras, indicio quarum id tuto praestant.* Aretinus ita: *qui sil'* (simul) *contrahunt, cum per contractum forum sortiantur.* Ramus: *negotiatoribus qui tesseris utuntur inter se communibus.* Camerarius *res contractas* interpretatus malebat tamen *συμβολαίων* scribi, usus etiam Demosthenico exemplo contra Lacritum: *ὅσα γὰρ ἀμφισβητήσιμά ἐστι τῶν συμβολαίων, κρίσεως δεῖται.* Lambinus: *qui tesseris publice acceptis et ex publica conventione inter se jura habent communia et res contrahunt.* Giphanius *iis quos inter est commercium*, interpretatus *quos inter est jus commercii aut foedus aliquod.* Idem monet *σύμβολα* haec esse pacta ut Suidas

interpretatur et ipse Aristoteles infra c. 6. ubi est: μήτε διὰ τὰς ἀλλαγὰς καὶ τὴν χρῆσιν τὴν πρὸς ἀλλήλους. καὶ γὰρ ἂν Τυῤῥηνοὶ καὶ Καρχηδόνιοι καὶ πάντες, οἷς ἐστι σύμβολα πρὸς ἀλλήλους, ὡς μιᾶς ἂν πολῖται πόλεως ἦσαν. Εἰσὶ γοῦν αὐτοῖς συνθῆκαι περὶ τῶν εἰσαγωγίμων, καὶ σύμβολα περὶ τοῦ μὴ ἀδικεῖν καὶ γραφαὶ περὶ συμμαχίας· ubi Aretinus *quibus est commercium invicem*, deinde σύμβολα *pacta* vertit. Judicia ejusmodi συμβολικὰ vocata fuisse ait Giphanius. Accurate Harpocration σύμβολα ait esse συνθήκας ἃς ἂν πρὸς ἀλλήλας αἱ πόλεις θέμεναι τάττωσι τοῖς πολίταις, ὥστε διδόναι καὶ λαμβάνειν τὰ δίκαια. Livius 41. *commercium juris praebendi repetendique* interpretatus est. Hinc δικάζειν ἀπὸ συμβόλων. Cf. Demosthenes p. 79. Festus. *Reciperatio est, ut ait Gallus Aelius, cum inter populum et reges nationesque et civitates peregrinas lex convenit, quomodo per reciperatores reddantur res, reciperenturque, resque privatas inter se persequantur.* Omnium accuratissime de his συμβόλοις exposuit Valesius ad Harpocrat. p. 133. Sepulvedam hic solum verum vidisse ait Giphanius.

κοινωνοῦσι] Vulgo sequebatur: καὶ γὰρ ταῦτα τούτοις ὑπάρχει, quae damnavit merito Conringius, et recte omisit Aretinus cum vetere Interprete, quem ante omnes nominare oportebat.

ἀλλ' ἀνάγκη — πῶς μετέχουσι] Haec omisit Camotiana; librarius enim in similitudine verbi μετέχουσι aberraverat. Victorius ait se locum hunc mancum olim ope veteris translationis restituisse; quod fecit in Variar. Lect. VII. c. 22. Vetus Interpres ita: *in multis quidem ergo locis neque his perfecte adventicii participant sed necesse tribuere assitorem.* Camerarius ex conjectura supplere conatus est, quae in versione Aretini legerat scripta ita: *quamquam multis in locis peregrini ne id quidem perfecte habeant, sed necesse est, ut patronum accipiant. Ex quo fit ut imperfecte quodammodo sint fori judiciorum participes.* Sed felicius conjiciendo evenit Victorius. Uterque tamen in dictione προστάτην νέμειν Attico juri propria consentit, quam Harpocratio exposuit, et ad eum Valesius. Comparavit Victorius etiam vocem Tiresiae ad Creontem apud Sophoclem in Oedipo rege: Ὥστ' οὐ Κρέοντος προστάτου γε-

γράψομαι. Editio Basil. habet h. l. ἀλλὰ χρὴ παρέχειν προστάτην· διὸ ἀτελῶς πως μετέχουσι etcet. cujus scripturae auctor usum fori Attici ignoravit. Ceterum Giphanius eleganter vertit; *sed coguntur auctorem sumere vel capere.* Docet enim latine *auctorem* vocari προστάτην. Jurisconsulti Foemina, inquiunt, non potest quicquam agere publice sine auctore. Posuit etiam Cornelii Nepotis locum in Attico 3, 2. de Phidia: *Hunc enim in omni procuratione reipublicae auctorem habebant.* Sermo est de Atheniensibus Attico et ejus προστάτῃ statuas ponentibus; ubi suspicor *habebat* scribendum. Interpretes Nepotis in interpretando vocabulo aberrarunt a vero Giphanianae admonitionis immemores, sed recte additum in libris *actoremque* damnarunt.

4. Ἀλλὰ καθάπερ] Nihil deest, quod suspicabatur Conringius; redit enim oratio ad initium illud ὁ δὲ πολίτης οὐ τῷ οἰκεῖν ὁρίζεται.

ἐγγεγραμμένους] intellige εἰς τὸ ληξιαρχικὸν, in tabulas civium. Victorius: *nondum notatos in albo civium* interpretatur; Aretinus *nondum aetate perfectos* vertens aliam scripturam secutus esse videtur. Ramus *qui nondum per aetatem censi sunt.*

ἀφειμένους] qui propter aetatem immunitatem et vacationem a muneribus publicis impetrarunt, ut recte Camerarius et Giphanius interpretantur. Aretinus verba illa λίαν, ἀλλὰ — τὸ λεγόμενον plane omisit, et deinceps posuit: *At nos quaerimus.* Conringius ζητοῦμεν δὲ malebat scriptum.

ἔγκλημα] Victorius *mendum, vitium, culpam* interpretatur, Aretinus *adjunctionem quae restringat et corrigat:* vetus Interpres *adjectionem* simpliciter vertit, ut diversum vocabulum legisse videatur. Ramus satis eleganter: *quique nulla ejusmodi exceptione excludatur.* Giphanius *reprehensionem,* Lambinus *reprehensionem et criminationem,* Camerarius *crimen, id est quod objici possit aut inferri ad explicandum.*

περὶ ἀτίμων] De ἀτίμοις jure Attico Valesium vide ad Harpocrationem.

κρίσεως καὶ ἀρχῆς] Joannes Stobaeus Eclog. Ethic. p. 328. male ex h. l. retulit ὅτι πολίτης ἐστιν, ᾧ μέτεστι πολιτικῆς ἀρχῆς.

διά τινων — χρόνων] Victorius *post aliqua definita tempora.* Aretinus: *ut non liceat interdum nec semel eundem habere aut post alia temporum spatia.* Ramus *aut certe nonnisi intra praescriptum quoddam ac definitum tempus.* Lambinus *aut certis ac praefinitis temporibus licet.* Giphanius recte: *aut certis quibusdam temporibus interjectis.*

ὁ δ' ἀόριστος] Isingr. Sylburgiana ἡ δ' ἀόριστος, quod probabat Conringius. At ita debebat esse ἡ δ' ἀόριστος οἷον ἡ τοῦ δικαστοῦ καὶ ἐκκλησιαστοῦ; quomodo vertit Aretinus: *aliae sunt indeterminatae, ceu illius qui in concione deliberat et decernit.* Variavit orationem Philosophus.

5. οὐδὲ μετέχειν — ἀρχῆς] Haec omisit Aretinus. Vetus Interpres verba καίτοι — ἀρχῆς omisit. κυριωτάτους vocat judices et ἐκκλησιαστάς, quod locum habet in republica Atheniensium. Contra Romae in senatu potius et curia de summa republica deliberabatur, cum Graeci id facerent in concione. Praeterea magistratus a judicibus diligenter distinguit Plato Libro 5 de Legibus et Cicero multis in locis et Jurisconsulti, quoniam judices sint privati omnes, magistratus vero personae publicae. Cui objectioni ut occurreret Aristoteles, distinctionem magistratus in ὡρισμένην et ἀόριστον ἀρχὴν induxit. Eam enim potestatem, quam judex et concionator communem habent, peculiare nomen nactam non esse; igitur communi magistratus (ἀρχῆς) utendum esse cum aliquâ tamen distinctione. Bene de hac re monuit Giphanius.

ἀνώνυμον γὰρ — τί δεῖ καλεῖν] Victorius *caret enim nomine — quo decet utrumque appellare.* Ita fere etiam Ramus et Giphanius. Brevius etiam Aretinus: *est enim absque nomine publica potestas judicantis decernentisque in concione.* Lambinus *nomine vacat, nec satis est in promtu, quo nomine communi — sint appellanda.* Equidem ὅ,τι δεῖ καλεῖν scribendum puto, nisi majus vitium subest.

ἐπὶ πάντας τοὺς λεγομένους] Victorius *congruit ad omnes vocatos cives.* Aretinus *super omnes alios vocatos cives.* Ramus *ac civis definitio quae in omnes qui dicuntur cives maxime conveniat ejusmodi fere est.* Lambinus *civis definitio quae ad eos omnes — maxime quadrare possit.* Minus perspicue Giphanius *civis igitur, qui maxime ad omnes jam allatos cives quadret, talis fere est.* At unde is *allatos* arripuit? An τοὺς εἰρημένους alicubi scriptum legerat? Equidem perspicuitatis gratia πολίτου λόγος in locum vocabuli πολίτης reponere malim, quod ecce suggerit versio vetus: *maxime congruit utique ratio civis ad hos.* Sed exemplum Thomae vocabulum *ratio* omisit.

6. ᾗ τοιαῦτα] intellige ἐστίν. Conringius haec verba abundare et nihil ad rem facere putabat, a quo non dissentit Schlosser, qui cum Heinsio pro vocabulo πραγμάτων ponere ὀνομάτων malebat. De homonymis sermonem esse, quae dialecticum quidem genus unum habent, sed non physicum, monuerunt Victorius et Giphanius. ᾗ τοιαῦτα ἐστὶ est igitur, quatenus eae res sunt tales, quae communi nomine tanquam generico comprehensae specie ita differunt, uti dictum est, praeter nomen genericum parum aut nihil habent commune. Recte Garve vertit: *bey Materien, wo die unter einem gemeinschaftlichen Namen zusammengefassten Sachen doch der Art nach unterschieden sind, so dass eine derselben als die erste und das Muster der übrigen, die andre nur als die zweite und so die folgenden als noch weiter von jenem Modell entfernt angesehen werden müssen: sich oft entweder gar keine oder sehr schwer die gemeinsamen Merkmale finden lassen, in welchen alle diese Sachen übereinkommen.* Vocabulum γλίσχρως vetus Interpres *vix* vertit.

ὕστερον ἔσται φανερόν] Conringius in hoc loco plane caecutiit, et in argumentatione partim reprehendit multa, alia desiderat, ubi omnia recte se habent. Non opus erit longiore disputatione, si correctionem ab eo propositam, ut εἴρηται pro ἔσται legamus, consideraveris.

7. ἐκκλησίαν νομίζουσι] Victorius: *neque concionem recipiunt sed paucos ad deliberandum vocatos.* In annotatione

monuit δῆμον hic esse statum popularem seu δημοκρατίαν. Contra Aretinus *neque concionis usus sed senatum habent:* quem secutus est Schlosser. *nec democratia est nec solennis et legitima populi concio, sed pro re nata consilium indicitur et cogitur* Ramus. *neque concio legitima sed extraordinaria* Giphanius, qui in annotatione Victorii errorem castigavit. Lambinus: *neque concionem usu receperunt sed conventum civium convocatorum.* Romanas res qui scribunt Graeci, senatum vocare solent τὴν σύγκλητον, scilicet βουλὴν, ut monuit Victorius. Hinc natus error interpretum, qui συγκλήτους hic similiter senatum interpretati sunt. Lacedaemonii γερουσίαν et γέροντας id est senatum habebant, et praeterea συγκλήτους, vel, ut Xenophon in Hellenicis vocare solet, ἐκκλήτους, qui de iisdem usurpat vocem ἐκκλησίαν, quam distinguit etiam μικρᾶς vocabuli, cum scilicet soli Spartani ad concionem vocantur, nec adsunt σύμμαχοι, ut demonstravit Morus in Indice Hellenicorum. Quae fuerit ecclesiae Spartanae potestas, docet Plutarchi Lycurgus c. 6, 5. Cogebatur a senatoribus et regibus populus, qui propositam ab iis rem vel firmabat vel improbabat. Itaque νομίμους vel κυρίας ἐκκλησίας ut Athenienses non habebant; Atheniensium conciones summam sibi reipublicae arrogabant.

γέροντες τὰς φονικὰς] Cicero de Senectute c. 14, 12. *Apud Lacedaemonios quidem ii, qui amplissimum magistratum gerunt, ut sunt, sic etiam nominantur senes.* Idem de Divinatione 1, 43. *Lacedaemonii regibus suis augurem assessorem dederunt, itemque senibus (sic enim consilium publicum appellant) augurem interesse voluerunt.* De potestate senum Plutarchus Lycurgi c. 26. ait senatum habere τὸ σύμπαν κράτος ἐν τῇ πολιτείᾳ, κύριον ὄντα καὶ θανάτου καὶ ἀτιμίας καὶ ὅλως τῶν μεγίστων. De Carthaginiensibus alibi videbimus.

8. Ἀλλ' ἔχει γὰρ] *Verum tamen* Victorius, *At enim* Ramus, *Sed enim* Giphanius et Lambinus; Conringius in hac formula haesit, et vitium loci suspicatus est. Deinceps τούτων refertur ad ὁ κατὰ τὴν ἀρχὴν ἀφωρισμένος, quod in se continet plures personas, quas respicit sequens τούτων. Sequens

βουλεύεσθαι Camotianae βούλεσθαι substitui voluit Camerarius. Verum reddidit Aretinus.

ταύτης τῆς πόλεως] Hujus tantum civitatis, in qua licet civibus omnibus κοινωνεῖν ἀρχῆς βουλευτικῆς ἢ κριτικῆς; reliquas enim civitatum formas excludit, et earum cives negat esse veros cives ex posita definitione. Deinceps πόλις est in Camot. Isingr. Montecatino: sed vetus Interpres πόλιν vertit. Ceterum Joannes Stobaeus l. c. p. 328. hunc locum ita excerpsit: Πόλις δὲ τὸ ἐκ τῶν τοιούτων πλῆθος ἱκανὸν πρὸς αὐτάρκειαν ζωῆς.

ὡς ἁπλῶς εἰπεῖν] Victorius *ut simpliciter loquar*, Lambinus cum Aretino *ut simpliciter dicam*, Ramus et Giphanius *ut summatim dicam*. Male Schlosser *im absoluten Verstande*.

9. ὁρίζονται δὲ]. Vulgatum δὴ merito damnavit Conringius; nulla enim est consecutio ex superioribus. Ipse etiam Victorius, Aretinus, Lambinus et Giphanius *autem* vertit: et vetus Interpres habet *determinant etiam*.

πρὸς τὴν χρῆσιν] *ad usum* Victorius vertit: Aretinus *Consueverunt autem eum etiam dicere civem:* Ramus: *Atque etiam more quodam et usu nonnulli civem definiunt:* Lambinus *definiunt autem civem ex usu*. Recte Zuingerus comparavit locum 1, 7 (11 Zuingeri) ἐπεὶ δὲ πρὸς τὴν γνῶσιν διωρίκαμεν ἱκανῶς, τὰ πρὸς τὴν χρῆσιν δεῖ διελθεῖν. Πάντα δὲ τὰ τοιαῦτα τὴν μὲν θεωρίαν ἐλεύθερον ἔχει, τὴν δ' ἐμπειρίαν ἀναγκαίαν. De eadem re variavit orationem 3, 5 (8 Zuingeri) τῷ δὲ περὶ ἑκάστην μέθοδον φιλοσοφοῦντι καὶ μὴ μόνον ἀποβλέποντι πρὸς τὸ πράττειν, οἰκεῖόν ἐστι τὸ μὴ παρορᾷν μηδέ τι καταλείπειν, ἀλλὰ δηλοῦν τὴν περὶ ἕκαστον ἀλήθειαν, ubi Zuingerus recte τὸ πράττειν comparat cum χρήσει, deinde τὴν μέθοδον cum γνώσει, quam theoriam et praxin vulgo dicimus. Interpretum omnium solus Schlosserus admonitus a Zuingero verum vidit et partim reddidit: *in Rücksicht auf die Anwendung dieses Begriffs*. Postea dicitur idem πολιτικῶς.

ἔτι πάππους] Vulgatam ἐπὶ πάππους monente Camerario correxi. Victorius vertit ut vetus Interpres *ceu ad avos duos:* Ramus *ad avos et proavos et his antiquiores et longius referunt*. Aretinus *ceu avos et proavos vel plures*. Vulga-

tum ἐπὶ Giphanius tueri voluit vertendo *ut ad avos usque duos vel tres vel plures*, interpretatus avos, proavos, atavos, tritavos. Nec licet conjunctim ſcribere ἐπιπάππους. Antea enim nominandi erant πάπποι, quos ſequebantur ἐπίπαπποι, hos πρόπαπποι, hos τριτοπάτορες; quanquam Pollux 3, 18. in explicandis his vocabulis ab Heſychio et Euſtathio discrepet.

Οὕτω δὴ] Male Conringius δὲ ſcribendum cenſuit: quanquam *ſic autem* vetus Interpres habet. Sequens παχέως vulgato ταχέως cum Camerario ſubſtitui et *pingui Minerva* vertit Lambinus, *leviter* Ramus, *ſuccincte* Aretinus. ἢ καὶ τέταρτον ſcriptum legit et vertit vetus Interpres.

Λαρισσαιοποιοὺς] Vulgatum Λαρισσοποιοὺς monente Camerario correxi. Verſio Victorii et Aretini *Lariſſaeorum opifices* vel *factores* habet, ſed aliter latine reddere graecum vocabulum non potuerunt. De re dubitatur. Videtur tamen certum eſſe, quod poſuit Victorius, Gorgiam, cum in urbe Theſſaliae Lariſſa verſaretur, interrogatum, quis civis Lariſſaeus dicendus eſſet, ambiguo reſponſo difficultatem vitaſſe et eluſiſſe. Ambiguitas eſt duplex, altera in vocabulo δημιουργός, quod in Doricis civitatibus magiſtratum, vulgari vero et Attico ſermone opifices et artifices quoscunque ſignificabat. Deinde Λαρισσαῖος etiam vasculi genus coquinarium dictum fuiſſe patet ex epigrammate Leonidae Tarentini XIV. Analectorum 1. p. 224. ubi eſt: τοὺς Λαρισσαίους χυτογάστορας ἰψητῆρας.

Ἔστι δὲ ἁπλοῦν]. Victorius et Aretinus: *Eſt autem ſimplex*. Ille quidem monuit recte, hoc non eſſe dictum contra Gorgiae vocem, quam ſatis antea deſcripſerat verbis ἀπορῶν τὰ δ' εἰρωνευόμενος: ſed referri ad definitionem civis ſupra poſitam dum ait, ipſe errat, ideo ἁπλῶς *ſine acumine ullo* interpretatus. Nam definitionem iſtam jam antea πολιτικῶς καὶ παχέως poni dixit. Male igitur etiam Ramus *ſed hoc definitionis genus ſimplex eſt et imperitum;* Lambinus *Sed hoc eſt pingue et ſimplex:* Giphanius *Eſt autem rude.* Vocabulum ἁπλοῦς iſto ſenſu nusquam in his libris uſurpavit Ariſtoteles. Igitur verior eſt interpretatio haec. οὐδὲν ποικίλον ἐστὶν, ἀλλ'

ἁπλῶς id eft, nihil habet quaeftio difficultatis, fed ex noftra definitione facilis et fimplex eft refponfio, fi quaeritur, quis fit civis appellandus.

10. ὅσοι μετέσχον] Aretinus vertit; *Sed forfan de eo magis dubitari poteft, cum facta mutatione recipiuntur quidam ad communionem reipublicae.* Camotiana et Ifingr. ἐκεῖνοι ἔχει dedit; Aretinus ἐκεῖνα ἔχει videtur fcriptum legiffe; idem pro Clifthene nominavit *Lafchenem.*

δούλους καὶ μετοίκους] Praeter Victorium et veterem Interpretem interpretes omnes veluti Aretinus, Ramus, Giphanius, Montecatinus et Lambinus copulam καὶ a nobis additam reddiderunt, quam addi voluit etiam egregius Wolfius Prolegom. ad Leptineam p. LXIX. δούλους καὶ ξένους μετοίκους maluit Valckenaer ad Herodotum p. 404. De re et Clifthenis inftitutis compara Perizonium ad Aeliani V. H. 5, 13.

καὶ τοῦτό τις] Ita Camot. Ifingr. Sylb. quod reddidit Aretinus et Lambinus; contra τούτῳ Victorius edidit et vertit. Vetus Interpres *et cum hoc — dubitabit.*

συνάπτει πρὸς] Praepofitionem Camot. Ifingr. Montecatinus omittunt. *Pertinet ad primam illam quaeftionem* Aretinus vertit; *copulatur ad* vetus Interpres.

πότερον ἡ πόλις] Aretinus *numquid.* Sequens πολλὰ Camotiana omifit. Victorius *neque alia multa hujuscemodi fervare.* Igitur verbum σώζειν infertum videtur legiffe. Lambinus etiam: *neque ea quae convenerunt quaeque in obligationem deducta funt, diffolvere volunt — neque multa alia hujusmodi pacta conventa fervare.* συμβόλαια διαλύειν is contractus diffolvere, vetus Interpres *communicationes:* Aretinus *pecuniam mutuatam folvere,* Ramus *nec aes alienum contractum diffolvere volunt,* Giphanius *neque pacta quidam fervare volunt — neque alia multa ejus generis.* Sequens ἐνίας omifit Aretinus vertens *quafi respublica vi ac victoria conftet.*

11. Εἴπερ οὖν καὶ δημοκρατοῦνταί τινες] Victorius verba fequentia κατὰ τὸν τρόπον τοῦτον junxit cum his, interpretatus: *fi inveniuntur, qui eodem pacto tueantur ftatum multitudinis, freti, inquam, viribus propofitumque vunctis in rebus habeant proprium bonum, non commune totius civitatis.* Similiter Are-

tinus: *Si igitur per hunc modum quaedam in populari statu fiunt:* Vetus Interpres: *Siquidem ergo in democratiam versae* (Thom. *versi*) *fuerint*, *quidam* (*secundum* inserit Th.) *hunc habent modum. Similiter dicendum civitatis hujus esse eas, quae hujus politiae, actiones, et eas quae ex oligarchia et tyrannide.* Ramus: *Quare quemadmodum, cum in democratiam respublica adducta sit, ejus acta dicenda sunt acta democraticae civitatis, sic etiam prius eum oligarchia vel tyrannis esset.* Lambinus: *quod si etiam nonnulli homines sub imperio et potestate populi hoc modo civiliter vivant, hujusque civitatis et reipublicae eae sunt actiones, quas populus obiit. Ergo et hujus civitatis ac reipublicae, quae ex paucorum imperio* etcet. Giphanius: *Quodsi igitur quaedam hoc modo democratia utuntur, perinde dicenda erunt hujus esse civitatis et quae ex oligarchia et ex tyrannide.* Horum interpretum nemo a vero propius abfuit quam Ramus; sed is κατὰ τὸν τρόπον τοῦτον plane omisit, quae equidem cum sequentibus copulavi, quoniam alias sensum pervertunt. Philosophus tertium exemplum democratiae subjungit oligarchiae et tyrannidi. *Si qui etiam*, inquit, *in populari statu vivunt*, (*subito vero deinde mutatio reipublicae facta est*; hoc ex antecedente oratione repetendum est) *propter eandem rationem similiter dicendum est hujus respublicae acta esse, uti oligarchiae et tyrannidis.* Fefellit partim viros doctos formula dicendi ὁμοίως καὶ, cum ex latino more usitatius sit ὁμοίως ὥσπερ. Sed ὁμοίως καὶ solent dicere Plato, Xenophon, Aristoteles atque omnino Attici scriptores. Cf. Valcken. ad Herodotum 7, 50. Duker ad Thucyd. 7, 71. Heindorf. ad Platonis Theaet. p. 321. Giphanius tamen in annotatione sensum loci vidit et his verbis explicavit; *Verba illa, ut obscura, alii aliter reddunt: eorum tamen haec mihi videtur esse sententia: Quemadmodum acta in republica democratica habenda sunt acta civitatis democratia utentis, ita et acta reipublicae oligarchicae habenda esse civitatis oligarchia utentis, eademque est et tyrannidis et aliarum civitatum ratio, nimirum ut ex reipublicae forma civitatis acta aestimentur. Verum his nondum satis quaestio dissolvitur, quae sint acta civitatis, republica*

mutata. Videtur igitur Aristoteles subindicare, etiam republica mutata, civitatis nihilominus acta dici posse. Nam et prior et quae successit, est civitas. Itaque acta civitatis dici possunt etiam post mutatam rempublicam. Sed enim hoc diligentius quaeri solet, an ejusdem civitatis acta esse videantur, mutata republica. Atque ita princeps illa quaestio de actis civitatis non satis explicari potest, nisi cognita et hac quaestione, quando eadem civitas vel alia dicenda sit; de qua capite proximo. Haec copiosius exponenda putavi, quod Conringius in hoc loco haesit, et finem capitis lacunosum esse censuit.

οἰκεῖος ὁ λόγος] Aretinus *locus* vertit. Ramus *videtur propria illius quaestionis hic esse disputatio.* Lambinus: *videtur autem sermo, in quem nunc incidimus, ad hanc dubitationem accommodatus esse:* Rectius Giphanius: *Haec autem disputatio ad hanc quaestionem pertinere videtur.*

ἐπιπολαιοτάτη] *levissima investigatio dubitationis* Victorius, *potissime* Aretinus, *cujus rei perceptio facillima erit* Ramus: *hujus dubitationis ea quae maxime in promtu posita est quaestio* Lambinus. Rectius Giphanius: *cujus quaestionis explicatio ea quidem, quae maxime sit in promtu, de loco et hominibus. Fit enim ut dividantur locus et homines.* Deinceps πρᾳοτέρα ἀπορία veteri Interpreti *minor*, Aretino *levis dubitatio*, Ramo *facilior et expeditior*, Lambino dubitatio *lenior et mitior*, Giphanio *quaestio facilior* est, et εὐμάρεια τ. ζητήσεως *facilis explicatio*, Ramo *promtior explicatio*, Lambino *facilis ad explicandum quaestio:* Vetus Interpres *alleviatio.* Inepte Victorius *copia hujusce quaestionis.*

12. τὸν αὐτὸν τόπον] Camot. αὐτὸν omisit. Post τείχεσιν Aretinus verbum insertum vertit: *definitur hoc.* Ita fere etiam Lambinus; et Ramus *aestimari potest.* Atque omnino verbum aliquod deesse puto; nam vix licet μίαν adjungere vocabulo τείχεσιν, quae sola superest ratio defectus supplendi.

καὶ πᾶσα — ἡ πόλεως] Haec Aretinus separavit commodius, et post verba τι μέρος τῆς πόλεως apposuit, vertens *Similiter et quaecunque* etcet. Eundem ordinem tenuit Ramus. Narratio de Babylone capta a Cyro eadem extat apud Herodotum 1, 191. sed verba τρίτην ἡμέραν ibi non comparent. In-

epte Ramus ad h. l. annotavit: *Hic locus indicat post Alexandri victorias hos libros scriptos esse; et tamen permirum sit in his Alexandri nullam mentionem fieri.*

ποτὲ — ἔθνος] Isingr. Sylburg. πότε. Sequens ἔθνος omisit Camotiana et Aretinus.

13. πολιτῶν πολιτείας, γιγνομένης] Distinctionem vulgarem ubi post πολιτῶν inciditur, mutavi. Ita tollitur facile suspicionis causa Conringii, qui verba καὶ διαφερούσης τῆς πολιτείας tanquam superflua delenda censuit. Haesisse etiam videtur in hoc loco Lambinus, qui scripturam διαφερούσης πολίταις reddidit *et differt civibus.* Sed jungenda sunt et forte transponenda verba ἑτέρας καὶ τῷ εἴδει διαφερούσης. Distinctio vero mutanda erat ideo, quia non apparet cujus rei communio sit inter cives, nisi jungatur πολιτείας.

14. τῶν αὐτῶν φθόγγων, ἑτέραν] Comma post φθόγγων posui; intelligitur enim ὄντων; et recte Victorius vertit: *iisdem sonis existentibus.* Ita paulo postea est: καὶ πάμπαν ἑτέρων ἀνθρώπων.

λέγοιμεν ἄν, ὅτε — ὅτε] Victorius dedit λέγοιμεν ἄν, ὅτὲ — ὅτὲ. Aretinus vertit: *et modo doricam modo frigiam vocitamus:* quasi λέγομεν ὁτὲ μὲν — ὁτὲ scriptum legerit. Sane in editione Rami Hanoviae 1611. et D. Heinsii Lugd. Bat. 1621 et quae Heinsianam sequitur, Conringiana, atque inde derivatis ceteris Germanicis editionibus legitur scriptum λέγομεν, ἂν ὁτὲ μὲν ᾖ — ὁτὲ δὲ. quae scriptura cui debeatur, ignoro. Sed eandem aperte expressit vetus Interpres. Nostrum vertisse videtur Giphanius: *alium esse dicamus, ubi sit partim dorius partim phrygius.* Ceterum cum toto hoc loco Giphanius comparavit disputationem Jurisconsulti Alpheni, *quando idem judicium sit dicendum, an mutatis judicibus nihilominus eadem res et judicium sit habendum in l. proponebatur, ff. de judic.* Eandem monet esse quaestionem de grege, mutatis capitibus *l. grege ff. de leg.* 1.

διαλύειν] Intellige e superiore oratione τὰ συμβόλαια. Ramus *pactis stare,* Giphanius *pacta servari,* Lambinus recte *id quod ex conventione debetur dissolvere* vertit. Dicitur διαλύειν τὰ χρήματα, χρέα a Demosthene διαλύειν οἷς ὤφειλεν ab

eodem, δ. διαβολὴν χρήμασι a Thucydide, δ. τὴν δαπάνην ab Herodoto. Ex nostri Ethicis 8, 13. laudavit Budaeus οὐχ ὁμοίως δὲ καὶ συναλλάξας καὶ διαλυόμενος ἐγκαλέσει. Ibidem duobus aliis locis eadem significatio verbi est.

Ad Caput II.

ληπτέον] Camot. σκεπτέον. Victorius *consideranda est crasso modo*, Aretinus *sub compendio videre*, Ramus et Giphanius *adumbranda*, Lambinus virtus *rudi quadam imagine informata cognoscenda est*, Camerarius *designanda*. Ceterum Giphanius monet apud scriptores veteres etiam romanos, veluti Ciceronem libro 10. Epistolarum ad Atticum, civem bonum a viro bono separari solere.

ἀκριβέστατος ἑκάστου λόγος] *exquisita singulorum ratio* Victorio, *sermo proprius illius virtutis* Aretino, *propria oratio de unoquoque fit mentione virtutis ipsius* Camerario, *subtilissima ac perfectissima definitio, virtutis cujusque propria* Lambino, *subtilissima quidem singulorum ratio propria est virtutis* Giphanio: *ut nautae munere atque officio non parum inter se differunt, — sic ut omnes tamen nomine peculiari et a suo quisque opere dicantur, — et ut singuli eorum — virtutem quandam suam ac peculiarem habent, quae in hoc consistit, ut illorum quisque suo optime fungatur munere, — sicut aliqua communis omnium nautarum est virtus, quae ad unum atque eundem tendit finem* Heinsius vertit. Ramus a sensu loci plane aberravit. Victorius similem locum ex VII. c. 4. Nicomacheorum de victore Olympico, qui ἄνθρωπος nominabatur, posuit: ἐκείνῳ γὰρ ὁ κοινὸς λόγος τοῦ ἰδίου μικρῷ διέφερεν, ἀλλ' ὅμως ἕτερος ἦν; ubi Lambinus similiter vertit: *hujusce enim hominis definitio a definitione communis hominis perparum quidem discrepat, et est tamen ab illa diversa.* Plato Phaedri c. 52. p. 247. Heind. ἀθανάτου δὲ πεφασμένου τοῦ ὑφ' ἑαυτοῦ κινουμένου, ψυχῆς οὐσίαν τε καὶ λόγον τοῦτο αὐτό τις λέγων οὐκ αἰσχυνεῖται. quae Cicero Tusc. 1, 23. ita vertit: *quum pateat igitur, aeternum id esse, quod se ipsum moveat, quis est, qui hanc na-*

turam animis esse tributam neget? Λόγον igitur omisit. Plato Legum 10. p. 89. ᾧ δὴ ψυχὴ ὄνομα, τίς τούτου λόγος; ἔχομεν ἄλλον πλὴν τὸν νῦν δὴ ῥηθέντα, τὴν δυναμένην αὐτὴν αὑτὴν κινεῖν κίνησιν; ubi Ficinus *rationem* reddidit. Scilicet ut ibidem est p. 88. περὶ ἕκαστον τρία νοεῖν δεῖ, ἓν μὲν τὴν οὐσίαν, ἓν δὲ τῆς οὐσίας τὸν λόγον, ἓν δὲ τὸ ὄνομα. Similiter hic Aristoteles, sed pro οὐσίᾳ nominavit δύναμιν, pro ὀνόματι dixit ἐπωνυμίαν.

ὅμως δὲ] Vulgatum antea ὁμοίως, quod Aretinus cum vetere Interprete vertit, correxit Victorius Var. Lect. 36, 15. approbante Giphanio.

2. καὶ τῶν πολιτῶν] Aretinus πολιτειῶν vertit scriptum; Exemplo nautarum utitur noster Nicomach. 8, 9. αἱ μὲν οὖν ἄλλαι κοινωνίαι κατὰ μέρη τοῦ συμφέροντος ἐφίενται, οἷον πλωτῆρες μὲν τοῦ κατὰ τὸν πλοῦν, ἢ πρὸς ἐργασίαν χρημάτων ἤ τι τοιοῦτον. Hic vero scopum nautarum proximum et anteriorem illo vero et longinquiore respicit. Verba εἶναι πρὸς τὴν πολιτείαν Ramus eleganter vertit, *ut civis virtus referatur ad rempublicam.* Sic etiam Lambinus.

3. ἐπελθεῖν τὸν αὐτὸν] Aretinus *devenire licet ad eandem rationem.* Vetus Interpres *venire ad eandem rationem: licet dubitandi more eandem rationem percurrere* Victorius: *licet eandem quaestionem reipublicae optimae argumento tractare et concludere* Ramus: *eandem rationem pertractare et persequi licet de — dubitantibus* Lambinus: *alio quoque modo licet quaerere et eadem disputatione uti in optima republica* Giphanius. Omnium optime Ramus vertit. ἐπέρχεσθαι λόγον enim περί τινος non solum est differere de aliqua re, sed dicitur etiam ut ἐπιχειρεῖν, rationem vel argumentum concludere.

ἐπειδὴ ἀδύνατον] Vulgatum ἐπεὶ δ' correxit Sylburg. Vetus Interpres: *quia impossibile:* Victorius *quia fieri non potest.* Aretinus *sit vero impossibile.* Formulam hanc latine sic posuit Giphanius: *In optima republica omnes cives esse possunt et debent (nam alioqui non esset optima respublica) cives boni. At in eadem republica ut omnes quoque sint viri boni, fieri non potest: ergo viri boni et boni civis virtus non est eadem.* Ipsa ratio nititur partim ambiguitate graeci vocabuli ἀρετή, uti apparet vel ex isto loco τὸ καθ' αὑτὸν ἔργον εὖ ποι-

εἶν — ἀπ' ἀρετῆς. Similiter in hoc argumento variatur notio vocabuli σπουδαῖος; dicitur enim modo de bono ἀρετῇ τελείᾳ, interdum de bono ἀρετῇ πολιτικῇ.

4. κτῆσις] *patrimonium* Victorio, *acquisitio* Aretino, *possessio* Ramo, *res familiaris* Giphanio, *rei familiaris possessio* Lambino. Sequens δὲ ex Isingr. et Sylb. assumsi, quod cum Camotiana omisit Aretinus, Victorius, Montecatinus et improbavit Conringius. Postea κορυφαῖον *praecentorem et praesultorem* Camerarius, παραστάτην *secundarium et adjunctum* interpretabatur, *supremum et assistentem* Aretinus, *coriphaei et coriphaeo proximi* Ramus, *praesultoris et ei proximi* Lambinus, *praesultoris et proximi vel adjutoris* Giphanius. Sequens αὐλοῦς omisit vetus Interpres.

5. Ἀλλ' ἄρα ἐστιν] Vetus Interpres vertit: *Sed fortasse est.*

καὶ πολεμικὴν] Camot. Isingr. Casaub. πολιτικήν. Verum est in antiqua versione et in Aretini, et probarunt Victorius, Montecatinus, Lambinus, Giphanius, Sepulveda aliique.

μή μοι] Fragmentum Euripideum ex Aeolo integrius extat in Stobaei Florilegio, Titulo 45. monente Giphanio: μή μοι τὰ κομψὰ ποικίλοι γενοίατο, ἀλλ' ὧν πόλει δεῖ. Similis est sententia fragmenti 33. ex Antiopa: ἄλλοις τὰ κομψὰ ταῦτ' ἀφεὶς σοφίσματα, ἐξ ὧν κενοῖσιν ἐγκατοικήσεις δόμοις. Vetus Interpres vertit *quae vana altera sed:* Legit ergo scriptum τὰ κομψὰ ἄλλα, ἀλλ'. Idem deinceps scriptum εἰ δὴ ἡ αὐτὴ, vertit *si itaque eadem.*

τινὸς μέντοι πολίτου] Vetus Interpres deinceps addit, *sed potentis principari solius civis.* Legit igitur additum membrum ἀλλὰ τοῦ δυναμένου ἄρχειν μόνου πολίτου, quod mihi argumentationi bene convenire videtur.

6. Ἰάσων — πεινῆν] Tragicum Iasonem alicubi hoc dixisse suspicabatur Victorius, eumque versum respexisse Tiberium increpantem Agrippinam apud Suetonium c. 53. et Tacitum Annal. 4, 52. Victorium secutus Giphanius censebat narrationi Taciti melius congruere Iasonis verba si ποινῆν, ὅτε scripseris, verbum prius *puniri* interpretatus. Sed Victorii altera ratio cum Camerario praeferenda est et Iason Thessalus, de quo multa Xenophon, intelligendus est. Ceterum

terum Aretinus *graviter ferre* vertens ποιεῖν scriptum legisse videtur.

7. ἐπαινεῖταί γε] Aretinus *laudandum est*. Sequentia mendosa uti sunt verbotenus vertit Victorius; at Aretinus *ac praeclari civis virtus est posse praeesse et subesse*, etiam Lambinus *probi et spectati civis est posse*, et cum eo Sylburgius et Casaubonus εἶναι mutant in ἐστὶ, *ea virtus esse existimatur* Ramus, *virtus esse videtur* Giphanius. Igitur Zuingerus corrigebat πολίτου δοκεῖ μὲν ἡ ἀρετὴ εἶναι. Sed particula μὲν uti articulus ἡ abesse debet. Vetus Interpres *probati civis virtus est*, sed Thom. *esse* habet.

ἀμφότερα, καὶ οὐ ταὐτὰ δεῖν] Vulgo distinguebatur ἀμφότερα, καὶ οὐ ταὐτὰ, δεῖν. Victorius vertit *aliquando videtur ambo et non eadem oportere, qui habet imperium, discere, et qui imperio paret:* Aretinus: *cum ergo aliquando videantur utramque, sed non eandem eum qui imperat et eum qui paret addiscere debere.* Ramus: *Quod autem videtur hoc utrumque, tum eadem principi et subdito tenenda non esse.* Lambinus *quoniam igitur interdum utrumque horum videtur, nempe et non eadem eum, qui praeest eumque qui paret imperio, discere oportere.* Giphanius de loci obscuritate questus et mendosa verba esse suspicatus interpretes a loci sensu aberrasse ait. Ipse igitur ita vertit: *Quia igitur videtur is qui praeest, utraque debere scire, et non eadem quae is, qui paret, civis autem utraque scire et utraque participare; hinc id quis intelligat.* Sed haec in graecis verbis non sunt ita, ut ea posuit Giphanius, qui non plus vidit, quam ceteri, quos reprehendit. Equidem Montecatinum verum vidisse suspicor. Nempe post δοκεῖ ἀμφότερα repetendum ex antecedente oratione ἐπαινετά: quoniam vero utrumque laudatur et laude dignum censetur, (τὸ ἄρχειν καὶ τὸ ἄρχεσθαι ἐπίστασθαι), deinde καὶ (repete ἐπεὶ δοκεῖ) οὐ ταὐτὰ δεῖν, et quoniam videtur non necesse esse, ut eadem discat is qui imperat et is qui paret. Cetera statim expediam.

ἀμφότερ' ἐπίστασθαι καὶ μετέχειν ἀμφοῖν] Codd. Victorii cum antiqua versione ἀμφότερον habent. Sed equidem *ambo*

scire reperi in utroque exemplo versionis antiquae; *utraque* Aretinus. Ad sensum repete δεῖν.

τἀντεῦθεν — τις] Victorius vertit *hinc utique videre poterit aliquis*. Ramus *deinceps facile cognoscetur*. Lambinus *haec ex iis, quae jam dicentur, intelligere licet*. Giphanii versionem antea posui. Vetus Interpres: *et hinc utique considerabit aliquis*. Omnes igitur a sensu loci aberrarunt. Hinc factum, ut Giphanius de obscuritate quereretur, Conringius autem argumentationem mancam esse affirmaret. Solus recte Aretinus postrema reddidit: *quid sequatur, deprehendere quis potest*. Sequitur statim causa Ἔστι γὰρ etcet. Itaque voluit significare Aristoteles quaestionem solvi posse demum ex iis, quae statim subjungit. Similis est locus et dictio Cap. 3, 3. in quo pariter aberrarunt interpretes.

8. λέγομεν, ἃ] Dedi scripturam, quae in Zuingeri editione extat, et quam cum Lambino probavit et vertit Heinsius. λεγόμενα vulgo legitur, in Isingr. et Sylburg. λεγόμενα, ἃ. Vetus Interpres: *hunc autem* (principatum) *quae circa necessaria scire facere principem non necessarium*. Sed Thom. addidit *necessaria dicta*. Utraque legit ταύτην δὲ τὰ περὶ τὰ ἀναγκαῖα. Aretinus *hanc vero in iis, quae necessaria*.

ἐργασίαι] Recte Victorius *opera* vertit. Jam supra enim ἔργα et ἐργασίαι synonymice adfuerunt. *ministeria* Aretinus, *functiones* Ramus, *operae* Lambinus et Giphanius. Deinceps αὐτοὺς omisit Aretinus, αὐτὸ scribi voluit cum Montecatino Casaubonus.

δῆμον τὸν ἔσχατον] Recte Ramus et Lambinus *antequam democratia extrema extitisset*.

9. οὐ γὰρ ἔτι συμβαίνει] Aretinus *non enim amplius contingeret, esse alterum dominum*. Victorius *ita enim non amplius contingit fieri ut:* Ramus *nec enim jam illud retineretur, ut alius esset dominus:* Lambinus *non enim jam inter dominum et servum interesset:* Giphanius: *nam sic fiet amplius ut hic quidem sit dominus*. Hic igitur, uti Ramus et Lambinus, cum Aretino scripturam οὐ γὰρ ἂν ἔτι συμβαίνοι γίνεσθαι expresserunt, quae haud scio, an uspiam extet, certe falsa est et sententiae repugnat; quod sequens ἀλλ' ἐστί τις ἀρχὴ de-

monstrat; a quo membro vulgo novam periodum exordiuntur. Opifices illiberales si non solum cives fiunt, sed ad magistratus etiam sive ἀρχὴν admittuntur, et vicissim ἄρχοντες et ἀρχόμενοι fiunt, quamdiu quidem ἀρχόμενοι sunt, faciunt opera sua, tanquam servi, illiberalia et artem suam exercent. Hos vero imitari et eorum opera non necesse est reliquos cives tanquam ἀρχομένους pariter; quemadmodum dicitur bonum civem oportere scire et imperare et parere (ἄρχειν καὶ ἄρχεσθαι). Nam parere dicitur, facere opera parentium. Sed opera civium eorum, qui opificia faciunt alienos in usus et quaestus sui causa, nemo tenetur scire facere aut imitari vir bonus nec civis bonus. Communio enim ista civium opificum cum ceteris civibus alia et diversa est, quam ea, quae est inter dominum et servos opifices vel artifices; et genus imperii, cui parent cives inter se genere et libertate similes et pares, discrepat ab imperio domini in servos.

καὶ ταξιαρχήσαντα καὶ λοχαγήσαντα] Malui haec secludere ab Aretino omissa, quam cum Lambino scribere καὶ ταξιαρχεῖν ταξιαρχηθέντα καὶ λοχαγεῖν λοχαγηθέντα, quod orationis concinnitas omnino postulabat. Sed haec puto a Grammatico in margine addita fuisse, qui ordines et gradus militares enumerare et annotare volebat. Nisi ea ita tueri velis, ut interpreteris: Etiam is, qui λοχαγὸς jam fuit et ταξίαρχος, antea tamen sub imperio hipparchi et imperatoris discere debet imperare, quam hipparchus ipse et imperator fieri possit.

διὸ καὶ] Camot. διὸ λέγεται καί. Giphanus haec: διὸ — ἀρχθέντα omisit. Deinceps τούτων δὲ ἀρετὴ μὲν ἑτέρα referuntur ad praecedens ἄρξαι et ἀρχθέντα, unde repetendum ad pronomen τούτων erit τῶν ἀρχόντων καὶ τῶν ἀρχομένων.

10. τὸ τὴν — ἀμφότερα] Pro his Aretinus vertit: *scire recte se habere in utraque parte.* Ad sequens breve membrum καὶ ἀνδρὸς δὴ ἄμφω nihil deest, ut putabat Conringius. Consecutio enim est manifesta ex anterioribus.

καὶ εἰ ἕτερον] Victorii Codices εἰς ἕτερον dabant; vulgatum est pro εἰ καί, et Aretinus vertit *quanquam*.

τῦ ἀγαθῦ] Sepulveda in quibusdam exemplaribus deesse haec annotavit, et omisit, probante Giphanio et Conringio. Sententiae officiunt; ideo seclusi. Sed praeterea prior cum sequente sententia non bene copulata haeret; itaque mendum aliquod latere suspicor. Haec postquam scripseram, inspexi veterem versionem, ubi est: *etenim subjecti quidem liberi aut boni palam quod non una utique erit virtus.* Thom. tamen habet *liberi autem boni.* Ergo legit scriptum ἐλευθέρου δὲ τῦ ἀγαθῦ δῆλον. Quare non dubitavi copulare cum verbis ἐλευθέρου δὲ, quae vulgo post εἴη collocata leguntur. Deinceps ὥσπερ γὰρ ἀνδρὸς vertit idem vetus Interpres.

λάλος] Vulgatum ἄλλως (in aliis libris ἄλλος reperit) ex Codd. correxit Sepulveda assentiente Victorio et Lambino. ἄλλος defendit Giphanius interpretatus: *si admodum viri mulier sit modesta, alia videtur esse, id est immodesta potius quam modesta.* Doleo viro tam docto excidisse vocem hanc. Saltem ἄλλη esset. Aretinus *inhonesta* vertit. ἄκοσμος vel ἀκόλαστος antithesi magis convenire putabat Sylburgius. Rectius comparavit Zuingerus nostri locum 1. 8. γυναικὶ κόσμον ἡ σιγὴ φέρει, ἀλλ' ἀνδρὶ οὐκ ἔτι τοῦτο. Mulier igitur, etiamsi pauca loquatur coram viris, ἄκοσμος et λάλος videbatur. λάλος *loquax* vertit vetus Interpres.

οἰκονομία] *rei familiaris cura* Victorio, *administratio rei f.* Lambino. Deinceps δόξα ἀληθὴς *opinio vera* Victorio, Ramo, Aretino et Lambino, *bona opinio* Giphanio. φρόνησις est τῶν βουλευομένων et ἐπιτακτική, ut ait noster Nicomach. 6, 1. contra ἡ δόξα οὐ ζήτησις ἀλλὰ φάσις τις ἤδη· ὁ δὲ βουλευόμενος ζητεῖ τι καὶ λογίζεται. Hinc imperanti φρόνησις congruit, parenti δόξα ἀληθὴς, vera opinio et persuasio. Recte comparavit Victorius locum Platonis Legum 2, p. 59. φρόνησιν δὲ καὶ ἀληθεῖς δόξας βεβαίους, εὐτυχὲς ὅτῳ καὶ πρὸς τὸ γῆρας παρεγένετο cum Ciceronis versione libro 5. de Finibus bonorum 21. '*Praeclare enim Plato beatum, cui etiam in senectute contigerit, ut sapientiam verasque opiniones assequi possit.*

Ad Caput III.

πότερον ὡς ἀληθῶς] Vulgatum ὡς ἀληθῶς γὰρ, πότερον verterunt Victorius et Giphanius, ſenſu perplexo et obſcuro. Contra Ramus *ſupereſt adhuc quaeſtio an revera civis habendus ſit.* Aretinus etiam *utrum revera civis ſit is ſolum.* Ita Lambinus quoque. Non dubitavi igitur vitium apertum corrigere deleto γὰρ, quod ſi ſervare malueris, tum ita verba ſtruenda erunt: ἀποροῦσι γὰρ, πότερον ὡς ἀληθῶς. Etiam ipſe Victorius interpretatur vulgatam ita, quaſi noſtram ſcripturam ſequeretur.

τὴν αὐτὴν ἀρετὴν] Vulgatum τὴν τοιαύτην ita interpretatur Victorius ut addat, *qualem modo docuimus.* Sed hucusque Ariſtoteles non docuit quales virtutes ſint civis, ſed disputavit, num eadem ſit civis boni et viri boni virtus an diverſa; et docuit poſtremo loco, quomodo et eadem et diverſa virtus civis et boni viri virtus dici poſſit. Igitur τοιαύτη ἀρετὴ hic locum non habet. Quare levem medelam adhibui. Sententiam eandem ſtatim ſect. 2. repetens magis explicabit, ubi eſt: εἰ δὲ καὶ οὗτος πολίτης, ἀλλὰ πολίτου ἀρετὴν ἣν εἴπομεν, λεκτέον οὐ παντὸς etcet.

οὗτος γὰρ πολίτης] Omiſit haec Aretinus. Sane dura eſt oratio, cum τούτους — εἷς anteceſſerit. Ramus vertit *quoniam ex opificibus quoque cives efficiantur.*

2. ἐξ ὑποθέσεως] Aretinus et Victorius *ex ſuppoſitione* vertunt, Ramus vitavit, Lambinus *ex conditione et cum adjectione.* Giphanius *cum adjunctione.* Camerarius idem eſſe monet, quod ſupra πως; Iſingr. ἐκ προθέσεως habet, et Caſaubonus ἐκ προσθέσεως praeferebat, nullo modo ferendum.

ἀλλὰ πολίτου ἀρετὴν] Aretinus *quodſi hi cives, civis autem virtus eſt, quam diximus, dicendum;* Victorius et Ramus *profecto civis virtutem quam tradidimus:* Lambinus ἀλλὰ *attamen* vertit, *certe* Giphanius. Non ſolet ita particulam ἀλλὰ adhibere Ariſtoteles.

3. οἱ δὲ κοινῇ] Camotiana κοινοί. Deinceps ἔτι σκεψαμένοις ſcriptum vertit Aretinus *paulum adhuc conſiderantibus.*

αὐτὸ γὰρ φανὲν] Margo Isingr. ὃ φανερὸν φαμὲν, quod Montecatinus rejecit. Aretinus *hoc enim quod diximus id ostendit:* Omisit igitur verbum φανὲν, quod Victorius *cum apparuit* vertit, in annotatione vero interpretatur: *si id quod nunc non omnino clarum est, illustratum fuerit.* Ramus: *id enim quod sequitur expositum, declarabit quod dictum est.* Lambinus: *hoc ipsum enim in promtu positum id, quod a nobis dictum est, declarat.* Giphanius omnium pessime: *De his autem, quemadmodum se habeant, paulo amplius considerantibus, hinc erit perspicuum. Quod enim est expositum, si explicetur, erit planum.* Miror ad verba haec neminem adhaesisse interpretum, cum vitium eorum mihi manifestum esse videatur. Res enim et quaestio, de qua agitur, non apparet in verbis πῶς ἔχει; personae, de quibus, sunt in verbis περὶ τούτων, *de opificibus.* Interpretes plurimi πῶς ἔχει vertunt *quomodo ea se habeant*, uti Ramus, Lambinus, *quemadmodum in his res se habeat* Aretinus. Vocem ἐντεῦθεν hic omisit. *ex eo quod dicemus* vertit Lambinus. Mihi nulla superest dubitatio quin levissima mutatione τοὐντεῦθεν scribendum sit, ut Cap. 2. sect. 7. ἐπεὶ ἂν — τοὐντεῦθεν ἂν κατίδοι τις. Ἔστι γὰρ etcet. in quo loco pariter aberrarunt interpretes. Sequens φανὲν, ab Aretino etiam omissum, omnino superfluum est; igitur inclusi. Sententia loci haec est. *Id vero, quod ex dictis hucusque consequitur, si paulum consideraveris, statim manifestum fit, quomodo de hoc genere civium statuendum sit. Res enim ipsa, tantummodo verbis prolata, per se apparet et quaestionem explicat.*

4. καὶ οἱ πολλοὶ] *plerumque* Aretinus, *multi* Victorius et Giphanius, *permulti* Ramus, *plerique* Lambinus. Si *multi*, articulus οἱ delendus est; si *plerique*, adversatur experientia.

τῆς ἀγορᾶς — ἀρετῆς] *mercatura* Aretinus, Ramus et Lambinus vertunt, Giphanius *a foro id est taberna.* Pro ἀρχῆς male vetus versio ἀρετῆς reddidit. Infra libri 6, 7. τὴν μετάδοσιν τοῦ πολιτεύματος τῷ πλήθει γίνεσθαι — ἢ καθάπερ Θηβαίοι, ἀποσχομένοις χρόνον τινὰ τῶν βαναύσων ἔργων.

προσεφέλκεται] Aretinus: *adtrahuntur ad civitatem etiam peregrini. Est etiam lex in quibusdam civitatibus, ut satis sit*

ex cive matre esse genitum. Victorius ad ξένων intelligit τινάς, quod facit etiam Heinsius. Ramus: *peregrinorum lex et barbarorum probatur: natus nempe ex matre cive etcet.* Lambinus *peregrinos ad civitatem allicit atque invitat.* Giphanius *peregrini lege asciscuntur.* Mihi quidem genitivus ξένων displicet: Vetus Interpres *contrahitur* vertit.

5. ἀλλ' ἐπεὶ] Aretinus ἐπεὶ omisit, et verba εὐποροῦντες ὄχλου reddidit: *quodsi habundant.* ubi vulgo interfertum δὲ cum Camotiana et Isingr. omisi, nec id versio Victorii reddidit. Hoc non observatum Conringio lacunae suspicionem movit. Vetus Interpres *defectum habentes turbae* ἀποροῦντες ὄχλου omisso δὲ vertit.

ἀπὸ γυναικῶν] Camotianae γυναικὸς probarunt Montecatinus et Casaubonus, et sane melius congruit antecedentibus δούλου ἢ δούλης, et Aretinus singularem reddidit.

ἀμφοῖν ἀστῶν] Vulgatum αὐτῶν correxit Perizonius ad Aeliani v. h. 6, 10. Verum vertit etiam Aretinus: *ex matre solummodo cives, nec nisi ex utroque parente natos cives pro civibus habent.* Quin etiam Ramus *ex utroque parente cive procreatos.* Item Lambinus et Giphanius; sententiarum enim series ipsa lectorem cogit ad eam scripturam devenire. Victorius enim, quanquam vitiosum αὐτῶν, qua religione fuit, *ipsis* reddidit, in annotatione tamen verum posuit.

6. ἐποίησεν, ὡσεί τιν'] Victoriana verba ὡσεὶ — μὴ μετέχων post illa ἀλλ' ὅπου — ἐστὶν posita habet, eodemque ordine interpretatus est Aretinus, qui Homericum locum ex Iliade 9, 644. ita vertit: *tanquam inhonoratum quendam repticium repellunt.* Verbum igitur aliquod additum legit. Victorius autem monet veterem versionem ordinem veriorem secutam esse; hinc eum restituit Ramus, Lambinus, Heinsius et Conringius, quorum exemplum sequi debui. Giphanius solus deteriorem optavit! Verba veteris Interpretis sunt: *poetizavit ac si quendam inhonoratum post exurgentem.*

Πότερον μὲν οὖν] Quae hinc usque ad finem sequuntur, mire sunt vel disjecta vel vitiosa, quanquam Conringius, homo perquam suspiciosus, nihil admonuerit de vitio. At-

tamen is verba ἀλλ' ὅπου τὸ τοιοῦτον — ἐστὶν vitii vel lacunae ſuſpecta habuit; eademque Ramus longe aliter vertit, qui in margine libri haec annotavit: *Epilogus univerſae disputationis, ubi graecum exemplar corruptum eſt, veteris interpretis ſententiam qualemcunque ſecuti ſumus.* Is igitur eum locum reddidit ita: *Sed iſta civis ratio plerumque ignoratur; unde fit ut qui civitatem eandem habitent, cives exiſtimentur. Quod tamen abſurdum eſt, quia in civitate, qui honoris expers eſt, is velut inquilinus et profugus habetur. Quamobrem an diverſa virtus vel eadem ſit exiſtimanda, qua vir bonus civisque bonus appellatur, ex his eſt manifeſtum, quod alicujus civitatis bonus civis, non ſit idem bonus vir, alicujus ſit idem, isque non quivis, ſed is demum qui rempublicam vel ſolus vel cum aliis adminiſtrat.* Vides Ramum verba ὥσπερ γὰρ μέτοικος — μετέχων poſuiſſe poſt illud membrum ἀλλ' ὅπου — συνοικοῦντας ἐστί. Ex libris ſcriptis nulla varietas annotata eſt, niſi quod verba ἢ δυνάμενος εἶναι κύριος Aldina et Baſileenſis editio, item Aretini verſio et Ramus, antiquam verſionem, ut videtur, ſecutus, omittunt. Itaque ut ſuperflua ſecluſi. Praeterea ſtatim ab initio ſententiae deeſt verbum ἀρετὴν, quod ex antecedente oratione repeti non poteſt; ibi enim non eſt; interprètes tamen omnes adjecerunt, veluti neceſſarium. Omnia ita bene procedunt usque ad verba ὅτι τινὸς; abhinc enim oratio pendet et ſtructura verborum laborat. Poſſis quidem conjicere, καὶ τινος μὲν πόλεως ὁ αὐτὸς (ſcilicet ὁ ἀνὴρ ἀγαθὸς καὶ πολίτης σπουδαῖος) πολίτης, τινος δὲ ἕτερος, ut membrum hoc congruat cum initio πότερον — δῆλον ἐκ τ. εἰρ. ſed ſuperſunt iſta κἀκεῖνος οὐ πᾶς — ἐπιμελείας, iſta ratione non facile ad ordinem et conſenſum cum reliquis redigenda; potius ὅτι cum iſtis verbis copulandum eſſe videtur. Perſona etiam, quam deſignat pronomen κἀκεῖνος, etſi per ſe non obſcura eſt et facile conjectura elicitur, per verborum tamen conſtructionem abſtruſa latet. Intelligitur nempe is, qui vir bonus et civis bonus ſimul eſt et dici poteſt; eum vero ait in civitate aliter locum non habere, niſi magiſtratum gerat et imperium ſummum reipublicae vel ſolus vel cum aliis habeat. Vetus Interpres verba ἐκ τῶν εἰρημένων

omisit, deinde *κἀκεῖνος δ' ὀ πᾶς* scriptum legit, et vertit *et ille autem, non omnis.*

Ad Caput IV.

κύριον μὲν γὰρ πανταχοῦ] Ineptissime Conringius *κυρίου* scribendum censuit, cum vocem *πολίτευμα* prave intelligeret. Aretinus vertit *id quod ubique gubernat.* Victorius *pars quae regit ipsam.* Ramus *maximus ubique magistratus aestimatur civitatis administratione.* Lambinus male: *Administratio enim et gubernatio civitatis ubique potestatem atque auctoritatem obtinet.* Giphanius non melius: *Nam ordo civitatis est ubique ejus princeps: ordo autem est respublica.* Recte Heinsius: *Potestas autem summa penes eam partem semper est in civitate, quae potissimam in civitate auctoritatem habet, quaeque plurimum in ea potest. Atque hinc ipsa quoque reipublicae est forma.* Quem secutus est Garvius noster.

πολίτευμα δ' ἐστὶν ἡ πολιτεία] Haec omisit Aretinus. Ceteri interpretes quomodo sint interpretati, jam vidimus. Infra initio Capitis 5. est: *ἐπεὶ δὲ πολιτεία μὲν καὶ πολίτευμα σημαίνει ταὐτὸν, πολίτευμα δ' ἐστὶ τὸ κύριον τῶν πόλεων, ἀνάγκη δ' εἶναι κύριον ἢ ἕνα ἢ ὀλίγους ἢ τοὺς πολλοὺς* etcet. ubi ineptissime Lambinus: *quoniam autem civitatis administrandae forma et civitatis administrandae ratio idem significant, civitatis autem administrandae ratio est id quod in civitatibus dominatur summamque auctoritatem obtinet.* Paulo melius Ramus *quoniam respublica quidem et civitatis gubernatio idem significant, gubernatioque ipsa summus civitatum potentatus habetur.* Ita fere etiam Giphanius. Victorius *respublica et arbitrium urbis* vertens in annotatione monet, non idem significare utrumque vocabulum, sed notionem alterius ex altero esse aptam et eodem referri. Supra *πολίτευμα* dixisse id quod in sua manu ac potestate rempublicam habet ipsamque regit; *πολιτείαν* contra videri potius ordinem significare, quo illa regitur. Giphanius etiam ad istum locum annotavit, utrumque vocabulum non idem valere, sed differre. Nam *πολίτευμα* esse *summum imperium* vel *summam imperii*, uti Cicero et Juris-

conſulti vocant; πολιτείαν vero ipſam civitatis formam et deſcriptionem. Igitur quia πολίτευμα tanquam anima πολιτείαν conſtituit, et ex ſummo imperio πολιτεῖαι pendent et conſtituuntur, hinc verba Philoſophi interpretanda cenſet. Eſt igitur, uti puto, ταὐτὸν σημαίνει, quaerenti de numero, natura et diſcrimine civitatum, appellationes ipſae et nomina πολιτεία et πολίτευμα, quae ad unam eandem rem referuntur, indicabunt id quod quaerit. Diverſitatem notionis arguit etiam illud, quod pluribus deinceps locis dicuntur οἱ ἐν τῷ πολιτεύματι qui ſummum imperium habent.

δημοκρατίαις] Vulgatum δημοκρατικαῖς ex Aretini verſione cum Sylburgio et Caſaubono correxi. Deinceps τὸν αὐτὸν δὴ malebat Caſaubonus.

2. Ὑποθετέον δὲ] Camot. δὴ habet: *itaque* vertit vetus Interpres. Articulum τῆς ante ζωῆς abuudare putabat Conringius, qui tamen abeſſe non debebat. Deinceps εἴρηται δὲ κατὰ τοὺς π. λ. ſcriptum vertit vetus Interpres.

δεσποτείας] Aretinus *de domino et ſervo*, Victorius *de herili imperio*. Deinceps καὶ ὅτι Camot. Iſingr. Poſtea περὶ ἀλλήλων Camot. Iſingr.

3. ἐπιβάλλει — ἑκάστῳ] Aretinus *confert ſingulis*, Victorius *quanta pars cadit in unumquemque*. Ramus *pro ſua cujusque parte ad bene beateque vivendum*. Lambinus peſſime *quantum pro ſua quisque parte ad honeſte vivendi facultatem conferre poteſt*. Giphanius *quatenus ad quemque pertinet pars bene vivendi*. Contra vetus Interpres vertit: *in quantum adjacet unicuique pars ut vivatur bene*. Igitur aut ὥστε ζῆν καλῶς ſcriptum legit, aut ἕνεκα τοῦ ζῆν καλῶς.

καλοῦ μόριον] *pars honeſti* Victorius, cum Aretino, Lambino et Giphanio; an recte, docebit ipſe Philoſophus Nicomach. 9, 9. εἰ δ' αὐτὸ τὸ ζῆν ἀγαθὸν, καὶ ἡδὺ, ἔοικε δὲ καὶ ἐκ τοῦ πάντας ὀρέγεσθαι αὐτοῦ.

καὶ συνέχουσι] Aretinus *et continet*, Victorius *et tuentur*: Ramus: *atque fortaſſe praeter id quod civilis ſocietas hac ratione conſervatur, ineſt pulchrum aliquod*: Lambinus: *et civilem ſocietatem continent atque conſervant etiam in vivendo tantum*: Giphanius: *ſocietatemque civilem retinent etiam in*

vivendo tantum. Intelligere debemus οἱ ἄνθρωποι ad συνέχουσι, nisi cum Zuingero συνέχον τι scribere velis, qua correctione parum proficitur. Aretinus *et vivendi gratia solum* vertit. Ipse medelam vitii aperti nondum reperi, nisi συνέχει τὴν π. κοινωνίαν καὶ τὸ ζῆν καθ' αὐτὸ μόνον scribere malis. Postquam haec scripseram, inspexi veterem Interpretem, qui ita vertit, ut appareat eum scriptum h. l. ita in suo libro reperisse: ἕνεκεν αὐτοῦ, καὶ συνέχουσι — κοινωνίαν· ἴσως γὰρ — μόριον καὶ κατὰ τὸ ζῆν αὐτὸ μόνον etcet. Quam scripturam non dubitavi statim amplecti; igitur verba ἴσως — μόριον vulgo inepte post ἕνεκεν αὐτοῦ interserta, suum in locum restitui.

4. διελεῖν] Margo Isingr. διελθεῖν habet; deinceps post ἀρχῆς Camot. Isingr. Sylburg. γε inserunt; postea vulgatum διωριζόμεθα correxi e Camot. cum Casaubono. *cum sit determinatum* Aretinus vertit, *disseruimus* Victorius. De exotericis libris dicetur ad libri 7, c. 1.

5. καθ' αὐτὸ μὲν τῶν ἀρχομένων, ὥσπερ] Huic membro respondet alterum illud κατὰ συμβεβηκὸς δέ.

κἂν αὐτῶν εἶεν] Aretinus: *contingenter tamen et eorum qui praecipiunt esse possunt.* Ramus *fortuito autem etiam ipsorum;* Lambinus: *ex eventu vero etiam eorum, qui imperant, fuerit:* Giphanius *ex eventu vero et ipsorum sint gratia.* Victorius *ex accidente autem ipsorum quoque essent.* Ad comparationem si repetamus χάριν ἐστὶν, apparet orationem ita procedere: ὥσπερ — καὶ γυμναστικὴ καθ' αὐτὸ μὲν χάριν τῶν ἀρχομένων εἶναι; debebat igitur sequi κατὰ συμβεβηκὸς δὲ καὶ αὐτῶν χάριν εἶναι. Sed Philosophus variavit orationem, et dixit κ. σ. δὲ κἂν αὐτῶν (χάριν) εἶεν (ἡ ἰατρικὴ καὶ γυμναστική.) Comma igitur post δὲ sustuli, ne falsa distinctio sensum impediret.

6. ὅταν ᾖ — καθεστηκυῖα] Aretinus, quem sequitur Ramus *civilia imperia, cum sint — constituta:* igitur ὅταν ὦσι — καθεστηκυῖαι scriptum legit. Sed Victorius *quando respublica per aequalitatem — constituta fuerit;* ita etiam Lambinus; contra Giphanius *cum aequalitas et similitudo est inter cives.* Apparet plerosque omnes intellexisse πολιτεία ad verbum συνεστηκυῖα, quod vocabulum addi jussit Conringius. Loquitur autem Ar. de democratica republica.

πρότερον μὲν, ἢ πέφυκεν,] Nexum horum verborum non vidit Conringius. Tu repete ἦξίον vel ἐποίουν; huic membro reſpondet alterum νῦν δὲ διὰ etcet. Reſpicit hic ut ſaepius poſtremam Athenienſium democratiam, τὸν ἔσχατον δῆμον. Giphanius ἢ πέφυκε recte vertit *pro rei natura.* Sed λειτουργεῖν minus bene *deſervire,* Victorius *munus id obire,* Aretinus *munera ſubire,* Lambinus *munus publicum obire et ſuſtinere,* Ramus *alterum alteri mutuo miniſtrare.* Omnes infra notionem vocabuli ſubſtiterunt, quod magiſtratum ſignificat, qui munus publicum dum gerit, commodo publico et civium ſuorum inſervit cum damno etiam rei familiaris. Aretinus verba πρότερον μὲν omiſit.

τὸ ἐκείνου συμφέρον] Conjecturam Sylburgii τὸ κοινῇ recte Montecatinus et Conringius repudiarunt. Poterat etiam ἐκείνῳ ſcribi. Utrumque legitur Nicomach. 8, 10.

7. ἔσται κατὰ τὸ ἁπλῶς] Lambini verſio poſt ἔσται copulam καὶ interſertam reddidit, qua non eſt opus.

Ad Caput V.

ὀλίγους ἢ πολλοὺς] Vulgatum ἢ τοὺς πολλοὺς correxi deleto articulo, qui recte demum additur in altero membro ὁ εἷς ἢ οἱ ὀλίγοι ἢ οἱ πολλοί. Deinceps τὸ κοινὸν συμφέρον alibi dicitur τὸ κοινῇ σ. Joannes Stobaeus Eclog. ethic. p. 328. haec ita excerpſit: Ἄρχειν δ' ἀναγκαῖον τῶν πόλεων ἢ ἕνα ἢ ὀλίγους ἢ πάντας· τούτων δὲ ἕκαστον ὀρθῶς ἢ φαύλως ἔχειν· ὀρθῶς μὲν, ὅταν οἱ ἄρχοντες τοῦ κοινῇ συμφέροντος στοχάζωνται, φαύλως δὲ, ὅταν τοῦ ἰδίου. Τὸ δὲ φαῦλον παράβασιν εἶναι τοῦ ὀρθοῦ. Quae poterant hic dici de vocabulo πολίτευμα, jam ſuperius dicta fuerunt ad antecedens caput.

2. τὸ κοινὸν — πολιτεία] In Nicomach. 8, 10. τρίτη δὲ ἡ ἀπὸ τιμημάτων, ἣν τιμοκρατικὴν λέγειν οἰκεῖον φαίνεται, πολιτείαν δ' αὐτὴν εἰώθασιν οἱ πλεῖστοι καλεῖν. — ἐκ δὲ δὴ τιμοκρατίας εἰς δημοκρατίαν (μεταβαίνει)· σύνοροι γάρ εἰσιν αὗται· πλήθους γὰρ βούλεται καὶ ἡ τιμοκρατία εἶναι, καὶ ἴσοι πάντες οἱ ἐν τῷ τιμήματι· ἥκιστα δὲ μοχθηρόν ἐστιν ἡ δημοκρατία.

3. συμβαίνει δ' εὐλόγως] Ramus ex interpretatione Victorii vertit: *eaque nuncupatio merito accidit*: Giphanius *bona autem ratione id accidit*: Lambinus *probabili ratione hoc evenit.*

ἀλλὰ μάλιστα τὴν πολεμικὴν] Repete verbum ἠκριβῶσθαι ἐνδέχεται: praeterea praepositio πρὸς repetenda erit. Aretinus *sed maxime ad bellicam* (excellunt) vertit; legit igitur πρὸς τὴν πολεμικήν; *bellica tamen virtute multos excellere non difficile* vertit Ramus. Vetus Interpres ita: *ad summum omnis virtutis pervenisse difficile et maxime ad bellicam.* Is igitur pariter scriptum ἀλλὰ μάλιστα πρὸς πολεμικὴν legit. Igitur non dubitaveram praepositionem inserere: sed errore meo excidit.

καὶ μετέχουσιν αὐτῆς] Deesse aliquid ad sensum verum perficiendum, patet. Lambinus igitur μάλιστα inseri voluit, idque vertendo expressit. Ramus similiter *dominentur in ea:* Aretinus contra; *et in his ipsi illi qui sunt in possessione armorum.*

Ἡ μὲν γὰρ τυραννὶς] Vetus Interpres ἡ μὲν ἂν scriptum legit non inepte.

4. Δεῖ δὲ μικρῷ] Camot. Isingr. vetus versio μικρὸν habent, probante Montecatino et Casaubono. Sed ego in vetere Interprete scriptum reperi *paulo per longiora.*

ἑκάστην μέθοδον] Aretinus *circa singulorum disciplinam:* Giphanius *in quaque scientia:* Lambinus *institutione* posuit, *de quavis arte ac disciplina* Ramus.

μὴ παρορᾷν] Aretinus *nihil negligere*, Ramus *nil contemnere;* Lambinus *acriter et non negligenter rem de qua agitur, intueri.* Equidem μηδὲν π. malim.

5. δεσποτικὴ] Sylburg. ubique δεσποττικὴ malebat, cum quo non sentio.

πλείους, ὄντες εὔποροι] Cum Sylburgio Conringius malebat οἱ εὔποροι. At ita debebat esse πλείους ὄντες, οἱ εὔποροι mutata distinctione. Sed vulgata lectio et distinctio bene habet. In democratiae enim definitione princeps notio est τὸ πλῆθος; huic subjecta τὸ ἄπορον; igitur in exemplo contrario posito princeps notio est οἱ πλείους, cui adjicitur εὔποροι ὄντες.

εἴπου συμβαίνει] Vulgatum συμβαίνῃ Sylburg. in συμβαίνει mutatum voluit; equidem mutavi ad rationem antece-

dentis εἰ γὰρ εἶεν. Praeterea poſtremum illud οὐκ ἂν καλῶς — πολιτειῶν reſpondet duobus illis membris εἰ γὰρ εἶεν — κἂν ὦσι. Ceterum in his duobus exemplis dominari notionem τοῦ πλήθους, docet ſequens ſectio, ubi contra notio opum dominatur in exemplis, et cum opibus componitur numerus iisque adjicitur. Ibi reſpicitur exemplum contrarium hic poſitum duplex his verbis τὴν ἐν ᾗ πλείους εὔποροι καὶ ἐν ᾗ ἐλάττους οἱ ἄποροι, κύριοι, ubi ex ratione antea allata ſcribendum eſſe patet ἐν ᾗ πλείους οἱ εὔποροι — ἐν ᾗ ἐλάττους οἱ ἄποροι, niſi propter hiatum Philoſophus articulum οἱ a voce ᾗ remotum trajecit. Certe in priore membro etiam articulus poni debebat.

6. ἐν ᾗ πλείους οἱ εὔποροι] Articulum οἱ adjeci. Rationem ejus reddidi ad ſectionem priorem.

7. ῥηθείσας αἰτίας] *cauſas eſſe cur differant* Victorius vertit, Aretinus *ut hujusmodi cauſae non faciant differentiam*, Ramus: *quare paucitatis et multitudinis dictae cauſae non ſunt rerum publicarum differentiae, ſed differentia tota* etcet. Ramus tamen in textu poſuit διαφορᾶς, quod imitati ſunt Heinſius et Conringius. Contra Zuingerus Victorii διαφορὰς repetiit: Lambinus autem *ut ſint illae*, *quae dictae ſunt*, *diverſitatis cauſae*. Giphanius cum Ramo: *priores quoque cauſas non eſſe differentias.* Equidem cum Aretino, Victorio et Lambino ſentio; ideoque τῆς διαφορᾶς addito articulo ſcribendum fuit. Poteſt tamen fieri, ut philoſophus dixerit cauſas, quae faciunt differentias, improprie eſſe ipſas differentias rerumpublicarum, uti ſupra dixit πολίτευμα eſſe πολιτείαν, cum tamen proprie efficiat id discrimen πολιτειῶν.

8. τί τὸ δίκαιον τό τε ὀλιγαρχικὸν] Vetus Interpres additum ὂν vertit.

ἅπτονται — περιέχονται] Aretinus περιέχονται omiſit. Deinceps inepte πάντες pro πᾶν ſcribi voluit Zuinger. τὸ κυρίως δίκ. Victorius *quod proprie juſtum eſt* vertit, *omne juſtum proprie* Aretinus, *totum jus abſolute et perfecte* Ramus, *omne quod proprie jus eſt* Lambinus, *omne quod vere eſt jus* Giphanius.

τὸ ἴσον δίκαιον] Camotiana et Bas. ἴσον τὸ δίκαιον, quod cum Casaubono probavit Lambinus.

καὶ [γὰρ] ἴσται] Isingr. et Lambinus recte omittunt γὰρ, quod seclusi, uti fecit Ramus, ut membrum hoc priori sit aequale. Sequens τὸ οἷς Aretinus reddidit *auferunt personis*. Victorius *quibus inquam*, Lambinus *nempe quibus:* Ramus *personarum rationem nullam habent:* Giphanius *hoc quibus detrahunt*. Membrum καὶ τὸ ἄνισον — τοῖς ἀνίσοις omisit vetus Interpres.

19. τὸ δίκαιον τισὶ] Intellige ἐστίν; Ramus *cum juris quaedam ratio in personis sita sit, eodemque modo aequalitas et in rebus et in personis dividatur.* Aretinus: *itaque cum justum aliquibus et divisum sit, eodem modo in rebus et personis, ut diximus:* Lambinus: *quare quoniam justum aliquibus est justum, eadsmque distinctio adhibenda est in rebus atque in personis.* Giphanius: *quare cum jus est quibusdam, et eodem modo dividitur, et in rebus et quibus:* cum quo fere facit Victorius. Equidem comparato loco simili infra c. 7, 1. ubi eundem quaestionem tractat, et Nicomacheorum 5, 4 et 5, ubi copiose τοῦ δικαίου notio explicatur, hoc loco scribendum censeo: ἐπεὶ τὸ δίκαιον τί τισι, καὶ διῄρηται τὸν αὐτὸν τρόπον ἐπὶ τῶν πραγμάτων ἃ καὶ οἷς. Ita enim τὸ δίκαιον in personis et in rebus geminam habebit partitionem, et inutilis copula τε, cui nihil respondet, tolletur. Videant doctiores!

ὅλως ἴσοι·] Intellige οἴονται εἶναι. Paulo antea ἐλευθέριοι dedit Camotiana et Isingr. quod ferri non potest.

10. εἰ μὲν — συνῆλθον — μετέχουσι] Victorius *si namque — communicarunt — contulerunt, tantum participant.* Ita etiam Lambinus. Contra Aretinus, Ramus, Giphanius *si enim possessionum gratia societatem iniissent, tantum caperent civitatis:* quos secuti sunt Schlosser et Garve. Ita vero μετέχουσι vitiosum est; debebat enim esse μετεῖχον ἄν. Vulgatum si teneas, δικαίως vel simile vocabulum tamen addendum esse videtur.

τῶν ἐπιγινομένων] Recte Lambinus *quae postea accesserunt et lucri facta sunt.* Paulo antea μνᾶν ἕνα τὸν scriptum legit et vertit antiquus Interpres.

εἰ δὲ μήτε — εὖ ζῆν] Intellige ex superioribus εἰ δὲ μήτε τοῦ ζῆν μόνον ἕνεκεν συνῆλθον. Ceterum de nexu et consecutione sententiarum laborarunt Montecatinus et Conringius, eique ut succurrerent, εἰ δὲ mutatum voluerunt in ἢ δὲ, quod nullo modo ferri potest. Manifestum est enim hoc εἰ δὲ respondere priori εἰ μὲν, deinde huic primo μήτε respondet illud μήτε συμμαχίας ἕνεκεν. Singulis his duobus membris interponuntur sententiae, alteri quidem plures; quae fecerunt, ut Philosophus tandem coepta verborum structura excideret. Nam redit ad institutam rationem demum in illis verbis sect. 11. Ἧι καὶ φανερὸν, ὅτι δεῖ etcet. Quodsi tamen longiores illas parentheses et dissolutam membrorum structuram omnino ferendam non existimes, alia emendandi ratio esse non videtur, nisi ut εἰ δὲ plane tollas. Aretinus verba καὶ γὰρ ἂν δούλων — προαίρεσιν omisit.

μήτε συμμαχίας ἕνεκεν] Repete συνῆλθον. Sequens σύμβολα Aretinus *commercium* vertit, *tesserae* Victorius. Mox vero Aretinus *pacta* vertit. Vetus Interpres hic *contractus*.

11. εἰσὶ γοῦν] *nempe* Aretinus, *igitur* Victorius et Giphanius, *enim* Lambinus, *nam* Ramus, vertit. Conringius γὰρ malebat, non ego. περὶ συμμαχίας Aretinus vertit *circa mutuam societatem*.

πᾶσιν ἐπὶ] Aretinus haec omisit, deinceps κοινῇ scriptum *communiter*, postea ἕτεροι παρ' ἑτέροις reddidit *alii apud alios*. Omnino si verum est prius πᾶσιν, nec fortasse scribendum fuerit ἐπὶ πᾶσι τούτοις, tum profecto etiam duce Aretino cum Sylburgio et Casaubono ἑτέροις scribendum.

μηδὲ μοχθηρίαν ἔξει μηδεμίαν] Verba ἔξει μηδεμίαν omisit Victoriana et Zuingeriana, vertit tamen Victorius cum Aretino et vetere Interprete: et sunt in Aldina et Basileensi. Deinceps Victorianum ἀδικήσαντιν propter antecedens ἔσται correxi. Sed video Ramum, Heinsium et Conringium verum dedisse: Zuingeriana sequitur Victorianam. Vetus Interpres omisso πολιτικῆς vitiosum διακονοῦσι vertit *ministrant*.

γίνεται γὰρ — τῶν ἄλλων] Vetus Interpres *de aliis* vertit. Victorius: *aliter enim haec communio fit bellica societas ceterorum omnium*: in annotatione posuit: *fit enim con-*

conjunctio haec societasque praeter id quod dictum est, ceterarum rerum omnium. Ramus: *bellica siquidem societas communitas est quaedam belli foedere conjunctorum aliorum cum aliis, loco tantum differentium.* Lambinus: *Alioqui civium societas fit belli gerendi societas, ab aliis sociis longe distantibus loco tantum differens.* Giphanius: *Nam societas esset bellica quaedam aliorum societas, loco tantum disjuncta eorum, qui longe inter se absint, sociorum.* Loci difficultatem sensit Zuingerus, qui συμμαχία ἀλλήλων scribi voluit. Sed dubito, an graece ita dici possit; deinde nihil hac emendatione proficimus ad difficultatem omnem explicandam. Probavit tamen eam Conringius, qui deinceps συμμαχιῶν malebat. Equidem post exemplum societatis et communionis propter commercia contractae commemorari nunc puto exemplum alius societatis belli caussa contractae. Itaque suspicor scriptum fuisse: γίνεται γὰρ καὶ ἡ συμμαχία κοινωνία τῶν ἄπωθεν συμμάχων, τόπῳ διαφέρουσα μόνον τῶν ἄλλων· (nempe κοινωνιῶν.) Quodsi Victorianam rationem cum Giphanio et Schlossero sequaris, tum scriptum oportuit: γίγνοιτο γὰρ ἂν ἡ κοινωνία συμμαχία, τῶν ἄλλων (nempe συμμαχιῶν) τόπῳ διαφέρουσα μόνον τῶν ἄπωθεν συμμάχων. Possis etiam ex interpretatione Victorii aliam rationem inire: ἄλλως γὰρ γίνεται ἡ κοινωνία συμμαχία, τόπῳ διαφέρουσα μόνον τῶν ἄπωθεν συμμάχων. *Alioquin fit haec civium communio bellica societas, quae loco tantum discrepat ab ejusmodi communione sociorum longe disjunctorum.* Cum hac quidem ratione sequens etiam sententia optime mihi congruere videtur.

συνθήκη, [καὶ] καθάπερ] Interpositam importune copulam Camot. et Aretinus omittunt; igitur seclusi. Vetus versio habet, sed Th. omisit. Sententia ipsa connexa haeret cum priore, ita ut antea eam emendandam et explicandam dixi.

12. τοσοῦτον ἄπωθεν] Camot. Isingr. Casaub. εἶεν addunt. Sed fortasse id pertinet ad sequens membrum, tanquam scripturae varietas.

ἀλλ' εἴησαν] Vulgatum εἰ ἦσαν ex veteris Interpretis verbis *sed si essent* (ubi Versoris textus habet *sed etiam es-*

ſent) et Aretino correxi poſtulante ſententia, uti fieri voluerunt Sylburgius et Caſaubonus. Deinceps οἷον ἁ μὲν omiſſo εἰ Camot.

ἄλλοτι τοιῦτον] Aretinus *alter aliquis hujusmodi:* finem ſententiae ita reddidit: *nec ſic quidem civitas adhuc foret.* Itaque ſcriptum legiſſe videtur: ἐδ' ἔτω πῶ πόλις ἂν ἤδη εἴη.

13. ὡς ἐπιμαχίας] Sylburgius Caſaubonus et Conringius συμμαχίας praeferunt. Sed ἐπιμαχία differt a συμμαχία, uti docet Schol. Thucydidis ad 1, 44. Cf. dicta ad Xenophontis Cyrop. 3, 2, 23.

ἐ μὴν, — ἤδη πόλις] Vetus Interpres ἐστὶν ἤδη πόλις ſcriptum vertit.

ταῖς οἰκίαις καὶ τοῖς γένεσι] Victorius et Giphanius, *et domibus et familiis:* Aretinus *et domibus et generibus:* Ramus cum Lambino *familiis et gentibus.* Recte hoc poſtremum.

14. διαγωγαὶ τῦ συζῆν] Aretinus *converſationes familiarum:* Victorius *oblectationes ſimul vivendi cauſa:* Ramus: *familiaritates convictus gratia:* Giphanius: *congreſſus una vivendi cauſa:* Lambinus *una vivendi conſuetudines et congreſſiones:* φρατρίαι Aretino *ſodalitia,* Ramo *ſodalitates,* Lambino *curialium ſodalitates* Giphanio *curiae.* Ita φρατρίαν interpretatus eſt Dionyſius Halicarnaſſeus in Antiq. Romanis, monente Camerario. Tribus, φυλαὶ, habuerunt ſuas φρατρίας; haec vero diviſae erant in γένη et habebant adſcriptos γεννητάς. Ajunt γένη vel gentes fuiſſe triginta in unaquaque φρατρίᾳ Athenis, ubi Ζεὺς φράτριος et Ἀθηνᾶ φρατρία culta fuit, teſte Platone in Euthydemo.

γενῶν καὶ κωμῶν] *familiarum et vicorum* Victorius cum Giphanio, *generum pagorumque* Aretinus, *ex gentibus et vicis* Ramus, *generum et vicorum* Lambinus: *familias et vicos* interpretatur Camerarius, κώμας vero in urbe quae graece etiam ἄμφοδα dicantur. Sed Victorius rectius videtur κώμας rurales intelligere, quibus relictis οἰκίαι et γένη, familiae et gentes, coeunt ad ſocietatem in urbem.

15. πλεῖον ἢ] Victorianum πλεῖστον repetiit Zuinger, quanquam verſio Victorii πλεῖον reddidit, quod eſt in Camot. Iſingr. Sylb. et verſione veteris Interpretis et Aretini.

κατὰ πλῦτον μὲν] Propter sequens κατ' ἀρετὴν δὲ inserui μέν.

Ad Caput VI.

ἔδοξε γὰρ, νὴ Δία] Isingr. Sylb. et aliae Edd. cum vetere Interprete ἔδοξε γὰρ ἂν, νὴ Δία. Ramus ἂν seclusit, Conringius damnavit. Recte. Sequens δικαίως omisit Aretinus.

πάντων ληφθέντων] *si ex omni populo* Ramus, *si ex omnibus civibus* Lambinus vertit. Ut exemplum hoc differat a priore, intelligendus est numerus civium simpliciter; in priore enim divites et pauperes comparabantur.

2. ἀδίκως] Ita Isingr. Sylb. Lambinus, Ramus, Heinsius, Conringius. Victorius δικαίως habet, quod sequitur Zuingerus, Montecatinus, Casaubonus, Giphanius et Conringius. Vetus versio *injustas* habet, sed exemplar Thomae appositum *justas*.

Ἀλλ' ἄρα — ταῦτα] Editiones quaedam veluti Victorii et Rami ἄρα — ταῦτα habent. *ergone* vetus Interpres.

καὶ θάτερον ἄρα] Pessime Aretinus vertit: *et cetera ergo.* Deinceps πάντα φαῦλα καὶ οὐ σπουδαῖα scriptum vertit vetus Interpres *non studiosa.*

3. Ἀλλ' ἵνα] Aretinus: *Sed numquid unus debet?* Legit igitur Ἀλλ' ἆρα, sequens ὀλιγαρχικώτερον vertit *gravius.*

ἄνθρωπον εἶναι] Victorius cum Montecatino dedit: ἄνθρωπον εἶναι, ἀλλὰ μὴ νόμον, φαῦλον, ἔχοντά γε — φυγήν. Ἂν οὖν ᾖ. Aretinus vertit: *Dicet aliquis legem dominari debere, non autem hominem, in quem cadant animi perturbationes.* Scriptum is legit in suo Codice: φαίη τις ἂν κύριον εἶναι δεῖν τὸν νόμον, ἀλλὰ μὴ ἄνθρωπον, ἔχοντά γε etcet. Non male! Camotiana cum Victoriana faciens κύριον, ὅλως νόμον φαῦλον habet, et sequens τὰ cum Isingr. omisit. Ordinem nostrum dedit Isingr. Sylb. Lambinus, Ramus, Heinsius, Conringius. Vetus Interpres plane hanc scripturam confirmat.

4. ἔσται τὶς ἕτερος λόγος] Vulgatum ἔστω correxi. Infra pluries eadem dictione utitur.

δόξειεν ἂν λύεσθαι] *videtur solvi posse* Aretinus, *et tractari et in quadam quaestione versari* — *videatur* Ramus: *videatur esse expeditum ac solutum* Lambinus: *dissolvi posse videatur* Giphanius. Camerarius mendum subesse suspicatur, sensum autem hunc esse censet: incidere quaedam, de quibus quaeri posset, quae et explicanda sint, et quorum explicatio a veritate non abhorreat. Conringius hoc unum bene vidit, post ἔχειν excidisse μὲν, quod inserui. Ego si vulgatam tueri oportet, nihil aliud desidero nisi δεῖν inserendum post λύεσθαι; quod feci, ut locus inclaresceret.

οἷον τὰ συμφορητὰ] Comparationem eandem cum sententia repetiit in libro hoc extremo, ubi quaedam annotabimus.

ἔχειν] Aretinus ἔχει *habet* vertit, deinceps γίνονται *fiunt*. Sed infinitus modus pendet ab antecedente ἐνδέχεται. Quanquam video Victorium in versione posuisse *usu venit habere*. Sequens καὶ ante πολλὰς omisit Camotiana et Isingr.

ἕνα ἄνθρωπον τὸ πλῆθος] Victorius *unum hominem numero*. Aretinus vocem πλῆθος omisit. Ramus: *multitudo ipsa fiet velut homo, quemadmodum multis pedibus, multis manibus multis sensibus, sic variis moribus variisque ingeniis praeditus.* Lambinus: *eosque congregatos et multitudinem illam fieri tanquam unum hominem — itemque multis moribus et cogitationibus praeditum* Cum Ramo et Lambino sentit Camerarius jungens τὸ πλῆθος συνελθόντας non insolenti figura. Ordo igitur et structura verborum haec erit: καὶ γίνεσθαι τὸ πλῆθος συνελθόντας ὥσπερ ἕνα ἄνθρωπον πολύποδα κ. πολ. κ. π. ἔχοντα αἰσθήσεις, οὕτω καὶ περὶ τὰ ἤθη καὶ τὴν διάνοιαν. Sed statim apparet, deesse in membro extremo articulum οὕτω καὶ τὰ περὶ τὰ ἤθη etcet. Giphanii versionem nemo intelligat. Denique repertum in vetere Interprete συνελθόντων restituere in locum vulgati συνελθόντας non dubitavi. Indidem articulum τὰ inserui.

5. κάλλιον ἔχειν] Pendet a superiore φασί. Aretinus tamen *habet* vertit. κεχωρισμένον veteris Interpretis scriptura mihi etiam placet.

περὶ ἐνίων.] Sylburgii ἐπὶ placet, nisi ἵνα malis. Formulam ὡς ἔπος εἰπεῖν vertit Victorius *ut ita loquar* Lambinus *paene dicam*, Giphanius *ut ita dicam.* Camerarius cum aliis posuit locum Platonis Legum 2, p. 66. εὑρήσεις αὐτόθι τὰ μυριοστὸν ἔτος γεγραμμένα ἢ τετυπωμένα (οὐχ ὡς ἔπος εἰπεῖν μυριοστὸν ἀλλ' ὄντως) τῶν νῦν δεδημιουργημένων οὔτε τι καλλίονα οὔτ' αἰσχίω.

6. πλούσιοι μόνοι] Haec verba exciderunt in Victoriana altera et Zuingeri Editione, reddidit tamen versio Victorii et Aretini. Ex Camot. Isingr. Sylburgiana inseruit Ramus sed uncis inclusa quasi spuria, quod imitati sunt Heinsius Conringius et qui eos sequuntur.

ἀδικοῖεν ἂν — ἁμαρτάνοιεν] Vulgatum ἀδικεῖν ἂν — ἁμαρτάνειν ἂν αὐτοὺς mutavi. Infinitus enim modus non habet, unde pendeat. Ferrem, si esset ἀσφαλὲς εἶναί φασιν. Victorius *injuste se gererent — ipsi laberentur.* Similiter Aretinus *injuriarentur — errarent.* Aliter tamen vulgarem lectionem latina oratione consequi non potuerunt. Sed αὐτοὺς Aretinus non reddidit, nec Lambinus, nec Giphanius: *modo decepti gravius offendant* Ramus. Pro πολεμίων vetus Interpres στάσεων scriptum vertit *seditionibus.*

τῆς ὀλίγης] Intellige τῆς μὴ καθαρᾶς καὶ φαύλης.

8. Ὁμοίως δὲ τοῦτο], Repete δόξειεν ἂν εἶναι. Deinceps ὥσπερ γὰρ scriptum vertit vetus Interpres. Postea τοιοῦτοι καὶ περὶ πάσας Camotiana. ἀρχιτεκτονικὸς medicus Victorio est is, qui artem quidem ipse tenet, nec tamen curat aegrotos lectosve eorum frequentat, ut δημιουργός, sed admonet minores medicos, qui ipsum consulunt, qua ratione in hoc aut in illo morbo curando uti debeant. ὁ πεπαιδευμένος illi est, qui nec artis praecepta accurate cognovit rationemque totam, sed tantum quasi tinctus est illa scientia et usu quodam ipsius crebrisque animadversionibus morborum aliquam speciem retinet medici. Ad confirmandam priorem utramque interpretationem adhibet locum Ciceronis in Epistola ad Varronem 9, 2. *Non deesse si quis adhibere volet, non modo ut architectos, verum etiam ut fabros, ad aedificandam rempublicam, et potius libenter occurrere.* In explicandis vero τοῖς πεπαιδευ-

μένοις Victorius a vero aberravit. Comparavit ipse locum nostri in primo Nicomacheorum et in Prooemio librorum de Partibus animalium, sed non apposuit. Camerarius cum aliis medicum δημιουργὸν interpretatur empiricum, qui satis experientia exercitatus ipsa tamen artis scientia destituatur. Quam interpretationem improbat Victorius; ipse contra eum esse vult, quem nos medicum practicum appellare solemus. Τὸν πεπαιδευμένον Camerarius ait esse solertem atque eruditum, quod ad artem medicam attinet, quamvis illam nequaquam profiteatur; eumque ab εἰδότι differre, quem ipsum etiam ἀρχιτεκτονικὸν dici putat. Posuit deinde locum ex Prooemio, de Partibus hunc: περὶ πᾶσαν θεωρίαν καὶ μέθοδον — δύο φαίνονται τρόποι τῆς ἕξεως εἶναι· ὧν τὴν μὲν ἐπιστήμην τοῦ πράγματος καλῶς ἔχει προσαγορεύειν, τὴν δὲ οἷον παιδείαν τινά· πεπαιδευμένου γάρ ἐστι κατὰ τρόπον τὸ δύνασθαι κρίνειν εὐστόχως τί καλῶς ἢ μὴ καλῶς ἀποδίδωσιν ὁ λέγων· τοιοῦτον γὰρ δή τινα καὶ τὸν ὅλως πεπαιδευμένον οἰόμεθα εἶναι, καὶ πεπαιδεῦσθαι τὸ δύνασθαι ποιεῖν τὸ εἰρημένον· πλὴν τοῦτον μὲν περὶ πάντων ὡς εἰπεῖν τινὰ κριτικὸν νομίζομεν ἕνα τὸν ἀριθμὸν ὄντα, τὸν δὲ περί τινος φύσεως ἀφωρισμένης· εἴη γὰρ ἄν τις ἕτερος τὸν αὐτὸν τρόπον διακείμενος τῷ εἰρημένῳ περὶ ἓν μόριον. Posuit etiam locum e Nicomacheis hunc: ἕκαστος δὲ κρίνει καλῶς ἃ γιγνώσκει, καὶ τούτων ἐστὶν ἀγαθὸς κριτής· καὶ ἕκαστος ἄρα ὁ πεπαιδευμένος, ἁπλῶς δὲ ὁ περὶ πᾶν πεπαιδευμένος. Denique τοὺς εἰδότας a πεπαιδευμένοις distinctos, eosdem esse censet, quos ἀρχιτεκτονικοὺς dicit Aristoteles, quanquam Plato in Alcibiade τοὺς εἰδότας καὶ πεπαιδευμένους junxerit. Giphanius ἀρχιτεκτονικὸν medicum principem vocat, et interpretatur physicum, quem vulgo vocent; δημιουργοὺς dici ait velut opifices illos, quibus ille tanquam ministris praescribat; ut chirurgos et vulgo dictos apothecarios; tertium esse, qui habeat medicinae quandam cognitionem, sed ex usu tantum. De ἀρχιτεκτονικῷ dicetur infra ad librum septimum. Nunc pono locum nostri Nicomacheorum initio. πολλῶν δὲ πράξεων οὐσῶν καὶ τεχνῶν καὶ ἐπιστημῶν πολλὰ γίνεται καὶ τὰ τέλη — ὅσαι δ' εἰσὶ τῶν τοιούτων ὑπὸ μίαν τινὰ ἀρετὴν, καθάπερ ὑπὸ τὴν ἱππικὴν χαλινοποιητικὴ καὶ ὅσαι ἄλλαι τῶν ἱππικῶν ὀργάνων ἐστίν· αὕτη δὲ καὶ πᾶσα

πολεμικὴ πρᾶξις ὑπὸ τὴν στρατηγικήν· τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον, ἄλλαι ὑφ' ἑτέρας· ἐν ἁπάσαις δὲ τὰ τῶν ἀρχιτεκτονικῶν τέλη πάντων ἐστὶν αἱρετώτερα τῶν ὑφ' αὐτά· τούτων γὰρ χάριν κἀκεῖνα διώκεται. — πειρατέον τύπῳ γε περιλαβεῖν αὐτὸ (τὸ τέλος τῶν πρακτῶν, ὃ δι' αὐτὸ βουλόμεθα) τί ποτ' ἐστὶ, καὶ τίνος τῶν ἐπιστημῶν ἢ δυνάμεων. Δόξειε δ' ἂν τῆς κυριωτάτης καὶ μάλιστα ἀρχιτεκτονικῆς. Τοιαύτη δὴ καὶ ἡ πολιτικὴ φαίνεται. Hic locus apertissime docet, quem ἀρχιτεκτονικὸν intelligere debeamus; δημιουργὸς igitur non solum cum fabro comparabitur, sed cum reliquis etiam opificibus et artificibus, quorum opera utitur architectus in domo aedificanda. οἱ πεπαιδευμένοι videntur mihi esse, quos Cicero *intelligentes* dicit Verrinae 4, 14. ubi est de scypho: *et me hercule ego antea, tametsi hoc nescio quid nugatorium sciebam esse, ista intelligere, tamen mirari solebam, istum in his ipsis rebus aliquem sensum habere. — At ita studiosus est hujus praeclarae existimationis, ut putetur in hisce rebus intelligens esse.* Ibidem c. 21. *ut intelligatis in homine intelligentiam esse non avaritiam; artificii cupidum non argenti fuisse.*

9. τὴν αἵρεσιν] Intellige τ. ἀ. τῶν ἀρχῶν. Sequens μετέχουσι περὶ ἐνίων elliptice dici videtur, et intelligendum τῆς ἐπιστήμης. Ramus: *tametsi de nonnullis — imperiti quidam judicant*: Lambinus *etsi enim de quibusdam — judicandi facultatem habeant nonnulli etiam idiotae et imperiti*: Giphanius rectius: *nam etsi de quibusdam quoque operibus et artibus intelligunt et idiotae quidam.* ἰδιῶται dicuntur non imperiti, sed qui artem ipsi nec profitentur nec faciunt, quanquam eam didicerint. Ita ἀσκητῇ seu athleticam colenti et exercenti opponitur ἰδιώτης in Xenophontis Memor. 3, 12, 1 et 3, 7, 7.

συνελθόντες ἢ βελτίους] Vetus Interpres ἢ omisit.

10. οὔτε μόνον ὁ ποιήσας] Aretinus brevius: *non solum is qui fecerit recte judicat et qui habet artem.*

αὐτῇ κρινεῖ] Camotiana αὐτοῦ, quod habet etiam Basil. et Casaub.

11. ἀρχὰς ἄρχουσιν] Camotiana et Casauboniana ἔχουσιν habent. Paulo antea ταμιεύουσι vetus Interpres vertit *prae-*

sunt operibus, et hic statim ἀπὸ μειζόνων scriptum vertit *a majoribus*.

12. καὶ ὁ δῆμος] Expectabas ἡ ἐκκλησία. Sed iterum paulo post est: ἐκ γὰρ πολλῶν ὁ δῆμος καὶ ἡ βουλὴ καὶ τὸ δικαστήριον.

ἀρχὰς ἀρχόντων] Victoriana et Zuingeriana ἐχόντων, nostrum est in Isingr. Sylburg. et vetere versione, unde duxerunt Ramus, Heinsius et Conringius.

13. οὐδὲν ἧττον] Haec vertit Aretinus *nihil adeo ut leges recte positas debere dominari.* Unde apparet eum scriptum ita legisse h. l. uti Lambinus correxit: ὅτι δεῖ οὐδὲν ἧττον κειμένους ὀρθῶς τοὺς νόμους εἶναι κυρίους. De lege sententiam eandem dixit Plato in Politico sect. 33. p. 172. ed. Fischeri.

πλὴν τοῦτό γε] Haec usque ad verba seclusa vulgo trajecta et posteriore loco legebantur, contra seclusa ante haec collocata erant. Ego vero ordinem sententiarum et nexum inquirens reperi sic esse ordinanda verba uti feci. Contra seclusa illa non solum supervacanea sunt, sed male etiam cum reliquis nexa haerent. Aretinus h. l. ita vertit: *superest anterior dubitatio: atque tales esse leges quales sunt respublicae necessarium est, pravas vel studiosas, justas vel injustas: et hoc unum manifestum oportere ad speciem reipublicae leges esse accommodatas. Quod si ita sit, patet, quod leges illas quae ad rectas gubernationes accommodatae sunt, necesse est esse justas, illas vero, quae ad earum labes, esse non justas.* Vetus Interpres in ordine nihil mutavit, sed verba ἀλλὰ γὰρ καὶ ὁμοίως vertit: *sed si similiter*.

Ad Caput VII.

1. ἐν τῇ κυριωτάτῃ πασῶν] Vetus Interpres paulo antea μέγιστον δὴ scriptum reperit. Nicomacheorum l. 1. ἐν ἁπάσαις δὲ (τέχναις καὶ ἐπιστήμαις) τὰ τῶν ἀρχιτεκτονικῶν τέλη πάντων ἐστὶν αἱρετώτερα τῶν ὑφ' αὐτά· τούτων γὰρ χάριν κἀκεῖνα διώκεται. — Εἰ δή τι τέλος ἐστὶ τῶν πρακτῶν, ὃ δι' αὐτὸ βουλόμεθα, τὰ δ' ἄλλα διὰ τοῦτο, καὶ μὴ πάντα δι' ἕτερον αἱρούμεθα· — δῆλον ὡς τοῦτ' ἂν εἴη τἀγαθὸν καὶ τὸ ἄριστον· — πειρατέον τύπῳ

γε περιληφθῆναι αὐτὸ τί ποτ' ἐστί, καὶ τίνος τῶν ἐπιστημῶν ἢ δυνάμεων; δόξειε δ' ἂν τῆς κυριωτάτης καὶ μάλιστα ἀρχιτεκτονικῆς· τοιαύτη δὲ καὶ ἡ πολιτικὴ φαίνεται. De notione vocabuli ἀρχιτεκτονικὴ supra dixi, cujus vim declarat omnium optime locus Platonis in Politico ſ. 31. p. 169. Fiſch. ubi politicam vocat τὴν βασιλικὴν ἀρχὴν τῶν ἐπιστημῶν εἶναί τινα ἔφαμεν — ἀλλὰ κριτικὴν δήπου τινὰ καὶ ἐπιστατικὴν ἐκ τῶν ἄλλων προειλόμεθα. Ceterum huic loco apodoſin deeſſe ſtatuit Giphanius, ſed eſt ea in verbis τίνων δ' ἰσότης et ſequentibus, parumper ea ſtructura verborum obſcurata, ita tamen ut eam agnoſcere liceat. Nec poſſum aſſentiri Camerario, Lambino et Sylburgio, qui ſublata particula δὲ, quae in Camerarii Codice deerat, conſecutionem ſententiae manifeſtiorem fieri cenſebant. Ita enim oratio ipſa fiet hiulca et ſententiarum ſingularum nexus laborabit. Aretinus *certe* vertit.

τί γὰρ καὶ τισὶ — φασὶ] Haec in unam ſententiam conjunxit Victorius et cum verbo φασὶ copulavit. Lambinus aliter: *nam et quid jus et quibus ſit jus, et aequalibus aequale eſſe oportere oſtendunt.* Ramus: *quae in Ethicis quid et quibus juſtum ſit et aequalibus aequalia diſtribuenda eſſe demonſtrant, quadamtenus aſſentiantur; idcirco ſane conſiderandum eſt, qualium rerum probanda ſit aequalitas, qualium item inaequalitas.* Giphanius: *aliquid namque et aliquibus eſt jus atque aequalibus aequale eſſe ajunt. Quarum autem rerum* etcet. Apparet eum ſcriptum legiſſe τὶ — τισί. Sed ita ſententiarum nexus et verborum ſtructura magis etiam fit perplexa et obſcura. Ramus importunum illud γὰρ omiſit, et ſententiam τί καὶ τισὶ τὸ δίκαιον copulavit cum illis verbis ἐν οἷς διώρισται. Quae ratio mihi omnium facillima videtur vitii manifeſti emendandi. Sed praeterea verba περὶ τῶν ἠθικῶν ſuſpecta mihi ſunt, et ex margine irrepſiſſe in locum alienum videntur. Obiter eandem quaeſtionem attigit ſupra cap. 5, 9. ubi ſimilis difficultas verborum occurrit. Giphanius omnia haec τί γὰρ καὶ τισὶ τὸ δίκαιον· ſpuria cenſebat.

2. καὶ τὸ κατ' ἀξίαν] Copulam tollendam cenſeo. Ita etiam cenſuit Ramus, vertens: *diſparibus enim diſparia jura et quidem pro dignitate tribui.*

καθ᾽ ἑτέρων τῶν ἀγαθῶν] Sunt enim perfonae et res, quae coloris bonitate et praeftantia, alia figura et magnitudine, bona aeftimantur.

Ἡ τοῦτο] Ita cum Victorio Lambinus: ceterae Edd. ἢ fine interrogatione habent; Conringius tamen ἢ cum interrogatione. Vide ad fect. 10.

3. ὑπερέχουσι πλέον] Pluralem numerum refer ad illa duo, ἀγαθά, τήν τ᾽ εὐγένειαν καὶ τὸ κάλλος, quamvis fingularis antea adfuerit ἕκαστον ἐκείνων ἀγαθόν ἐστι.

4. εἰ γὰρ μᾶλλον τό τι μέγεθος] Victorius *fi namque magis quaedam magnitudo:* Aretinus *nam fi magis aliqua magnitudo.* Lambinus: *nam fi magis eft tale quod aliqua magnitudine tale eft, quam illud quod aliis rebus praeftat;* Ramus: *nam fi qua magnitudo magis fuerit, effe poterit omnibus etiam comparabilis.* Giphanius, *fi magis eft, quod aliquam magnitudinem habet.* Videntur igitur omnes maluiffe verba ita collocata effe εἰ γὰρ μᾶλλόν τι τὸ μέγεθος, quam fcripturam et ipfe praefero. Pro διαφέρει vetus Interpres *differat* vertit.

τοσόνδε γὰρ μέγεθος — ἴσον] Vetus Interpres: *fi melior valentior tanta, palam quod aequalis.* Deinde idem fcriptum κατὰ πᾶσαν ἰσότητα vertit. Totum hunc locum perobfcurum ait effe Giphanius, et Ramus in margine annotavit: *Ratio magis eft mathematica, quam perfpicua!* Sequuntur tamen omnes interpretationem a Camerario pofitam et lineari etiam figura illuftratam. Ex hac ratione poftrema illa τοσόνδε δῆλον ὡς ἴσον fignificant: *apparet effe etiam aliquod tertium* μέγεθος, *in quo res ceterum difpares fibi fint pares.* Garvius nofter haec ita vernacule vertit: *Wenn von einer gewiffen Sache diefe Quantität für mehr werth angefehen wird, als eine beftimmte Quantität einer andern; fo mufs es auch gewiffe Quantitäten von beiden geben, wo fie einander als gleich angefehen werden.*

6. πλήν] *nifi quod* Victorius, *hoc tamen intereft, quod* Aretinus et Ramus: *verumtamen* Lambinus, *praeter quod* Giphanius. Ad verba εἰκεῖσθαι καλῶς repete ἀδύνατον.

μάλιστα δικαίως] Camerarius alibi legi ait μάλιστ' ἀναγκαίως. Sequens ἀμφισβητοίησαν Isingr. Sylburgius, Ramus, Heinsius et Conringius mutarunt in ἀμφισβητήσειαν.

7. πάντων ἴσον ἔχειν] Camotiana ἴσων habet, Aretinus ἴσων ἴσον *parium par habere* vertit. Conringius malebat πᾶν τὸ ἴσον sensu plane contrario, et deinceps καθ' ἕν τι μόνον ὄντας.

ὡς ἐγγὺς ἀλλήλων] Intellige ὄντες, nisi excidit. Victorius explicat sententiam ita: *arbitrantur enim ingenui omnes se non valde inferiores esse nobilibus, quamvis non tantam generis claritatem habeant, putantque cunctos, qui liberi sunt, posse non sine causa haberi nobiles.* Contra Zuingero videtur Aristoteles ad exercitia illiberalia atque sordida respexisse. Liberos scilicet et nobiles simili fere ratione ad se trahere imperii jus, quoniam nullam servilem artem exercent. Cum Victorio facit Giphanius et comparat locum supra 1, 4. αὐτοὺς μὲν γὰρ οὐ μόνον παρ' αὐτοῖς (i. e. οἴκοι) εὐγενεῖς ἀλλὰ πανταχοῦ νομίζουσι, τοὺς δὲ βαρβάρους οἴκοι μόνον· ὡς ὄν τι τὸ μὲν ἁπλῶς εὐγενὲς καὶ ἐλεύθερον, τὸ δ' οὐχ ἁπλῶς. Mihi vero neutra ratio satisfacit; nec video cur liberorum mentio sit facta; nec affinitatis rationem positam intelligo magis quam Conringius, qui ἐγγὺς τῶν πόλεων scribendum suspicabatur. Video tamen simile quid inesse loco infra sect. 10. ὁμοίως δὲ καὶ τὸν εὐγενείᾳ διαφέροντα τῶν ἀμφισβητούντων δι' ἐλευθερίαν, ubi iterum liberi cum nobilibus de imperio certare dicuntur propter libertatem tanquam ἐγγὺς ἀλλήλων ὄντες.

ἡ δ' εὐγένεια] Zuingerus ἡ τ' εὐγ. malebat. Sequens οἴκοι omisit Aretinus, et vetus Interpres vertit: *apud quoscunque habetur honorabilis.*

8. Ὁμοίως δὲ] Vulgatum δὴ mutavi auctore Plutarcho de nobilitate p. 399. ed. Wolfii. Aretinus *similiter quoque dicimus.*

καὶ γὰρ κρείττους] Male apud Plutarchum πλείους legitur. Male etiam Victoriana et Zuingeriana πλουσιώτεροι dant.

9. λέγω δὲ] Camot. Isingr. δὲ omittunt. Deinceps οἱ εὐγενεῖς addito articulo scribendum censeo propter aequalitatem.

ἡ μὲν διὰ πλουσίων] Vitium Victorianae ὁ μὲν non repetiit Zuingeriana. Statim vero διὰ τῶν πλουσίων scribendum videtur, uti sequitur διὰ τῶν σπουδαίων.

ἀλλ' ὅμως σκοπητέομεν] Vulgatum σκοπῶμεν correxi cum Sylburgio. Camot. Isingr. σκοποῦσι μὲν habent. σκοπῶμεν reddiderunt vetus Interpres, Aretinus et Lambinus. Aretinus ὅμως omisit.

10. τὸν ἀριθμὸν εἶναι] Camotiana εἶναι omisit, uti articulum τὸν ante τρόπον.

ἢ τὸ ὀλίγοι — ἢ τοσοῦτοι] Victorius *an qui dicti sunt pauci — vel tot numero sunt:* Aretinus *an considerare oportet. — aut tot esse oporteat.* Lambinus *an paucitas — an tot esse debent.* Ita etiam Ramus et Giphanius. Similis dubitatio fuit supra sect. 2. ἢ τοῦτο ἐπιπόλαιον, quae tamen hoc loco minor est, propter repetitionem ejusdem particulae. In Platonis Dialogis haec ratio dicendi frequens est, ubi semper ἦ scribendum esse disputavit Heindorf ad Parmenidem p. 221. Sed de ipsa sententia membri alterius gravior est dubitatio, quomodo sit interpretandum. Deesse verbum aliquod agnoverunt interpretes omnes et vertendo supplerunt. Equidem non dubito sublato altero ἢ scribendum esse: εἰ δυνατοὶ διοικεῖν τὴν πόλιν τοσοῦτοι τὸ πλῆθος, ὥστ' εἶναι πόλιν ἐξ αὐτῶν. De eadem re Cap. 8. initio est: πλείους μὲν ἑνὸς μὴ μέντοι δυνατοὶ πλήρωμα παρασχέσθαι πόλεως. Vetus Interpres: *vel hoc quod pauci ad opus oportet considerare, si possit habitari civitas, vel quod tanti.*

Ἔστι δ' ἀπορία τις] Ramus vertit: *est enim controversia inter hos competitores, qui de civilibus honoribus inter se dissident.* Pessime! Deinceps verba ita ordinavit vetus Interpres: δῆλον γὰρ πάλιν, ὡς εἴ τις εἷς. Postea vulgo post ἁπάντων ἐστὶ sequebatur δῆλον ὅτι, quae verba recte delenda censuit Camerarius, nec vertit Aretinus; igitur delevi.

11. Ταὐτὸ δὲ τοῦτ' ἴσως] Vetus Interpres scriptum ταὐτὸ δὲ τούτοις vertit *idem autem his accidet.*

τῶν ἐν τῷ πολιτεύματι] Male Victorius *qui sunt in ea republica.* Similiter Aretinus. Rectius solus Lambinus *qui*

in administratione reipublicae boni sunt. Quid differat πολίτευμα a πολιτεία, supra fuit explicatum.

Οὐκοῦν εἰ καὶ] Exemplum hic poni democratiae, recte vidit Victorius et ceteri interpretes; sed verba ipsa ab initio sana equidem non praesto. Quo pertinet enim insertum γε?

12. ὀρθὸς ἐστι] Male Camot. Isingr. ὀρθῶς habent. Deinceps ὁμοίως δὲ καὶ πρὸς τοὺς κατὰ πλοῦτον dedi cum Isingr. Sylburgio, Ramo, Heinsio et Conringio. πρὸ omisit Victorius et Zuingerus: κυρίους τοῦ πολιτεύματος iterum male interpretes plerique omnes reddiderunt.

13. βούλονται] Equidem γε addendum fuisse puto. Sequens ὅταν — τὸ λεχθὲν Conringio lacunam arguere visum est, quoniam nihil tale praecesserit. Victorius autem his verbis significari ait, *multitudinem illam non esse omnino agrestem et imperitam.* Quod mihi a sententia philosophi videtur alienum plane esse. Potius dicere videtur, quando accidit id quod modo dictum est, ut et οἱ βέλτιστοι et τὸ πλῆθος de jure summae imperii inter se certant. Schlosser putat significari eam conditionem, quam posuit supra sect. 8. εἰ πάντες εἶεν ἐν μιᾷ πόλει, οἱ τ' ἀγαθοὶ καὶ οἱ πλούσιοι καὶ οἱ εὐγενεῖς ἔτι δὲ πλῆθος ἄλλοτι πολιτικόν.

ἴσως, τὸ δ' ἴσως ὀρθὸν] Victorius *aequaliter rectum*, Aretinus *aeque rectum*, Lambinus cum Giphanio ineptissime *fortasse* bis vertit. Bene Ramus: *Rectum autem ipsum aequalitatis mensura metiendum est.*

κατὰ δὲ τὴν ἀρίστην] Vulgatum πρὸς correxi. Aretinus *secundum* vertit, Victorius vulgatum quidem vertit, sed in annotatione nostrum interpretatur, et sic ceteri interpretes.

Ad Caput VIII.

1. τίς ἐστιν εἷς] Vetus Interpres omisit εἷς. Idem postea ταύτης μέρος πόλεως scriptum vertit.

πλήρωμα πόλεως] De eadem re dictum Cap. 7. sect. 10: ἀδικήσονται est pro ἀδικηθήσονται positum.

2. Ἀντισθένης] Antiſthenis Socratici libros morales enumeravit Diogenes, fabulam inde excerptam de concione a leporibus convocata nemo alius attigit.

ἐστρακισμὸν] Vim rei optime explicat narratio Ciceronis Tuſculan. 5, 36. *Eſt apud Heraclitum phyſicum de principe Epheſiorum Hermodoro, univerſos ait Epheſios eſſe morte multandos, quod, quum civitate expellerent Hermodorum, ita locuti ſint: Nemo de nobis unus excellat, ſin quis exſtiterit, alio in loco et apud alios ſit. An hoc non ita fit in omni populo? nonne omnem exſuperantiam virtutis oderunt?*

3. οὐ γὰρ ἐθέλειν] Apollodorus Bibliothecae 1, 9, 19. Φερεκύδης δὲ αὐτὸν ἐν Ἀφέταις τῆς Θεσσαλίας ἀπολειφθῆναι λέγει, τῆς Ἀργοῦς φθεγξαμένης, μὴ δύνασθαι φέρειν τὸ τούτου βάρος.

τὴν Περιάνδρου Θρασυβούλῳ] Deſiderabis δοθεῖσαν, quod vertendo Aretinus ſupplevit. Memoria lapſum Ariſtotelem reſponſum Periandro tribuiſſe, quod Herodotus 5, 92. adſcribit Thraſybulo, recte monuit Victorius.

4. κολούειν] Vulgatum κωλύειν *prohibere* vertit vetus Interpres, ſed emendavit Victorius Var. Lect. 4, 5. Aretinus id ipſum κολούειν videtur *tollendo* vertiſſe.

παρὰ τὰς συνθήκας] Male Camot. περὶ. De Samiis, Chiis et Lesbiis quae narrantur, confirmat hiſtoria Thucydidis. ἐπικόπτειν, quod ſequitur, idem ſignificat quod κολούειν, accidere, frangere, labefactare.

5. πρὸς τὸ ἴδιον] Ex poſteriore membro aſſumendum ἀγαθόν. Victorius tamen vertit: *ad proprias utilitates*, Aretinus *ad propriam utilitatem* quaſi συμφέρον additum legiſſent.

ἐπισκοποῦσαι] Malit forſitan aliquis ἀποσκοποῦσαι. Similis dubitatio infra libro, qui ſeptimus numeratur c. 5, 6. περὶ δὲ πλήθους — πρὸς τὸν βίον ἐπισκεπτέον τῆς πόλεως. ubi Camotiana ſimplex σκεπτέον, Iſingr. Sylburgius ἀποσκεπτέον habent. Aretinus h. l. *reſpiciunt act.* vetus Interpres *intendentes.*

ὅτι δὴ] Vulgatum οὐδὲ δὴ correxi propter antecedens geminum ὅτι.

6. οἰκείας ἕνεκεν ἀρχῆς] Inſerui ἕνεκεν, quod interpretes omnes reddiderunt, nec deeſſe tamen debet.

δεύτερος δὲ πλοῦς] Camerarii Codex dabat *δεύτερος δ᾽ ἂν πλοῦς συμβῇ, τοιούτῳ* etcet. Proverbialem locutionem usurpavit etiam infra libro 5. et Nicomacheorum 2, 9. *ἐπεὶ οὖν τοῦ μέσου τυχεῖν ἄκρως χαλεπὸν, κατὰ τὸν δεύτερόν φασι πλοῦν τὰ ἐλάχιστα ληπτέον τῶν κακῶν.*

7. *ὅπερ ἔοικε πεφυκέναι, πείθεσθαι*] Vulgatam distinctionem *ὅπερ ἔοικε, πεφυκέναι* correxi cum Lambino, Ramo, Heinsio, Conringio. Victorius vertit: *quod videtur, natos esse omnes ad parendum.* Ita etiam Aretinus. Recte Lambinus: *quod videtur ita comparatum esse natura.* Saepiuscule in his libris occurrit *ᾗ πέφυκε.*

Ad Caput IX.

1. *Δεῖ δὲ*] Vetus Interpres *δὴ* vertit *itaque*, et deinceps *ἔν τι γένος* scriptum legit.

2. *οὐκ ἔστι δὲ κυρία πάντων*] Camerarius scribendum censuit *ἔστι δὲ ἡ κυρία πάντων.* Sed non necesse esse puto. Potestatem regum Laconicorum eodem modo enarravit Xenophon in libello de Laconica republica.

αὐτοκράτωρ] Vulgatum *αὐτοκρατέστερον*, quanquam ad duos reges Lacedaemoniorum possit referri, tamen propter sequens *ἀΐδιος*, ex conjectura Victorii correxi. Vetus Interpres etiam *imperialis* vertit.

εἰ μὴ ἐν ταῖς] Vulgabatur *εἰ μὴ ἔν τινι βασιλείᾳ, καθάπερ ἐπὶ τῶν ἀρχαίων ἐν ταῖς πολεμικαῖς ἐξόδοις ἐν χ. ν.* Victorius verbotenus, uti solet, haec vertit, et *ἐν χειρὸς νόμῳ resque gerebatur.* Aretinus contra: *vitae enim necisque alicujus non habet potestatem, nec dum bellum gerit ut etiam apud antiquos fuisse videtur: quod ostendit Homerus.* Hic me in vestigium verae lectionis perduxit. Aliena enim verba ista *ἔν τινι βασιλείᾳ* in Codice suo scripta non reperit, reliqua etiam meliore ordine posita vertit. Sed jam olim Victorius haec verba suspecta habuit mendi. *Non enim*, inquit, *significat certum quoddam regni genus, sed potius definitum tempus aut locum, id est cum in castris versatur.* Giphanius ea plane omisit, ita vertens h. l. *Neque enim vitae necisque jus nisi,*

ut antiquis temporibus, in bellicis expeditionibus manu habent.

ἐν χειρὸς νόμῳ] Interpretem veterem secutus Sepulveda ἐγχειρος νόμῳ junctim scribi voluit, quem multis exemplis collatis refutavit Victorius Var. Lect. 36, 12. Male tamen interpretatus est formulam ipse et Giphanius, qui recte in annotatione posuit: *licuisse iis regibus sua manu tempore belli vel quoslibet interficere.* Structura verborum haec est: κτεῖναι γὰρ ὁ κύριος, εἰ μὴ — ἐν χειρὸς νόμῳ (κτεῖναι κύριός ἐστι). Camerarius ἐν χειρῶν νόμῳ scriptum malebat. Ineptissime dictionem hanc Sepulvedam secutus vertit Lambinus et Ramus. Vetus Interpres habet *promtus potens lege.*

ἀπάνευθε μάχης] Vetus Interpres ἠνείχετο vertit *deprimebatur*, deinde: *quem ego videro fugientem e prelio.* Aretinus additum habet *fugientem conspexero non sibi sat erit fugere canes.* Igitur cum Camotiana in suo libro addita reperit verba quae inserui φεύγοντα κιχείω. Vulgo nunc in loco Homerico Iliadis ε, 391. legitur: ἐθέλοντα νόσφι μιμνάζειν παρὰ νηυσὶ κορωνίσιν, ὅ οἱ ἔπειτα ἄρκιον etcet. unde ad sensum et versum perficiendum ἔπειτα inserui. Eundem locum noster posuit in Nicomacheis 3, 11. (aliis 8.) de fugientibus e praelio timidis: ἀναγκάζουσι γὰρ οἱ κύριοι, ὥσπερ ὁ Ἕκτωρ. ὃν δέ κ' ἐγὼν ἀπάνευθε μάχης πτώσσοντα νοήσω ὅ οἱ ἄρκιον ἐσσεῖται φυγέειν κύνας· καὶ οἱ προτάττοντες, κἂν ἀναχωρῶσι, τύπτοντες, τὸ αὐτὸ δρῶσι, καὶ οἱ πρὸ τῶν τάφρων καὶ τῶν τοιούτων παρατάττοντες· πάντες γὰρ ἀναγκάζουσι. Hectori igitur ibi tribuit eadem fere verba. Sed in Iliadis 15, 348. haec sunt Hectoris verba: ὃν δ' ἂν ἐγὼν ἀπάνευθε νεῶν ἑτέρωθι νοήσω, αὐτοῦ οἱ θάνατον μητίσομαι, — ἀλλὰ κύνες ἐρύουσι πρὸ ἄστεος ἡμετέροιο. Neutro in loco apparent verba Πὰρ γὰρ ἐμοὶ θάνατος, argumento, nos multis verbis minorem etiam hunc locum Homericum a Grammaticis accepisse. Posterioris quidem loci verba uti nunc scripta leguntur, prosaicam orationem magis sapiunt, quam poetam illum, a quo prior est locus profectus, in quo illustrando egregius Heynius variam lectionem e Camotiana editione annotatam non est recordatus.

3. δυ-

3. δουλικώτερα εἶναι τὰ ἤθη φύσει] Ita cum Victorio Zuingerus et Giphanius et Montecatinus. Contra δουλικώτεροι εἶναι τὰ ἤθη Hungr. Sylburgius, Lambinus, Ramus, Heinsius et Conringius, structura verborum faciliore et rectiore, uti postremum δυσχεραίνοντες docet. Igitur eam suscepi, utpote confirmatam a vetere Interprete. Aretinus vertit: *Ob id enim, quia magis aptae sunt ad serviendum nationes barbarorum quam Graecorum et eorum qui incolunt Asiam, quam eorum qui Europam, perferunt servile jugum aequo animo.* Denique οὐδὲ δυσχεραίνοντες Camotiana habet.

πατρικαί] Vulgatum πάτριαι correxi e superioribus. πάτριοι malebat Sylburgius. Deinceps διὰ τοιαύτην αἰτίαν scriptum vertit vetus Interpres.

4. [τὸ] ξενικόν] Cum Sylburgio articulum inserui.

5. αἰσυμνῆται] Aretinus *esinetas.* De his eadem paene verba Theophrasti, discipuli Aristotelis, posuit Dionysius Halic. 5, 73. Apud Plutarchum Solonis c. 14. amici legumlatori suadentes, ut summum imperium assumeret, ostendunt βασιλείαν γεγενημένην πρότερον μὲν Εὐβοεῦσι Τυννώνδαν νῦν δὲ Μιτυληναίοις Πιττακὸν ᾑρημένοις τύραννον.

6. μέλει] Camotiana omisit, idem fecit Montecatinus; igitur seclusi. Aretinus *in quodam loco suorum carminum* vertit.

κακοπατρίδα] Aretinus *obscuri generis*, Victorius *exitiosum patriae*, Lambinus *in humili et misera patria natum*, Ramus *perniciosum patriae*, Giphanius *perniciem civitatis.*

ἀσχόλω] Vulgatum ἀχόλω Victorius *ira percitae et quasi gravi daemone agebatur:* Aretinus breviter *laboranti civitati praefecerint tyrannum.* Lambinus cum Giphanio: *lentae et infelicis civitatis*, Ramus *afflictae et infelici civitati.* Camerarius vulgatum *placidae et mitis* interpretatur addens *aliqui legisse videntur ἀσχόλω id est negotiosae vel etiam curiosae.* Quam equidem scripturam praetuli propter sequens βαρυδαίμονος. Vetus Interpres κακοπάτριδα vertit *malum patriae.*

μέγ' — ἀολλέες] Vetus Interpres μὲν pro μέγ' scriptum vertit. Haec omisit Aretinus, qui sequentia ita vertit: *hujusmodi igitur species quia tyrannicae sunt, dominationem ha-*

bant. Videtur is τοιαύτας ſcriptum legiſſe. Praeterea vul-
gatum τυραννικαὶ εἶναι, δεσποτικαὶ transpoſitis vocabulis cor-
rigendum eſſe recte vidit et admonuit Geneſius Sepulveda,
quam emendationem tacito auctoris nomine arripuit Gipha-
nius, reddidit etiam vertendo Ramus et probavit Conrin-
gius. Alcaei verba quaedam ex h. l. laudavit Plutarchus in
Amatorio p. 45. Hutten. monente Victorio.

7. καὶ πάτριοι] Vulgatum πάτριαι cum Caſaubono cor-
rexi.

βασιλεῖς ἑκόντων] Aretinus βασιλεῖαι ſcriptum legiſſe vi-
detur. Vertit enim: *delatum eis fuit regnum de populorum
voluntate, et ſucceſſoribus id erat ſecundum morem.* Victorius
etiam *creabantur reges a volentibus quae regna fiebant patria
apud eos qui acciperent ipſa a parentibus.* Ita etiam Lambi-
nus. Contra Giphanius: *reges erant volentium et accipien-
tium patriti:* ineptiſſime. Sequens πάτριοι ſcripturam βασι-
λεῖαι firmare videtur. Reges enim ipſi dubito an graece aut
latine πάτριοι aut *patriti* dici poſſint. Video nunc Caſaubo-
num mecum ſentire.

ἱερατικαὶ] Sunt ſacrificia perpetua et tempore definita;
quae vero ex voto vel republica bene geſta diis offeruntur,
rex vel ſummus magiſtratus procurabat. Athenienſibus ſui
temporis Iſocrates in Areopagitico c. 11. p. 224. Lang. cri-
mini dat, τὰς μὲν ἐπιθέτους ἑορτάς, αἷς ἑστίασίς τις προσείη, με-
γαλοπρεπῶς ἄγουσι, ἐν δὲ τοῖς ἁγιωτάτοις τῶν ἱερῶν ἀπὸ μισθωμά-
των θύουσι. ubi ἐπιθέτους Harpocration interpretatur τὰς μὴ
πατρίας, ἄλλως δὲ ἐπιψηφισθείσας ἐκάλουν. Confer dicenda ad
6, 5, 11. Deinceps μισθώματα explicat per προσόδους τεμενι-
κάς. Vetus Interpres ὁσιῶν pro θυσιῶν ſcriptum vertit.

ἐπανάτασις] Ita interpretatur locum Iliadis 10, 321.
ἀλλ᾽ ἄγε μοι τὸ σκῆπτρον ἀνάσχεο, ἠδὲ ὄμοσσον. *Sceptri elonga-
tionem* Aretinus, *ſublationem* Victorius vertit.

8. τὰ κατὰ πόλιν] Aretinus *et civitates et gentes et na-
tiones externas continuo gubernabant:* inepte! Victorius *et in
urbe et in agro et extra fines continenter regnabant.*

πόλεσι θυσίαι] Vetus Interpres πόλεσι πάτριαι ὁσίαι ſcri-
ptum legit et vertit *patriae ſubſtantiae.* Eandem varietatem

paulo antea ex eodem annotavi. Hoc loco additum πάτρια non displicet.

ὥστε — βασιλείας] Haec omisit Aretinus. *ubi autem maneret, quod regni nomine vocari posset* Victorius vertit; Giphanius: *ubi operae pretium sit vocare regnum.*

Ad Caput X.

ἀφωρισμένοις] Camot. ἀφωρισμένων. Deinceps *efinetiam* vertit Aretinus.

2. Πέμπτον] Ramus in margine haec annotavit: *Graece est πέμπτον id est quintum, sed mendose: nullum enim hic quintum genus memoratur. πρῶτον legendum est.* Sequuntur in altera pagina 213. haec: *Revocat quatuor genera regnorum ad duo. Barbaricum enim, et electum et heroicum, παμβασιλείαν id est absolutum regnum nominat. Ita duo genera regnorum sunt Laconicum et absolutum. Et Laconicum ipsum ne regnum quidem esse vult. Itaque de absoluto regno disputatio sequens tota est, primum comparata, deinde simplex. Comparata, quod imperium et legale et aristocraticum et politicum praestet regno.* Quae vereor, ut ab homine satis experrectae mentis scripta sint. Παμβασιλεία enim haec quid cum generibus quatuor antea memoratis commune habeat, et quibus rebus discrepet, coecus sit, qui non videat. Similis est quodammodo ἡ βαρβαρικὴ differt tamen eo, quod est κατὰ νόμον et πατρικὴ. In παμβασιλείᾳ nulla est ejusmodi exceptio vel definitio. Videtur vocem παμβασιλεία Philosophus finxisse ex ipso consilio, ut discrimen hoc signaret; alibi enim nondum reperta fuit. Ceterum lectores ipsi perlegentes hoc caput cum sequenti facile sentient id, de quo admonuerunt et questi sunt interpretes plerique omnes, easdem fere quaestiones utrobique tractari ratione parum diversa, sed ea tam levi, desultoria et confusa, ut vix dubitari posset, in hoc libro librariorum vel eorum qui Philosophi scripta primum e tenebris prolata emendare et concinnare conati sunt, libidinem et ignorantiam grassatam esse. Giphanius etiam ad

Caput XI. haec annotavit p. 390. *De hoc igitur quaestiones tres potissimum sunt, sed unam praeter ceteras explicat Aristoteles valde obscure et implicate; credo, ne Alexandrum offenderet fortasse.* Postrema hac ratione video etiam Schlosserum uti; verum ea minime omnium ad ordinem disputationis confusum, abruptum et mancum excusandum valere potest.

τῶν κοινῶν τεταγμένη] Aretinus *publice ordinata ad exemplar gubernationis domus:* Victorius in annotatione ita interpretatur: *quemadmodum videmus singulas gentes et singulas civitates communium suarumque rerum dominas esse, posseque de illis, ut ipsis visum fuerit, consilium capere.* Lambinus *quemadmodum unaquaeque gens et unaquaeque civitas reipublicae compos et domina est.* Ramus *velut gens quaevis ac unaquaeque civitas sic ad imaginem oeconomiae quandam et similitudinem instituitur et ordinatur.* Giphanius verbotenus igitur obscure vertit. Montecatinus verba ὥσπερ πόλις parenthesi inclusit, et τεταγμένων scribi voluit; contra Conringius de loci obscuritate questus τεταγμένη ad βασιλείαν referri posse censuit. Quod quo sensu fieri possit, equidem non intelligo. Quare Montecatini emendationem unice probandam censeo, nisi mutata distinctione mecum ex anterioribus repetere κυρία malis. Vulgabatur enim ἑκάστη, τῶν κοινῶν, τεταγμένη κ. τ. ἑἑ. Aretinus κοινῇ scriptum legisse videtur.

πλειόνων] Vulgatum πλείονες correxi, quod interpretes omnes plurali numero reddiderunt. Vetus Interpres *plurimi* sed exemplum Thomae *plurium* habet, ut Victoriana versio. Deinceps οἰκονομίας Camotiana.

Σχεδὸν δὴ] Aretinus *autem* vertit, igitur δὲ scriptum legit. Deinceps κύριοι τῆς παμβασιλείας dictum pro κύριαι genere femineo.

ἢ κατὰ μέρος] *vel e qualibet parte* Victorius, *an ex omnibus pro sua cujusque dignitate ac virtute* Lambinus, *per electionem* Aretinus, *an electione* Ramus, *vel vicissim* Giphanius. Vides Aretinum cum Ramo ἢ αἱρετὸν scriptum vertisse; Isingr. margo κατ' αἱρετὴν habet, quod cum Casaubono pro-

bat Conringius. Alterutra omnino videtur probanda esse scriptura prae vulgata.

3. περὶ τῆς τοιαύτης] Aretinus *de duce belli considerare ad leges potius pertinet.* Ramus *majorem legum quam reipublicae speciem prae se fert:* Ita etiam Giphanius. Contra Lambinus *ad legum potius rationem quam ad aliquam reipublicae administrandae formam pertinet.*

ἀφείσθω τὴν πρώτην] Sylburgio corrigenti ἡ πρώτη assentitur Conringius. Aretinus *quare dimittamus hanc.* Victorius *omittatur primum.* Ramus manifesto Sylburgii emendationem reddidit vertendo. Sed vulgata bene habet. ἀφείσθω intellige ἡ τοιαύτη στρατηγία. Formula τὴν πρώτην est etiam in Xenophontis Memor. 3, 6, 10. ἀλλ' οὖν καὶ περὶ πολέμου συμβουλεύειν τήν γε πρώτην ἐπισχήσομεν. ubi reddit Ernesti vernaculo sermone *vor das Erste.* Possis etiam *vor der Hand,* id est *in praesentiarum, in praesens.* Cum vero quaestionem de perpetuo bellico imperio omittendam nunc censuit, una etiam regni Laconici considerationem differendam esse ad alium locum intelligi voluit.

πολιτείας εἶδος] Vocem πολιτείας editio Victorii altera et Zuingeriana omisit, sed versio Victorii et vetus Interpres reddidit. Aretinus *de rege autem quoniam haec est gubernandi legitima species.* Additum igitur aliquod vocabulum legisse videtur. Ceterum hunc ipsum locum et verba respicit auctor capitis 11, 1.

4. Δοκοῦσι δή] Victoriana et Zuingeriana cum Camotiana δοκεῖ dant, quod correxit Isingr. Sylburgiana et reliquae, cum quibus facit vetus Interpres.

τετρήμερον] Vetus interpres τριήμερον reddidit et *in Aegypto quidem:* Aretinus etiam *post tertiam diem movere.* κινεῖν Victorius interpretatur *mutare et quasi corrigere aliquid atque emendare,* Ramus *aegrotos movere ac curare* Giphanius κινεῖν interpretatur noxios humores detrahere vel expellere. Diodori locum I. 82. de medicis Aegyptiis comparavit jam olim Camerarius et Giphanius, ubi haec sunt: τὰς δὲ θεραπείας προσάγουσι κατὰ νόμον ἔγγραφον ἀπὸ πολλῶν καὶ δεδοξασμένων ἰατρῶν ἀρχαίων συγγεγραμμένον: — ἐὰν δὲ παρὰ τὰ γε-

γεγραμμένα ποιήσωσι, θανάτῳ κρίσιν ὑπομένωσι. ad quem locum Wesselingius posuit alium Platonis de Legibus 2. p. 66. unde constat eandem legem in exercendis artibus picturae, statuariae et in musica dominatam esse. Ceterum quo manifestius esset judicium Philosophi hanc legem improbantis, Conringius ὥσπερ καὶ ἐν Αἰ. scribendum censuit; idem annotavit H. Mercurialem Var. Lect. 2, 18. scripturam τετράμετρον unice probasse.

τῷ αὐτῶν κινδύνῳ] Vulgatum αὐτοῦ correxi. Victorii etiam versio habet *ipsorum pericula*, vetus Interpres *in suo periculo*.

τὸν λόγον τὸν καθόλου] Pessime Victorius *universalem rationem inesse*, Aretinus *universalem rationem adesse:* Rectius Ramus *generalis ea legum institutio*. Pessime omnium Giphanius cum Lambino *universum rationem* reddidit.

5. νομοθέτην αὐτὸν] Redit ad ψυχὴν ἀνθρωπίνην, in quo inest ὁ ἄνθρωπος, quem h. l. respicit pronomen αὐτόν. Male Victorius regem interpretatur. Lambinus virum bonum substituit. Ramus ad antecedens βελτίονα hominem addidit, sed h. l. αὐτὸν omisit.

Ὅσα δὲ] Isingr. Sylburgiana δὲ omittunt et alieno loco post πότερον inserunt, quorum exemplum secuti sunt Ramus, Lambinus, Heinsius, Conringius. Pro πάντας Camotiana cum vetere versione et Aretino πολλοὺς habet. *utrum in his uni viro optimo danda sit potestas vel multis.* Victorius ἄρχειν satis bene *imperio suo definire* vertit; *administrare* Giphanius.

μιᾶς καὶ ἁπλῆς] Aretinus *quam una et simplex mensa.* Supra fuit οἷον τὰ συμφορητὰ δεῖπνα τῶν ἐκ μιᾶς δαπάνης χορηγηθέντων βελτίω ἐστίν. Deinceps Camot. κρίνειν ἄμεινον. Dissensum Socratis apud Xenophontem Memorab. 3, 7. et Ciceronis Tuscul. 5, 36. annotavit Victorius.

ἀδιάφθορον] Vetus Interpres bis in hoc verbo variavit. Scriptum enim ἀδιάφορον et ἀδιαφορώτερον reperit. Deinceps pro ὀργισθῆναι scriptum ὁρμηθῆναι videtur reperisse, quod vertit: *impetu ferri.*

6. περὶ ὧν] Male Camot. περὶ ὄν. Idem supra dixit περιεκβαίνουσιν. Deinceps στασιάζουσι Camot. Montecat. Casaubonus. Postea συνδῶσι τὴν ψυχὴν πάντες scriptum reperit et vertit Aretinus; quomodo statim eadem sententia redibit.

πλείους ὁμοίους] Isingr. Sylburgiana, vetus Interpres, Aretinus, Lambinus, Casaubonus ὁμοίως habent. Antecedens μετὰ et χωρὶς δυνάμεως Victorius *cum et sine potestate* vertit, sed in annotatione *cum armis praesidioque* interpretatur, Giphanius *cum et sine custodia*, Ramus *coercendi et exequendi viribus adjutus sive destitutus.*

7. πολλοὺς διαφέροντας] Vulgatum πολὺ cum Sylburgio correxi. Aretini versio *plures* habet. Deinceps πολλοὺς ὁμοίως Camotiana cum antiqua versione habet. Pro οἰκοῦντας vetus versio *habitabant* reddidit.

8. ἐλάττους ἄγοντες] Aretinus *redientes.*

9. Εἰ δὲ δή τις] Aretinus *Sin autem quis.* Vetus Interpres δὴ omisit. Deinceps παρὰ τῶν τέκνων — ὁποῖοι ex h. l. posuit Julianus Orat. p. 260. ὁποῖοι etiam Isingr. quod Aretinus vertit: *At si qualescunque, perniciosum est.*

ἀλλ' οὐ παραδώσει] Camerarius ait in libro vetere esse: ἀλλ' οὐ καταλείψει τοὺς υἱοὺς διαδόχους ὁ βασιλεὺς ἐπ' ἐξουσίας ἔχων τοῦτο ποιῆσαι: Ἀλλ' οὐκέτι τοῦτο ῥᾴδιον πιστεῦσαι. Ita scilicet est in Isingr. Sylburg. eamque scripturam sequitur Lambinus. Cum Victorio facit Camotiana et Montecatinus et Casaubonus. Paulo aliter Aretinus: *sed non relinquet regnum hujusmodi natis rex, cum id in sua potestate sit.* Idem in extremo capite *ysinetem* nominat.

Ad Caput XI.

εἶδος πολιτείας] Ita cum Victorio Montecatinus et Zuingerus: atque ita scribi voluit Camerarius probante vetere Interprete. βασιλείας Camot. Isingr. Sepulveda, Lambinus et Aretinus. Respicit auctor verba Cap. 10, 3. ἐν ἁπάσαις γὰρ ἐνδέχεται γίγνεσθαι τοῦτο ταῖς πολιτείαις. — ὁ δὲ λοιπὸς τρόπος τῆς βασιλείας πολιτείας εἶδός ἐστι.

ἐν πάσαις] Aretinus vertit: *quia in cunctis rebus publicis eadem potest ut sit quidam ducendo exercitui, quoties civitas bellum gerit, perpetuo praefectus, puta in populari statu.*

τῆς διοικήσεως] Aretinus *belli gerendi: talis enim deputatio — Sipontinos — paulo constrictior.* Deinceps vulgatum ἔλαττον correxi. Victorius ipse *minor* vertit, et sic reliqui Interpretes. Vetus Interpres: *Opunta: Opunta autem circa aliquam partem minor est.* Sed Versoris exemplum habet: *opposita aut — partem minorem.*

2. βασιλεύς) δοκεῖ [δὲ] τισιν] Ita cum Victorio Camotiana, Zuingeriana, Montecatinus. Contra βασιλεύς, λεκτέον. δοκεῖ δὲ τισιν Isingr. Sylburgiana, vetus Interpres, Ramus, Heinsius, Conringius. Equidem δὲ seclusi, quod omisit Julianus Orat. p. 261. Vetus Interpres παμβασιλείας vertit *omnimode regno*, male Thom. *omnimode rege* habet.

οὐ κατὰ φύσιν] Vulgatum οὐ δὲ κ. φ. cum Isingr. Sylburgio, Ramo, Heinsio, Conringio correxi. οὐδὲ τὸ κατὰ φ. legitur apud Julianum, ubi verba ὅπου — ἡ πόλις omissa sunt, post ἀναγκαῖον vero inseritur εἶναι.

ὥστ' εἴπερ] Aretinus: *Quare ut parem habere impares alimoniam aut vestem nocivum est corporibus, ita et in honoribus res se habet: similiter ergo et in aequalibus.* Ramus: *Itaque quemadmodum disparibus parem victum cultumque praebere, corporibus est grave et periculosum: sic sane de honoribus aestimandum est: nempe etiam iniquum et perniciosum fore, si paribus impares deferantur.* Lambinus: *Quare si, quemadmodum victum — tribui, laedit corpora, ita et de honoribus existimandum est, similiter igitur et aequalibus inaequales tribui, perniciosum est.* Pessime Giphanius: *Quare quemadmodum si impares parem habeant victum — sic et in honoribus se res habet. Eodem igitur modo et si pares habeant impar.* De difficultate verborum nemo admonuit, sed eam versio Lambini optime explicuit; cujus ductu licebit conjicere scribendum: ὥσπ' εἰ, ὥσπερ καὶ — σώμασιν, οὕτως ἔχει καὶ τὰ περὶ τὰς τιμάς, ὁμοίως τοίνυν (intellige βλαβερὸν vel οὐ κατὰ φύσιν ἐστὶν, ἐν ταύταις scilicet τιμαῖς) καὶ τὸ ἄνισον (ἔχειν) τοὺς ἴσους. Sed ita importunum est in extrema oratione τοίνυν, cujus notio jam

inest vocabulo ὥστ' ab initio posito. Quid igitur, si scribamus ὥσπερ γὰρ καὶ — οὕτως ἔχειν καὶ τὰ περὶ τὰς τιμάς· ὁμοίως τοίνυν (βλαβερὸν εἶναι) καὶ τὸ ἄνισον (ἔχειν) τοὺς ἴσους? Ceterum vulgatum τὸ περὶ τὰς τιμὰς ex Camotiana et Ifingr. et vetere Interprete cum Montecatino et Casaubono correxi. Sequens τοίνυν omisit Vetus Interpres. Denique Zuingerus posuit locum Xenophontis Cyrop. 1, 3, 17. ubi Cyrus puer judex inter aequales electus puero magno tunicam adjudicaverat magnam, quam is minori detractam induerat, suamque minorem illi contra dederat induendam.

3. τοῦτο δ' ἤδη] Aretinus: et haec jam lex. Sequens γὰρ post ἀναγκαῖον omisit Aretinus. ὑπηρέτας τοῖς νόμοις dixit Plato τοὺς ἄρχοντας de Legibus 4. p. 184.

4. ὅσ' ἄνθρωπος] Aretinus vertit: *Quaecunque tamen videntur per legem quidem terminari non posse, per hominem vero cognosci posse, prudenter cavens lex adjungit. Cetera justissima intentione judicari debere per eos, qui judiciis praesunt.* Victorius in Var. Lect. 23, 16. scribendum censuerat ὁ δ' ἄνθρωπος ἂν δύναιτο, et cum eo sentit Conringius. Sed cum ejus emendationis mentionem non fecerit in annotatione ad alteram editionem, credere par est, sententiam mutasse virum doctum. Neque omnino vulgata scriptura tentari debet.

ἀλλ' ἐπίτηδες] *lex quae sedulo erudiit, mandat reliqua — existimare et administrare magistratus* Victorius; unde suspicetur aliquis eum ἐφίησι scriptum legisse, quod cum Montecatino Casaubonus conjecit. Conringius de loci obscuritate questus deesse aliquid censet. Zuingerus ad h. l. ita annotavit: *Videntur haec transposita esse, uti ex numerorum serie colligi potest.* Quae equidem non intelligo, nec quos numeros dicat, divinare possum. Camerarius etiam in annotatione apposita ad verba ἀλλὰ μὴν ὅσα locum minus integrum sibi videri monuit; sed causam non attulit. Aretinus quidem omisso ἀλλὰ continue scriptum locum γνωρίζειν, ἐπίτηδες π. vertit. ἐφίστησι tentandum non esse satis docebit locus Isocratis Areopag. c. 14. p. 227. Lang: τὴν ἐξ Ἀρείου πάγου βουλὴν ἐπέστησαν ἐπιμελεῖσθαι τῆς εὐκοσμίας. Vetus In-

terpres: *sed universale lex instituit, reliqua,* omisso verbo παιδεύσας. An fortasse is scriptum reperit ἀλλὰ καθόλου παιδεύσας ὁ νόμος ἐφίστησι τὰ λοιπὰ etcet.? Idem statim plenius scriptum locum Ἔτι δὲ πάντα ἐπανορθοῦσθαι, vertit: *adhuc autem omnia dirigere.*

τὸν νόμον κελεύων] Vetus versio cum uno Victorii Codice νοῦν habet, reliqui Codices Victorii νόμον. Illud praetulit Victorius, quem secuti sunt Ramus, Lambinus, Heinsius et Conringius. Contra nostrum cum Aretino et Giphanio probavit Casaubonus, Julianus ubi h. l. excerpsit: ibi Codex Vossianus etiam νόμον habet, et deinceps: κελεύων ἄρχειν τὸν θεὸν καὶ τὸν νοῦν μόνους. quam scripturam non dubitavi vulgatae θεὸν καὶ τοὺς νόμους, ὁ δ' praeferre. Ceterum θηρίον Aretinus vertit *bestiam sacram;* Victorius autem monet non opus esse additamento isto, sed belluam sufficere.

καὶ ὁ θυμὸς ἄρχοντας διαστρέφει] Aretinus ὁ θυμὸς omisit, Julianus ἄρχοντας; quam posteriorem rationem ipse etiam probo, praesertim, si cum libro Vossiano deinceps νοῦν μόνον ἐστὶ scripseris. Vetus Interpres ita: *quando enim concupiscentia male, et furor principatum habuit,* (*habuerit* Thom.) *tandem et optimos viros interimit: propter quod quidem sine appetitu intellectus lex est.*

5. φαῦλον [ἀλλὰ] καὶ] Seclusum ἀλλὰ omisit Aretinus, et seriem argumentationis adversariorum importune interpellat. Deinceps ὁ μὲν γὰρ Victorianae vitium repetiit Zuingeriana.

ἀρνοῦνται] Vetus interpres et Aretinus ἄρνυνται reddidit *recusant.* Verum vidit Sepulveda, quem sequitur Victorius et ceteri Editores. Equidem in utroque versionis veteris exempla reperi *accipiant mercedem.* ἐπήρειαν vetus Interpres *affectum,* Aretinus *affectionem,* Victorius et Ramus *odium,* Lambinus *per contumeliam,* Giphanius *ex contumelia* vertunt.

Ἐπεὶ καὶ] Aretinus: *cum si de fide medici timeretur ac suspicio foret, ne suscepto ab inimico pretio necare velit, tunc magis optaremus.* Deinceps πιστευθέντας vulgatum Victorius non legit; vertit enim *persuasos,* Lambinus *inductos ab*

inimicis, Ramus *pecunia seductos*, Giphanius *lucro corruptos*. Igitur πεισθέντας scripsi. Vetus Interpres *persuasos* habet.

6. γνωμιαζόμενοι] Omisit Aretini et Victorii versio; malet

τὸ μέσον ζητοῦσι] Giphanius ad h. l. ita: Haec clausula quemadmodum ex prioribus sit apta, obscurius est explicatu, quam quae ejus est sententia, quae et ipsa est obscura. Res esset facilior, si sic legeretur: ὅτι τὸν νόμον ζητοῦντες. Nam qui legem quaerit, quaerit medium: quia lex est medium. Nam lex, quia justitiae est velut mensura, justitia autem sit mediocritas quaedam damni et lucri; lex quoque ut sit medium quiddam, necesse est. Sed tamen quo et hoc pertineat, non video. Quare haud scio, an haec clausula non sit potius inducenda. Haesit etiam Conringius in hoc loco, et quaedam deesse suspicatus est. Sed, ut antea dictum est, argumentorum ratio et conclusio in his duobus capitibus omnium maxime desultoria, varia et librariorum forte errore turbata esse videtur.

ὥστε [εἰ καὶ] τῶν κατὰ] Vulgo omissa verba addidi ex versione Aretini sensu postulante. Ita vero ille: *quare si minus fallitur homo, quam hi qui secundum litteras, non tamen quam hi, qui secundum consuetudinem.* Sensum bene vidit Victorius, sed verba non emendavit. Ramus vero ipsum illud εἰ καὶ expressit: *tametsi melius ac tutius sit hominis imperium quam scriptarum legum, certe neque melius est neque tutius — quam legum patriae moribus ac consuetudine probatarum.* Schlosserus κἂν vel similem particulam deesse monuit. Nunc video veterem Interpretem similiter habere: *quare si his qui.*

7. πολλὰ τὸν ἕνα] Camotiana, Isingr. et Aretinus πολλὰ omittunt. Verba ἢ τὸν ἕνα — τὸν τρόπον Aretinus vertit: *vel expectare ut ipse unus aliis ista committat.*

ἴσοι ἢ καὶ] Verba ἢ καὶ omisit Camot. Basileensis. Deinceps τοῦ δὲ ἰσὸς scribi voluit Camerarius, quia nulla alioqui consecutio esset; et sic plane vertit Ramus. Cur monenti non paruerim, deinceps dicam. Locus Homeri prior est Iliad. 10, 224. in quo vetus Interpres *venientibus* vertit. Videtur igitur ἐρχομένων scriptum legisse. Alter est Iliad. 2, 372.

ubi vetus Interpres: *tales mihi sodales opto.* sed Thom. verbum *opto* omisit. Is statim deinceps haec addit: *ut non principari justum.* Thom. habet *ut non jam principari justum.* Igitur in suo libro additum legit ὡς οὐκ ἤδη ἄρχειν δίκαιον. Atque in his verbis, nondum tamen perfectis, apodosin esse mihi persuasi; quare vulgatum τοῦ δὲ ἴσως non mutavi cum Camerario et Ramo. Potius inserui, quae liber antiquissimus supplevit. Deesse praeterea suspicor τὸν ἴσον, δῆλον.

ὡς οὐκ — κρίνειν] Haec omisit Aretinus et sequentia ita vertit: *de quibus lex determinare potest — dubitaret.* Mihi vero commodius abesse videntur ea, quae Aretinus omisit cum suo libro. Vitium etiam suboluit Camerario. Sed nunc demum video veterem Interpretem rectius post verba περὶ τούτων posita in suo libro reperisse et vertisse; itaque non dubitavi eum sequi.

8. ταῦτ' ἐστιν] Aretini versio καὶ ταῦτ' ἐστιν reddidit; et sequens τοῦτόγ' ἀντιλέγουσιν *hoc ajunt.* Pro νομοθετῆσαι vetus Interpres νομοθετεῖσθαι scriptum legit et vertit *lege statuta* (Thom. *constituta*) *esse.* Post ἀναγκαῖον idem additum ὂν expressit ita; *quod necessarium sit hominem in hujusmodi rebus judicare.*

9. δυσὶν ὄμμασιν] Vulgatum δυοῖν, quod habet ex h. l. etiam Scholiastes Aristophanis ad Acharn. vers. 92. correxit Sylburgius. Deinceps πράττοι malebat Conringius.

καὶ αὐτοῖς φίλους]. Vulgatum αὐτοῦ ex Scholiis Aristophaneis l. c. correxi, uti fieri jusserat etiam Petavius ad Themistium p. 513. et ante eum Victorius et Sylburgius. τῆς ἀρχῆς malebat Casaubonus, quae forma statim sequitur. Postrema ita vertit Aretinus *praeficiendo amicos et curationem rerum eis committendo.* Locum Xenophontis Cyrop. 8, 2, 10. seqq. de oculis et auribus regis Persarum vocatis annotarunt Interpretes.

Μὴ φίλοι]. Camerarius ait male in vulgatis libris negationem deesse. Aretinus vertit: *qui nisi sint amici.* Idem deinceps κρίνειν reddidit.

ὁ δὲ φίλος] Vulgatam ὅ τε φίλος corrigi voluit Conringius, qui versionem Victorii *amicus autem aequalis est ac similis*, et Aretini emendationis auctorem perhibere poterat. Sequens ὅμοιος Aretinus omisit.

10. δεσποστὸν] Vulgatum δεσποτὸν cum Sylburgio et Zuingero correxi. Sed verba sequentia habent aliquam difficultatem, quam ita vertendo vitavit Victorius: *est enim quoddam genus hominum natura factum ad herum recipiendum, aliud ad regem: aliud autem civile ac justum et utile.* Itaque ad verba τί φύσει — βασιλευτὸν intellexit γένος ἀνθρώπων; cum reliquis καὶ ἄλλο πολιτικὸν junxisse videtur illa καὶ δίκαιον καὶ συμφέρον. At sequens τυραννικὸν non potest commode referri nec ad γένος ἀνθρώπων nec ad δίκαιον καὶ συμφέρον; copulatur enim cum sequentibus οὐδὲ τῶν πολιτειῶν ὅσαι παρεκβάσεις εἰσί. Potius igitur τυραννικὸν δὲ (γένος πολιτείας) ἔστι videtur intelligi debere. Victorium sequitur Ramus et pro τυραννικὸν nominavit *tyrannidem.*

ἀλλ' αὐτὸν ὡς νόμον ὄντα, ἔτι νόμων ὄντων] Haec omisit Aretinus, et desunt in Camot. Isingr. quinque priora verba. Deinceps vulgatum οὐδ' ἂν κατ' ἀρετὴν correxi.

11. βασιλευτὸν] Victorius eandem sententiam retulit ex oratione Isocratis ad Philippum ubi p. 152. ed. Langii haec sunt. ἠπίστατο γὰρ τοὺς μὲν Ἕλληνας οὐκ εἰθισμένους ὑπομένειν τὰς μοναρχίας, τοὺς δ' ἄλλους οὐ δυναμένους ἄνευ τῆς τοιαύτης δυναστείας διοικεῖν τὸν βίον τὸν σφέτερον αὐτῶν.

ὃ πέφυκε φέρειν πλῆθος] Haec quatuor verba tanquam spuria et sententiae contraria delenda censuit Victorius; cui obsecutus fuissem, nisi viderem Aretinum aliam scripturam reddidisse ita: *Optimatibus vero congruens est multitudo, quae nata sit ad ferendam gubernationem eorum qui sunt secundum virtutem primarii.* De posteriore vocabulo πλῆθος consentit Conringius; Victorianam rationem ideo totam approbare non possum, quod necesse erit tum inserere articulum τὸ ante δυνάμενον. Refragatur etiam Casaubonus. Igitur Aretinum secutus potius tria posteriora verba seclusi.

πέφυκεν ἐγγίνεσθαι] Ex Camot. et Isingr. male Sepulveda, Sylburgius, Lambinus, Ramus, Heinsius et Conrin-

gius intersertum ernnt καὶ ἂν, quod damnavit ipse Conringius. Pro πολεμικὸν vetus Interpres πολιτικὸν habuit scriptum.

τοῖς ἀπόροις] Ita cum Victorio et Aretino Zuingerus; contra cum Camotiana et vetere versione Sepulveda, Sylburgius, Lambinus, Ramus, Heinsius et Conringius εὐπόροις dederunt, damnatum tamen ab ipso Conringio; admonuit etiam Victorius de Sepulvedae errore.

12. οὐ μόνον οὕτως] Huic formulae nihil est quod respondeat in altero membro, ubi vulgo legitur: ἀλλὰ κατὰ τὸ πρότερον λεχθέν. quod vertit Victorius *sed custodito illo scilicet jure.* Ita etiam Lambinus et Giphanius. Solus Ramus proxime a vero abfuit vertens: *at sicuti dictum prius est, sed etiam quia minime deceat talem tantumque virum vel occidere vel relegare.* Igitur non dubitavi copulam καὶ inserere. Sententia igitur haec est: *non solum eo jure — sed etiam propter rationem antea positam.*

ἀξιοῦσιν — ἢ τὴν αὐτὴν] Ad verbum prius deest ἄρχειν, ad alterum λέγειν. Non eandem omnes exsuperantiam dicunt et intelligunt, sed alii virtutis, alii nobilitatis, quidam divitiarum. Aretinus vertit *omnes enim excellentiam tribuunt.* Victorius *exsuperantiam attendendam censent; pro excellentia judicant ?* *sed excellentiam non faciunt eandem* Giphanius inepte: *omnes enim praestantia quadam principatum metiuntur* Ramus. Vetus Interpres πάντως vertit *penitus.*

τῷ δὲ τηλικαύτην] Camot. τῷ δὲ τὴν τηλικαύτην habet. Deinceps Aldina cum Hingr. καὶ πείθεσθαι habet, quod praeferebat Conringius propter sequens καί.

Ad Caput XII.

ἀνδρὸς [ἀγαθοῦ] ἀρετῇ] Vocabulum seclusum addidi ex versione Aretini, quod fieri jusserat cum Sylburgio Conringius. Victorius plane eodem modo locum interpretatur in annotatione.

πολιτικὸν καὶ βασιλικὸν] Cum antea nominetur aristocratia et regia potestas, merito Conringius censuit scribendum hic ἀριστοκρατικὸν, certe addendum.

2. Διωρισμένων δὲ τούτων]. Conringius δὴ vel ἂν malebat. Deinceps συνίστασθαι πῶς ſcribi voluit Sylburgius; Aretinus vertit *quomodo conſtituatur*. Poſſis igitur transponere καὶ πῶς καθίστασθαι. Sed vetus verſio: *et inſtitui quomodo.*

Ἀνάγκη δὴ τὸν μέλλοντα περὶ αὐτῆς] Camotiana cum Iſingr. Sylburgio, Aretino, Lambino, Ramo, Heinſio, Conringio ἀνάγκη γὰρ περὶ αὐτῆς. Ita fere concidit ſuſpicio Victorii de fine libri truncato. Ait vero Victorius ſe librum manu exaratum vidiſſe, in quo inane ſatis magnum ſpatium relictum erat. Sed monuit Conringius, nihil deeſſe videri, ſi ſcripturam Camotianae ſequamur, et finem hujus libri aptum dicamus et connexum cum libro ſeptimo, qui temere fuerit hinc divulſus et alienum in locum transpoſitus. Qua de re ante Conringium monuerat Antonius Scainius in Quaeſtionibus Politicis, cujus annotationem hanc ab Andrea Schotto ſecum communicatam poſuit Dan. Heinſius p. 1042: *Poſt tertium ſtatim ſequatur ſeptimus et octavus — deinde quartus, qui ſic erit ſextus, ac deinceps quintus, ſextus eſt poſtremus, et octavo ideo ponetur loco.* Haec tamen ſuſpicio Heinſii aſſenſum impetrare non potuit. Ita enim ille: *De quo, ut et capitum quorundam transpoſitione, quid exiſtimem, non dico. Nondum enim prorſus mihi ſatisfeci.* Anno 1577 Romae Scainii liber proditus fuit, ſed eadem fuit Angeli Segnii opinio apud Victorium in Editione ſecunda anni 1576. Ego vero in annotatione ad Caput 2. ſequentis libri docere conabor, argumenta ſuſpicionis iſtius a viris doctis allata minime valere ad aſſenſum lectorum extorquendum de ordine librorum mutando; contra vero pluribus rationibus ibi vincam in hoc ipſo loco excidiſſe et deeſſe tractationem optimae reipublicae, qua ſimul ariſtocratiam comprehenſam fuiſſe a ſe ait Philoſophus 4, c. 2. et partium neceſſariarum ad rempublicam conſtituendam, quam cum optimae reipublicae et ariſtocratiae tractatione fuiſſe conjunctam ait libri 4. capite 3. Igitur ſcripturam hujus loci Victorianam retinui.

Ad Ariſtotelis Politicorum Librum IV.

Ad Caput I.

κατὰ μόριον γινομέναις] Lambinus *quae non in particula verſantur, ſed in uno aliquo genere ſunt perfectae atque abſolutae.* Ramus *quae non una parte aliqua duntaxat occupantur, ſed in uno genere aliquo omnino penitusque verſantur.* Giphanius *quae non partem perſequantur, ſed de genere quodam uno ſint perfectae.* Camerarius ſummatim haec complexus eſt. Heinſius *omnium qui artes profitentur ac ſcientias, quae non in parte tantum haerent, deque ea docent ac praecipiunt, ſed univerſo aliquo in genere verſantur.*

τῆς ἱκνουμένης ἐπιθυμῇ] Aretinus *ſi quis non exactam illam cupiat habitudinem — nihilominus magiſtri gymnaſiorum eſt hanc potentiam praeparare.* Victorius: *ſi aliquis optimae cupidus non eſt — magiſtri ejus ludi et exercitatoris officium eſt facere illos compotes hujus quoque facultatis.* Lambinus *ſi quis neque habitum juſtum atque in ſummo perfectionis gradu poſitum concupiſcat, neque perfectam ſcientiam eorum, quae ad certandi laborem pertinent, expetat, nihilominus tamen ejus, qui pueris exercendis praeeſt, ejusque qui corporum exercendorum artem profitetur, munus eſt etiam hanc facultatem poſſe tradere.* Ramus: *tametſi quispiam non abſolutam illam et perfectam neque corporis habitudinem neque rerum ad certamen ſpectantium artem requirat, eſt nihilominus gymnaſiarchi etiam hanc facultatem inſtruere ac parare.* Giphanius *ſi qui non juſtum cupiat habitum aut ſcientiam eorum, quae ad certandum*

tandum pertineant, erit nihilominus palaestrae magistri et exercitationum periti, hanc quoque facultatem praestare. Heinsius: *quamvis enim exquisitam aut scientiam aut habitum non omnes petant, quidam quoque consequi non possint, tamen est illius, qui in ea arte ceteros exercet, et gymnasticam profitetur. eam sibi comparare facultatem.* Hic omnium longissime a loci sensu aberravit. Camerarius: *Si quis non expetat debitum et justum corporis habitum, (quae erit scilicet εὐεξία) vel scientiam quoque convenientem iis, quae decertandi industria requirit, tamen est paedotribae et exercitationum periti istius quoque facultatis apparatus proprius.* Est quod jure reprehendas in unaquaque harum versionum. Verum id non miror. Graeca enim vitiosa sunt. Clamant inprimis illa τῆς ἱκνουμένης ἐπιθυμῇ. Recte enim Camerarius prius vocabulum usitatiore καθηκούσης id est *debiti et justi habitus* explicat. Ceteri, qui *optimum, exactum, absolutum et perfectum* interpretantur, manifesto in errore versantur. Debitum vero et justum corporis habitum quis hominum non cupiat? Apertum igitur est vitium in alterutro vocabulo: nam notio verbi μὴ ἐπιθυμεῖν non congruit cum ea re, quae vocabulo ἱκνουμένης significatur. Haesit etiam in hoc loco Casaubonus, et vitium verbo ἐπιθυμῇ inesse censuit. Recte! Sed rationem suspicionis is non edidit; nostrum igitur, conquirere eam. Qui igitur apud Graecos palaestrae operam dabant, dabant vero omnes a pueris inde, corpus variis exercitiorum generibus subigebant et tractabant magistro paedotriba, quo melius corpore valerent, quoque rectius et commodius corpore uti in bello ad se patriamque defendendam possent. Pauci enim eousque exercitiis his studebant, ut aut artem ipsi profiteri aliosque docere, aut athleticam profiteri et ad publica certamina gymnica accedere praemiumque victoriae expetere sibi possent. Hi vero unam victoriae gloriam, illi contra solam corporis εὐεξίαν spectabant. Qui corporis exercitationem in palaestra (τῇ ἀσκήσει) negligebant, ἰδιωτικῶς sese habere dicuntur a Xenophonte Memorab. 3, 12. ubi Socrates conspecto Epigene discipulo, qui corpore erat infirmo et male habente se, (καὶ τὸ σῶμα κακῶς

ἔχοντα) ita ad eum ὡς ἰδιωτικῶς, inquit, τὸ σῶμα ἔχεις. Sequitur ibi praeclara disputatio de commodis istius εὐεξίας exercitatione corporis quaesitae ad usum vitae civilem et bellicum. Illam igitur nemo facile est homo, qui non expetat. Nec aliam tamen intelligere licet, quam dicit Aristoteles τὴν ἱκνουμένην ἕξιν. Igitur in isto loco vitium haesit; haerere autem in verbo ἐπιθυμῇ cum Casaubono antea posuimus, et nunc ratio suspicionis apparet. Altera subnascitur dubitatio, anteaquam quaeramus verbum, quod illi, quod vitiosum esse videtur, substituatur, an ἡ ἱκνουμένη ἕξις eadem sit, quam diximus εὐεξίαν, et quae τῇ ἀσκήσει id est corporis exercitatione quaeritur. Quod ut certo sciamus, examinandum est consilium Philosophi in comparanda gymnastica arte cum politica. Id quidem ex sequenti oratione fiet manifestum, sed facile etiam ex ipsa descriptione gymnasticae artis ab Aristotele posita exquiri potest. Gymnastica igitur in universum docet ποία ἄσκησις ποίῳ σώματι συμφέρει, τίς ἀρίστη ἄσκησις, τίς τοῖς πλείστοις μία πᾶσιν: his tribus membris descriptionis adjicitur quartum his verbis ἔτι δ' ἐάν τις — ἀγωνίαν. quod ut reliquis simile fiat, ita verbis conformari potest: ἔτι δὲ ποία τῷ μὴ — ἐπιθυμοῦντι, μήτ' ἐπιστήμης — ἀγωνίαν· καὶ γὰρ καὶ τοῦτο μηδὲν ἧττον — δύναμιν. Ita statim apparet tres gradus poni habitus corporis, ratione virium et sanitatis habita. Primus est gradus τοῦ κάλλιστα πεφυκότος καὶ κεχορηγημένου; atque huic ἄσκησις ἡ ἀρίστη, summa et perfecta, convenit. Alter est mediocris ille plurimorum hominum habitus, inter optimum et malum medius, τῶν πλείστων; his vero alia ἄσκησις, sed una eademque omnibus (μία πᾶσι) convenit. Ad tertium antequam descendamus, primum illum accuratius inspiciamus. Aretinus vertit: *optimae naturae dispositioni et optime affluenti.* Victorius *qui est pulcherrime natura formatus et instructus;* in annotatione: *optime a primo statim ortu conformato et postea instructo refertoque omnibus rebus ad eam accommodatis.* Lambinus: *qui optime sit natura informatus et maximis adjumentis instructus:* Ramus: *optime secundum naturam affecto et comparato corpori:* Giphanius *optime nato et instructo.* Camerarius locum

praeterit. Optime Lambinus sensum latine reddidit; etenim τὸ εὖ vel κάλλιστα πεφυκέναι pertinet ad habitum et formam primum nati hominis; τὸ κεχορηγημένον autem ad eas res quae alimoniis, educatione, disciplina atque institutione accedunt ad habitum corporis naturalem, et naturam adjuvant, accedente inprimis gymnastica arte, ad consequendam illam εὐεξίαν omnibus hominibus exoptatam. Illi igitur membro, quod habet τὸ κάλλιστα πεφυκέναι, nunc opponi videtur ἐὰν τις μὴ τῆς ἱκνουμένης ἐπιθυμῇ ἕξεως μήτ᾽ ἐπιστήμης — ἀγωνίαν, ubi si verbum mutaveris ἐπιθυμῇ alienum a re in aptius ἐπιτύχῃ, statim congruunt omnia, et sententia erit haec: *quodsi vero cui natura non contigerit corporis habitus justus et conveniens*, neque is vel educatione, vel disciplina atque institutione consecutus fuerit ea, quae adesse debent, quibusque praeparatum esse oportet eum, qui gymnasticis artibus corpus formandum firmandumque tradit, nihilo tamen minus vel paedotriba puerum vel gymnastes adolescentem eo poterit perducere, at, quanquam non optimum, (εὐεξίαν) meliorem tamen habitum corporis consequatur, scilicet eum, quem forma et habitus primis naturae staminibus velut exorsus fert. Igitur παιδοτρίβης illi corpori μὴ τῆς ἱκνουμένης ἐπιτυχόντι ἕξεως adhibebit non illam ἀρίστην ἄσκησιν, sed aliam, congruentem tamen et utilem.

παρασκευάσαι τε καὶ ταύτην ἔτι τὴν δύναμιν] Camotiana et Victorius ἐστὶ habent, quanquam Victorius ἔτι *quoque* reddidisse videatur: *etiam* Aretinus. Reliquae omnes cum vetere Interprete, Isingr. et Sylburgiana ἔτι dederunt. Major est difficultas in verbis ταύτην τὴν δύναμιν. Quaenam est illa facultas, quam paedotriba parat et institutione sua tribuit τῷ μὴ τῆς ἱκνουμένης ἐπιτυχόντι ἕξεως? Debet ea esse talis, ut proficiscatur necessario ab arte gymnastica, cujus usum antea vidimus omnem apud Graecos versatum esse in eo, ut corporibus εὐεξίαν pararet. Haec δύναμις aliqua est et recte dicitur. Sed eam perfectam parare et tribuere corpori a natura non optime formato nec ceteris adjumentis instructo non potest paedotriba, talem tamen, qua naturalis habitus emendetur, et quae tali corpori conveniat. Adversatur ta-

men illud, quod de effectu artis gymnasticae nihil antea dictum est, quo possimus ταύτην τὴν δύναμιν referre. Sermo fuit de ἀσκήσει, quae qualisque cuique corpori sit conveniens. Hanc vero δύναμιν nullo modo licet appellare. An igitur τὴν ἱκνουμένην ἕξιν intelligemus? quam licebit interpretari in altero hoc membro convenientem corporis habitui et formae naturali statum valetudinis. Dixi equidem, quid mihi in hoc loco dubium et anceps videatur; alii difficultatem expediant. Etiam illud τε post verbum παρασκευάσαι plane supervacaneum est; fortasse et hic vitium latet.

2. καὶ ἐσθῆτα] *et illa quae vestimenta conficit* Victorius, *in fabricatione navium et vestium* Aretinus, *in ea quae ad rem vestiariam pertinet* Lambinus, *in vestes sarciendi arte* Ramus inepte, *in vestibus* Giphanius, *qui vestem texunt* Heinsius. De vitio manifesto nemo Interpretum admonuit. Equidem ἱστουργίαν scriptum fuisse suspicor. καὶ περὶ ἐσθῆτα *et circa vestitum* vertit vetus Interpres.

ἐκ τῶν ὑποκειμένων — τὴν ἐξ ὑποθέσεως] *e rebus positis — e suppositione* Victorius, in annotatione de posteriore addens: *quae fingitur latis conditionibus quibusdam, et quae possit implere desiderium eorum, qui operam philosophi requirunt.* Aretinus vertit: *et ea quae quantum fieri potest optima — quae sit ex suppositione.* Lambinus: *quae pro rebus subjectis est optima — quae sit ex conditione atque ut ita dicam suppositione:* Ramus *quae pro statu rerum praesentium maxime laudanda, tum denique pro conditione aliqua non sit improbanda.* Giphanius: *quae optima pro rebus subjectis — quae ex suppositione.* Heinsius: *quae praeferenda sit ex copiis praesentibus, hoc est quae pro loco, tempore, personis atque rebus singulis potissimum conveniat. Postremo datam quoque examinare.* Camerarius: *qualem omnino tempora atque res perfici ac consistere patiantur: quin etiam tueri praesentem civitatis statum scire:* In annotatione Camerarius interpretatur priorem: *optimae e re nata et iis quae sunt in medio atque praesentia:* posteriorem: *quae sumatur re ita postulante et veluti conditione lata.* Sequens ἐκ τῶν ὑπαρχόντων *pro statu fortunae* Ramus vertit, *ex copiis praesentibus* Giphanius, *ita ferente statu*

rerum praesentium Camerarius, *pro commoditate rerum* Heinsius. τὰ ὑποκείμενα Camerarius monet esse *quae de re subjecta dici et in ea inesse solent.*

3. καὶ εἰ τἆλλα] Lambinus ait in quibusdam Edd. vitiose καὶ οἱ esse. Sequens ἀπάσαις quo referam, non habeo; πολιτείαις enim intelligere non licet; igitur nihil praeter πόλεσι convenit, quod paulo longiusculum hinc abest.

καινήν τινα] Vulgatum κοινὰν ex conjectura Casauboni correxi. χορηγίας *copiis* vertit vetus Interpres.

4. ἣν ῥᾳδίως — κοινωνεῖν] Aretinus *ut velint et possint homines ex his quae sibi assunt, faciliter eum recipere.* Victorius *quem facile ex iis quae sunt et probare et usu tueri valeant:* Lambinus *quam facile possint praesentibus institutis spretis et rejectis et approbare et ad usum communem transferre, civilisque vitae cultu usurpare.* Ramus: *ad quam facile prae caeteris rebus publicis, quae nunc sunt, cives adduci et velint et possint.* Giphanius: *ad quam facile ex copiis praesentibus et adducantur et possint esse participes.* Heinsius *ut quae maxime e re nata et facillime haberi ac communiter admitti possit atque recipi, commendetur civibus atque approbetur.* Plura sunt, quae jure quis reprehendat in his interpretationibus; sed nolo operam his insumere. Difficultatem habet structura κοινωνεῖν τάξιν ἐκ τῶν ὑπαρχουσῶν πολιτειῶν, quod esse debet communi assensu approbare atque accipere. Vetus Interpres pro κοινωνεῖν reddidit *prosequi.* Idem statim sequentia ὡς ἐστὶν οὐκ ἔλαττον vertit: *tanquam sit non minus opus.* Legit igitur scriptum ὡς ἐν οὐκ ἔλαττον.

5. κεχωρισμένοι] Aretinus: *leges autem earum variae sunt, per quas modus reipublicae gubernandae significatur, secundum quas debeant illi, qui sunt in potestate* etcet. Victorius: *separatae sunt ab iis, quae declarant rempublicam.* Lambinus *separatae sunt ab iis, quae reipublicae administrandae formam declarant.* Ramus: *at leges ab his rerumpublicarum descriptionibus diversae sunt, quarum consiliis magistratus rempublicam gerant.* Giphanius *leges vero ab iis rebus quae rempublicam indicant, sunt sejunctae:* Heinsius: *ex quibus sane apparet, inter ea, quae constituunt rempublicam, non numerari le-*

ges. *Non enim cognoscuntur legibus respublicae aut distinguuntur, verum fine et principatu, sive suprema potestate.* Camerarius: *ea quibus formae rerum publicarum demonstrantur, separata sunt ab edictis legum.* Vides duplicem esse loci interpretationem. Alteram solus Aretinus secutus est, qui τὰ δηλοῦντα τὴν πολιτείαν ad ipsas leges retulit; itaque graeca ita intellexit κεχωρισμένα εἰσὶ καὶ τῶν δηλούντων. Alteram ceteri interpretes omnes amplectuntur, dum τὰ δηλοῦντα τ. π. ipsam illam τάξιν περὶ τὰς ἀρχὰς etcet. id est constitutionem et formam reipublicae administrandae interpretantur. Hanc quanquam tueri videatur ipsa verborum structura, uti nunc habent, mihi tamen naturae contraria ea videtur esse. Quomodo enim τάξις illa, quae facit constitutionem et formam reipublicae, simul *significare* (δηλοῦν) eam dici recte potest? cum illa τάξις prior, lex posterior sit et accommodetur illi priori. Itaque Aretini rationem amplector. Forte in verbis vitii aliquid haesit: ut paulo antea vulgatum ἑκάστης τῆς πολιτείας ex vetere Interprete correxi, qui *singulis* vertit.

6. καὶ τὸν ἀριθμὸν ἔχειν] *tenere* interpretatur cum Aretino Victorius. Ad ἀριθμὸν intellige τῶν διαφορῶν. Sequentia πρὸς τὰς — θέσεις recte Giphanius interpretatur *propter legum scriptionem.*

πλείους] Vulgatum πλείω cum Camerario correxi, qui mox etiam μόνη scribi maluit. Vetus Interpres: *si quidem plures et non una.* Verba μηδὲ ὀλιγαρχία μόνον ἐστὶν omisit Aretinus.

Ad Caput II.

περὶ τῶν πολιτειῶν] Zuingeriana omisit, hinc recentiores male secluserunt praepositionem. Omisit tamen etiam vetus Interpres.

ἐστιν εἰπεῖν ὀνομάτων · βούλεται] Verba τῶν ὀνομάτων Aretinus omisit tanquam inutilia. Sed ad rem pertinent. Significare enim voluit Philosophus, de aristocratia et regno dictum

fuisse a se tum eoque in loco, cum de optima reipublicae forma in universum disputaret in priore doctrina, quanquam nominibus iisdem βασιλείας et ἀριστοκρατίας tum eoque in loco non fuerit usus. Haud scio, an ad hanc sententiam verborum animum adverterit Giphanius, cum ad hunc locum ita annotaret: *De Aristocratia tamen non ita separatim ut de regno explicavit, cum tamen videatur et de Aristocratia separatim explicasse, maxime ex his verbis cap. 3. sequentis: καὶ εἴ τι δὴ τοιοῦτον ἕτερον εἴρηται πόλεως εἶναι μέρος ἐν τοῖς περὶ τὴν ἀριστοκρατίαν· ἐκεῖ γὰρ διειλόμεθα ἐκ πόσων μερῶν ἀναγκαῖόν ἐστι πᾶσα πόλις. ubi de partibus civitatis disputasse se ait eo loco, quo de aristocratia explicavit. Sed hic locus in prioribus nusquam extat. Nam de partibus quidem civitatis supra 3. c. 8. quaedam affert, nihil tamen de aristocratia. Quare disputatio de aristocratia fortasse intercidit. Borrhaeus existimat, Aristotelem singulari libro de aristocratia disputasse eumque intercidisse.* Quae fuit etiam suspicio satis inepta Divi, ut ait Victorius, Thomae in annotatione ad h. l. *De ea seu ejus generibus infra etiam quaedam differuntur cap. 7. Reliqua sunt quatuor rerumpublicarum genera, respublica, tyrannis, oligarchia et democratia, de quibus hoc libro explicatur.* Quodsi magis animum intendisset, in his vestigiis facile indicium lacunae et defectus indagasset.

Aliam viam ingressus est Zuingerus, cum haec ad Caput ultimum libri praecedentis annotaret initio: *Syncephalaeosis haec est eorum, quae dicta sunt de rerumpublicarum speciebus tribus universim. Itaque rectius inter caput decimum tertium et decimum quartum* (nobis nonum) *interjici debuisse uideatur. Decimo quarto enim* (nobis nono) *capite ab uniuersali consideratione rerumpublicarum ad species descendit, et primam speciem regiam exequitur, simul etiam tacite Aristocratiam: sequentis uero libri capite 2. de politia agit. Forte cum caput praesens ultima sui parte mutilum sit et mancum, eademque habeat quae initium libri septimi: insuper uero libri sequentis initium nimis generale uideatur esse, et phrases quaedam parum Aristoteleae occurrant, suspicioni locus esse possit, haec omnia neque ad caput secundum sequentis libri temere

interjecta ab aliquibus fuisse vel certe diversis temporibus ab Aristotele scripta extremam illius manum desiderasse.

In his suspicionibus Zuingeri quaedam veri vestigia inesse mihi quidem videntur: veluti illa opinio de capite ultimo libri praecedentis, quanquam mutili, transferendo et collocando ante initium noni, ita ut disputatio de regno procedat; quam deinde secuta fuerit altera de aristocratia. Verum huic opinioni statim hoc adversari videtur, quod Aristoteles hoc nostro in loco ait, se de regno et aristocratia simul, quanquam non positis nominibus βασιλείας et ἀριστοκρατίας, eo in loco disputasse, ubi de optima republica universim dixerit. Jam vero non nominatur solum βασιλεία capite nono, sed diversa etiam ejus genera capite decimo pertractantur. Quid quod capite undecimo plane eadem verbis paulum variatis repetuntur, quae caput nonum et decimum tradiderat: unde merito alterutri capiti suspicio adulterini foetus adhaeret; quae posset etiam eo progredi, uti conjiciat alterum caput successisse subjectum in locum ejus, quod de aristocratia docebat. Potest tamen locus hic noster etiam interpretatione non incommoda ad solam aristocratiam referri, quam, etiamsi non nominatam, generali disputatione de optima republica comprehensam fuisse a se Philosophus nunc dicit. Verum quaestionem hanc difficillimam de defectu in fine libri praecedentis ad liquidum perducere vix unquam licebit. Satis tamen ex hoc loco et capite 3. est manifestum caput ultimum praecedentis libri, quo respicitur his duobus in locis, esse mutilum et truncatum. Quod enim Schlosserus ad h. l. putavit, respici nunc caput 10 et 11 libri praecedentis, ubi aristocratia regno opponatur et cum eo comparetur, quamvis de ea separatim non tractetur: id verum lectori attento ut videri possit vereor. Nominatur quidem obiter aristocratia in disputatione de regno c. 10, s. 7. et capitis 11 (quod merito suspectum habetur propter ejusdem argumenti repetitionem) sect. 11. verum non pertractatur ejus doctrina. Superest igitur, ut putemus in extremo capite praecedentis libri doctrinam de aristocratia cum universa disputatione de optima republica intercidisse. Idem

vero Schlosserus in annotatione ad capitis sequentis locum supra positum posuit, μέρη ibi dici non partes reipublicae, (de quibus demum libro septimo dicatur) sed genera vel species. Itaque censet Aristotelem ibi respicere ad libri 3, capitis 5 sect. 8 et sequentes, ubi varietas τοῦ δήμου, quod varia civitatum genera quaerunt, tractatur. Verum hanc vocabuli interpretationem probare equidem non possum, et cum Giphanio potius statuo vel suspicor, cum tractatione de optima republica doctrinam de partibus necessariis reipublicae etiam intercidisse in extremo libro tertio.

Denique adhuc dicendum est de illa virorum quorundam doctorum opinione, qui libro tertio septimum statim subjungendum esse censuerunt, quoniam ibi de optima republica tractetur, atque ipsum initium libri septimi ex fine tertii aptum esse videatur; a qua quidem opinione nec Sepulveda nec Victorius alienus fuisse videtur. Verum hi non cogitarunt, alio sensu ibi optimam rempublicam dici atque explicari, quam factum a se hic ait Aristoteles, ubi aristocratiae tractationem post regium imperium disputatione de optima republica et de partibus necessariis reipublicae comprehenderat. Scilicet libro tertio, uti sequentibus etiam, Aristoteles tractat τὴν ἀρίστην τῶν ὑπαρχουσῶν; contra in libro septimo octavo et nono, qui intercidit, instituit ipse novam, quae illi videbatur esse optima, nec eam τὴν ἀρίστην τῶν ὑπαρχουσῶν sed τὴν ἀρίστην τῶν δυνατῶν. Quae duae species quantopere inter se discrepent, non est opus lectorem docere. Igitur illam virorum doctorum opinionem vel suspicionem nulla ratione possum approbare, sed potius ordinem vulgarem librorum Politicorum retinendum et servandum censeo.

συνιστάναι] Camotiana συνιστάναι dedit pejus. κεχορηγημένην vetus Interpres vertit *diffusam*.

2. δεύτερον δὲ] Equidem δευτέραν scribendum censeo, cum antecesserit χειρίστη καὶ δευτέρα, et sequatur μετριωτάτην.

3. τις — τῶν πρότερον] Platonis locum in Politico respici monuit cum Victorio Giphanius, ubi est πασῶν μὲν νομίμων τῶν πολιτειῶν οὐσῶν τούτων χειρίστη, παρανόμων δ' οὐσῶν ξυμπασῶν βελτίστη.

ἀλλὰ ταῖς πλείσταις — τίς ἐστιν.] In hoc membro orationis vehementer vereor, ne vitium insit. Neque enim ἀλλὰ cum antecedentibus bene coit, nec illa postrema τίς ἐστιν, cum prioribus κἂν εἴ τις ἄλλη recte jungi posse videntur. Aretinus pro particula contraria ἀλλὰ posuit copulam et; uti Lambinus et Ramus.

χωρὶς ἑκάστης] Camerarius reperit alicubi scriptum ἑκάστῃ, et intelligi monet εἴδει. Ceterum his verbis profitetur Philosophus argumentum librorum trium hujus, quinti et sexti. Paulo antea τέλος δὲ πάντων τούτων vetus Interpres vertit: *tandem et post haec omnia*, Thom.: *tandem autem p. h. o.*

Ad Caput III.

ὁπλιτικὸν — ἄοπλον] Camotiana ἄνοπλον habet. Triplex est horum verborum interpretatio. Aretinus et Ramus *bellicosam et imbellem* vertunt, Victorius, Lambinus et Heinsius *armatum* et *inermem*, Giphanius *milites* et *paganos*. Equidem ὁπλιτικὸν interpretor eos, qui gravis armaturae milites esse possunt, ἄοπλον vero, qui leviter armati solent in bello rem gerere. Quae vero sit utriusque generis abundantis vis ad formam reipublicae constituendam vel mutandam, inferius docebit Philosophus.

2. πρὸς τοὺς πολεμίους] Vetus versio et Aretini πολέμους reddidit. Equidem ἐν τοῖς πολέμοις malim.

Ἐρετριεῖς καὶ Χαλκιδεῖς] Plutarchi locum annotavit Victorius in Ἐρωτικῷ p. 49. Reiskii, p. 36. Hutten, ubi narratur pugna Chalcidensium, peditatu valentium, contra Eretrienses equitatu superiores, advocato equitatu Thessalorum. Addit Plutarchus Aristotelem ducem equitatus Cleomachum quidem similiter nominasse, uti ceteros, sed Chalcidensem ex Thracia fecisse. De Magnetibus ad Maeandrum (*sub Maeandro* vertit vetus Interpres) nota est narratio ὕβρις καὶ Μάγνητας ἀπώλεσεν apud Theognin, Callinum, Archilochum, de quo comparabis Athenaeum 12, p. 525. Luxu

enim emolliti tandem ab Ephesiis victi traduntur; quod tempus an Philosophus respexerit, dubito.

διελόμεθα] Camotiana Isingr. et Casaubon. διείλομεν habent. Locus, quem respicit Philosophus, hodie non extat in libro tertio, sed ejus initium superest in libro septimo extremo, uti ad Caput 2. demonstravi.

3. ἢ κοινήν τιν' ἀμφοῖν] Vereor, ne haec verba a suo loco distracta et hic temere repetita sint, vel aliud vitium conceperint. Suspicor enim fuisse olim scriptum ἢ κατὰ τὴν δύναμιν τῶν μετεχόντων· λέγω δ' οἷον τῶν ἀπόρων ἢ τῶν εὐπόρων· ἢ κατά τινα αὐτῶν ἰσότητα κοινὴν ἀμφοῖν. Ἀναγκαῖον ἄρα etcet. Norma reipublicae instituendae et describendae prima petitur a δυνάμει civium; ad genus δυνάμεως refertur hic πλοῦτος seu divitiae, quibus altera pars magis valet et superat alteram; atque hoc est discrimen pauperum et ditium, τῶν ἀπόρων καὶ εὐπόρων. In aristocratia altera est δύναμις, qua pars civium superat alteram, nempe ἡ ἀρετή; quam nominare hic omisit. Altera norma in democratia adhibetur, quam praebet aequalitas quaedam utrique civium generi, pauperum nempe et ditium, communis; haec est libertas, ἐλευθερία. In vulgata vero scriptura fieri non potest, quin inepte τῶν ἀπόρων ἢ τῶν εὐπόρων esse dicatur per se κοινή τις ἰσότης; hi enim divitiis plane impares sunt, ut εὔποροι et ἄποροι; sed uti cives sunt, ita sibi libertate plane pares sunt. Ramus cum verba ἢ κοινήν τιν' ἀμφοῖν sensu cassa esse sensisset, (deest enim nomen; nec ἰσότης repeti potest, nisi cum crimine tautologiae ineptae) caute praeteriit vertendo ita: *aut secundum facultates et census civium pauperum et locupletum, aut secundum aequalitatem ipsis inter se et egentibus et abundantibus communem.* Heinsius qui vulgarem scripturam declarare voluit, magis eam obscuravit. Ita vero ille: *Nam aut pro potentia eorum, penes quos potestas, aut aequalitate quadam partes utriusque eas dividunt. Per utramque autem partem, divites intellige ac locupletes, qui aut inter se seorsim, aut communiter et ambae, esse aequales possunt.* Superest etiam alia ratio vulgatae scripturae ita emendandae, ut alterum illud membrum servetur. Potest enim priore loco scribi κατά τινα αὐτῶν ἀνισότητα, λέ-

γα δ' οἷον τῶν ἀπόρων ἢ τῶν εὐπόρων, ἢ [κατὰ] κοινήν τιν' ἀμφοῖν ἰσότητα. Verum tum δύναμιν de opibus et divitiis solis interpretari non licet, sed de potestate vel de virtute.

4. δημοκρατίας, ὥσπερ] Vulgatum δημοκρατίαν praeeunte Lambino cum Casaubono correxi.

5. συντονωτέρας — ἀνειμένας] Manet in comparatione et utitur vocabulis harmoniarum generibus peculiaribus; phrygia enim συντονωτέρα est, alibi etiam ἐνθουσιαστικὴ dicitur; dorica contra est ἀνειμένη seu remissior et gravior.

6. ἐὰν δ' ὀλιγαρχίαν — ὀλίγοι] Hoc membrum Camotiana collocavit post verba δημοκρατεῖσθαι τούτους, ubi verborum structuram impedit; quare transponenda censuit Camerarius, idque auctoritate Codicum suorum fecit Victorius. Aretinus utrobique omisit. Ceterum in antecedente membro τὸ πλεῖον μέρος de numero capere non licet, si vere voluit loqui Philosophus, uti recte admonuit Schlosserus, qui praevalens interpretari malebat. Verum cum omnis disputationis cardo in numero versetur, (ὀλίγοι et πλῆθος) vix licet numeri notionem ab hoc loco excludere; itaque, ne sententia ipsa plane falsa fiat, ambiguitatem vocabuli et duplicem sensum assumere oportebit. Fortasse totum hoc membrum aliunde irrepsit, et poterat commode abesse.

πένησιν, ἐλευθέροις οὖσι] Malim ἐλευθέροις μέντοι οὖσι scriptum.

7. Αἰθιοπίᾳ] Narrat Herodotus 3, 20. De pulcritudine regum Medorum Strabo 16. p. 798. Omnino compara Lucretium 5, 1110.

8. καὶ μὴ ἐλευθέρων ἄρχωσι] Aretinus vertit: *ut neque ingenui pauci existentes pluribus neque multitudo ingenuis dominetur, ut in Apollonia;* quasi scriptum legisset: πλειόνων, οὔτ' ἂν τὸ πλῆθος ἐλευθέρων ἄρχωσιν, οἷον. Camerarius ad h. l. ita: *Quomodo sunt μὴ ἐλεύθεροι cives? aut cur δῆμος, ubi praesunt ὀλίγοι? Si igitur ista mendo carent, quomodo explicari possint, nondum video.* Eadem monuit Victorius, qui difficultatem tolli posse censebat, si liceret ἐλευθέρους hic interpretari eo sensu, quo latine dicuntur *ingenui* non solum liberis parentibus sed etiam honesto genere nati. Ante eum Sepulveda etiam scopulum vidit, et varia tentavit, ut eum vitaret. Sed

nullum adhuc remedium fuit excogitatum, quo liceret tuto uti. Itaque quaedam verba et membrum aliquod excidisse videtur. Exemplum enim Apolloniensis reipublicae minime sententiae propositae congruit. De Apollonia hac, Corcyraeorum et Corinthiorum colonia, refert Aelianus v. h. 13, 16. *Ἀπολλωνιάται ξενηλασίας ἐποίουν κατὰ τὸν Λακεδαιμονίων νόμον.* Herodotus libri 9, c. 93. obiter narrat de Eveno patre Deiphoni, vatis Corinthiorum, et de sacris soli pecudibus in Apollonia, ibique haec posuit: *τὰς δὲ νύκτας ἀραιρημένοι ἄνδρες οἱ πλούτῳ τε καὶ γένεϊ δοκιμώτατοι τῶν ἀστῶν ἕκαστοι φυλάσσουσι ἐνιαυτὸν ἕκαστος.* Unde licet etiam conjicere oligarchiam ibi fuisse. De Theraeorum republica minus etiam constat.

ὥστε ἂν οἱ πλούσιοι] Intellige *τῶν πενήτων ἄρχωσι.* De Colophoniis a Gyge rege Lydorum victis narrat Herodotus libro 1.

οἱ πλείους] De hoc loco vide Addenda.

Ὀλιγαρχίαι δὲ] Rectius *ὀλιγαρχία* vertit vetus Interpres.

9. *προῃρήμεθα — ἀποδιωρίζομεν*] Ita cum Victorio Isingr. *ἀποδιορίζομεν* reliquae, unde *ἀποδιορίζοιμεν* effici voluit Sylburgius.

11. *Τὸν αὐτὸν — πολιτειῶν*] Aretinus *eodem modo de rebuspublicis*, quasi *περὶ τῶν εἰρημένων πολ.* scriptum legisset. Vitium in verbis aliquod inesse, apparet.

εἰς τρυφὴν] Camotiana *τροφήν*, sed Aretinus *delicias* vertit: Deinceps vulgabatur *τρίτον δ' ἀγοραῖον.* Articulum inserui e vetere Interprete, qui vertit *Tertia quae circa forum.*

12. *καὶ ταῦτα πάντα*] Camotiana *καὶ πάντα ταῦτα.* Platonis locus est in libro secundo. Dicitur autem *πρώτη πόλις*, quam in libris *πολιτειῶν* Plato instituit; alteram enim in libris de Legibus tradidit.

ἀναγκαίαν γε χάριν] Mihi in hac sententia *γε* abesse debere videtur. Deinceps *ἴσων* reddidit vetus versio. Sequens *τὸ* Camotiana omisit. Ad verba *ἀλλ' οὐ τοῦ καλοῦ μᾶλλον* recte monuit Camerarius haec: *Hoc apud Platonem Socrates non dicit, neque finem facit congregationum civilium indigentiam aut caussam, sed initia ait ista esse in congressionibus homi-*

num usus atque commerciorum, de quibus coetus illi augeri deinde soleant. Et concipitur magis animo tale quiddam, ut ad justitiam, quae vestigabatur, hac via perveniretur, quam quod re ipsa civitatis velut opus quoddam extrahatur. Saepiuscule Aristoteles Platoni facit eandem injuriam oblitus consilii ejus, quod secutus erat Plato in fingenda politia sua, ut post Camerarium demonstravit Morgenstern de eo Platonis opere edito libello. Praeterea monet Conringius hanc omnem Platonicae politiae crisin Philosophum commodius post factam jam partium recensionem subjicere debuisse.

13. *ἀπτομένης*] Camotiana *ἀπτομένων. vicinis contactis* Aretinus vertit. Deinceps *οὐδὲν γὰρ διαφέρει* vertit vetus Interpres. idem pro *ἐκπλουτεῖν* vertit *ditari*, igitur *πλουτεῖν*.

14. *Ἕβδομον — οὐσίαις λειτουργοῦντες*] *quae fortunis suis navat operam reipublicae* Victorius; *qui magna patrimonia habentes onera reipublicae sustinent* Aretinus; *quae facultatibus et copiis rei familiaris munera et onera publica subit* Lambinus; *qui suis facultatibus et sumtibus publicam unera sustinent* Ramus, *quae copiis deservit* Giphanius omnium pessime; *qui divitiis ac facultatibus, quas in usum reipublicae impendunt, praediti sunt* Heinsius; *qui opulenti atque divites sumtus in publica munera possent impendere* Camerarius, qui in annotatione primum illud bene admonuit, sextam partem poni *τὸ μετέχον δικαιοσύνης δικαστικῆς* et *τὸ βουλευόμενον*, senatum et judicia; deinde verbum *λειτουργεῖν* docet significare administrationes publicorum quorundam munerum, quae impensas requirerent, ut instruere armareque triremem, quae erat *τριηραρχία*, chorum ad ludos scenicos, cujus muneris nomen *χορηγία*, alere et ornatum praebere, etiam tribulibus epulas dare: *γυμνασιαρχία* autem palaestram curabat et oleum ad certamina proponebat. Sed *εἰσφορὰ*, id est tributum, imperabatur necessitate cogente, quod scilicet pendere cogebantur quique pro facultatibus suis. Haec Camerarius, qui de eodem verbo docuit ad Nicomacheorum 9, 14 p. 406. ubi *λειτουργίας* ait Jurisconsultos *munera* interpretari, *Quae*, pergit, *cum et necessitate ingrata, et oneribus gravia essent, petebatur et dabatur meritis vacatio horum, quae erat ἀτέλεια, nomen ge-*

nerale. Nam ἀλειτουργησίαν notat Pollux 8, 156, *ut nomen* εὐτελὲς, *id est futile.* ἀλειτούργητον *autem* οὐσίαν *dixisse ait Dinarchum et Isaeum* (3, 67.) *id est bona, quae non haberent munerum publicorum functionem.* Addit etiam descriptionem civium ex censu ad has λειτουργίας accommodatam, quam pro temporibus diversam accurate enarravit egregius Wolfius in Prolegomenis ad Leptineam, ubi etiam λειτουργίας significatio et vis copiose explicatur p. LXXXVI. seqq. Ceterum Giphanius admonuit, uti partes reipublicae ponuntur hic necessariae octo, ita infra libri 7, c. 8. poni sex tantum, has nempe, τροφὴν, τέχνας, ὅπλα, χρημάτων εὐπορίαν, ἱερατείαν, κρίσιν περὶ τῶν συμφερόντων καὶ τῶν δικαίων. Vides omissam hic esse ἱερατείαν, contra ibi vocabulo τροφὰς comprehendit τοὺς γεωργοὺς, τὸ θητικὸν et τοὺς ἐμπόρους. Conringius putabat sextam partem hic excidisse, eamque fuisse τὴν ἱερατείαν. Quanquam enim antea obiter Aristoteles commemoraverit τὸ βουλευόμενον καὶ τὸ κρῖνον τὸ δίκαιον; ejus tamen partis veluti sextae rationem non habuisse videri Philosophum, quoniam deinceps subjicit: λοιπὰ δὲ περὶ ὧν τυγχάνομεν διῃρηκότες ἄρτίως, τὸ βουλευόμενον καὶ κρῖνον περὶ τῶν δικαίων τοῖς ἀμφισβητοῦσιν. Hactenus recte monuit vir doctus; quod vero addit: *Non possunt etiam unam partem constituere, utpote quum plane diversae sint naturae; eoque Aristoteles ipse eorum mentionem facturus ait* λοιπὰ δὲ, *numero plurali:* id magis dubitari potest; infra enim libro septimo similiter jungit κρίσιν περὶ τῶν συμφερόντων καὶ τῶν δικαίων τῶν πρὸς ἀλλήλους.

ὁ χαλκοῦν εὐπόρους] Casauboni conjecturam ὡς recipere non sum ausus, quanquam in Platonico vel Xenophonteo aliquo scripto facere id non dubitassem.

δημιουργικὸν — λειτουργοῦν] Aretinus vertit: *qui publicam operam exhibent et qui in magistratibus gerendis occupati existunt.* Victorius: *quae obit munera publica et magistratus gerit:* Lambinus *quae rempublicam administrat quaeque in gerendis magistratibus reipublicae dat operam: — quique in gerendis magistratibus civitati serviant.* Ramus: *quae rempublicam regit et magistratus gerit — qui possint imperare et publica munera subire.* Giphanius: *quae reipublicae inservit et*

in magistratibus versatur — qui praeesse possint et qui munera obeant. Heinsius *qui muneribus funguntur publicis, hoc est magistratus gerunt in republica — qui ex dignitate reipublicae praeesse illi, quique officium hoc civitati — praestare possint.* Camerarius: *octava operam in civitate navantium capessendis honoribus et gerendis magistratibus.* In annotatione ita docet: *Octavum genus facit in civitate eorum, qui publicas operas darent et vacarent magistratibus gerendis et suscipiendis curationibus. Quod est omnino multiplex, et magnam habet varietatem majorum et minorum munerum, et operarum his inservientium. Nam τὸ δημιουργικὸν id nunc puto significare, quod operarum publicarum nomine latine. Odysseae autem* 17, 383. *δημιουργοὶ nominantur vates, medici, architecti, cantores, qui et aliunde accersiti ibi perhibentur.* In his insunt vestigia veri, ut apparebit comparato loco simili infra libri 5, cap. 8. sect. 5. ubi est de origine tyrannidis: *αἱ δ' ἐκ τῶν αἱρετῶν ἐπὶ τὰς κυρίας ἀρχάς· τὸ γὰρ ἀρχαῖον οἱ δῆμοι καθίστασαν πολυχρονίους τὰς δημιουργίας καὶ τὰς θεωρίας.* Sunt igitur δημιουργίαι proprie *αἱ κύριαι ἀρχαί*, summi magistratus, ut recte ibi Giphanius interpretatur. Platonis locum ibi apposui, qui δημιουργίας, στρατηγίας καὶ τὰς ἄλλας ἀρχὰς junxit. Hoc vero in loco generatim majores magistratus intelligit, qui ipsi etiam λειτουργίαν habent, quoniam muneribus ita funguntur, uti nullam mercedem ex aerario accipiant, sed si quas impensas functio flagitat, de suis eas faciant. Contra sunt quidam minores magistratus, qui titulum ἀρχῶν magis honoris caussa acceperant, cum rectius et proprie et essent et dicerentur λειτουργίαι. Ita τριηραρχία et γυμνασιαρχία multo plus sumtuum quam honoris aut imperii adjunctum habebant. Suspicor etiam vocabulum λειτουργίαν Philosophum induxisse, ut δημιουργίαν et τὸ δημιουργικὸν adhiberet de majoribus magistratibus, id est περὶ τῶν κυρίων ἀρχῶν, quoniam λειτουργία et δημιουργία proprie eandem rem significant, uti docuit Wolfius Prolegom. ad Leptineam p. LXXXVI. ubi pagina sequenti quod ait vir egregius: *Minime vero λειτουργίαι miscendae sunt cum ἀρχαῖς h. e. magistratibus, quod a nonnullis factum vidi. Temere id collegerunt ex Demosthenica pro Corona*

rona p. 515. E. quomodo sit interpretandum, hic locus Aristotelis praeclare docet.

ἀρετῆς τῶν πολιτικῶν] Aretinus *qui virtutem habeant rerum civilium*: Victorius *esse aliquos incumbentium reipublicae, qui participes sint virtutis*. Lambinus *qui ea virtute quae ad res civiles pertinet, quaeque politicorum propria est, sint instructi atque ornati*. Ramus *ut quidam civilis virtutis sint participes*. Giphanius: *qui virtutem rerum civilium habeant*. Heinsius *qui civili sint virtute praediti ad haec commode gerenda*. Camerarius haec praeterit. Triplex igitur est interpretum ratio. Victorius enim τινὰς τῶν πολιτικῶν junxit, quasi πολιτικῶν esset dictum pro πολιτευομένων; cum Ramo Heinsius ἀρετῆς τῆς πολιτικῆς, virtutis civilis; sed ea nostro longe diversa est, et dicitur ea, quae est civis cujusque, eaque accommodata ad πολιτείαν illam, in qua quisque vivit. Superest igitur tertia Aretini, Lambini et Giphanii ratio, quae scientiam civilium rerum seu prudentiam civilem interpretatur, quae sane requiritur ad id efficiendum, quod ait Philosophus καλῶς γενέσθαι καὶ δικαίως.

5. τῆς ἀρετῆς πάντες] Haec nulla alia esse et intelligi hic potest, nisi quam modo explicavimus, ἡ ἀρετὴ τῶν πολιτικῶν. Contra Conringius scribendum censebat ἀρχῆς, *quoniam de virtute nullus hic possit esse sermo*. Verum non de virtute in universum loquitur, sed de ea, quae est in scientia rerum civilium.

καὶ τὰς πλείστας ἀρχειν] Intellige ἀρχὰς ex verbo ἄρχειν. Simile exemplum supra vidimus. Aretinus vertit: *multifariam se idoneos existimant ad gubernandum*. Camerarius putabat τὰς πλείστας ἀρχὰς ἄρχειν non quadrare ad hunc locum, igitur ἔχειν censebat scribendum, ἀρετὰς intelligens. Sed Aristoteles unius ἀρετῆς τῶν πολιτικῶν antea meminit, quam dividere in plures nunc non licebat. Contra ἀρχὰς cum Lambino addi maluit Sylburgius, quod deinceps receperunt recentiores Editiones: eamque scripturam vertit vetus Interpres.

Ad Caput IV.

τὸ περὶ τὴν θάλατταν] Articulum τὴν ex Camotiana et Isingr. inserui. Sequens πορθμευτικὸν (pro quo deinceps Camotiana πορθμικὸν habet) Aretinus hic *nautae* paulo post *portitores* vertit; Victorius cum Lambino et Ramo utrobique *portitores*, cum Aretino Giphanius *nauticum* male! *Navicularios* latine dici monuit Camerarius.

πορθμευτικὸν δ' ἐν Τενέδῳ] Particulam δὲ cum Sylburgio e vetere Interprete inserui, et deinceps eodem auctore vulgatum ἑτέρῳ πλῆθος correxi.

2. τούτοις [ὅμοια] λεγόμενα] Ex antiqua versione et Aretino cum Isingr. et Sylburgio inserui ὅμοια, quod improbabat Victorius vertens: *et quae dicuntur eadem differentia, qua haec*, in annotatione interpretatur, *quaecunque conjungis nominasque simul, cum unam eandemque partem conficis divisionis.* Lambinus *et similibus, quae ex eadem differentia dicuntur.* Ramus *et similibus differentiis distinguuntur.* Giphanius *et his similia, quae eadem differentia dicuntur.* In vulgata explicanda laboravit Camerarius, ita scribens: *Quae ad differentiam in his commemorari solent aut possunt, ut sunt tenues, ignobiles atque humiles, futiles, male instituti atque indocti: vel ea significantur, quae alia ad differentiam diversi generis commemorarentur, fortunati, potentes, honorati et factiosi, ut in Aulularia.* Equidem malim *et his similia, quibus eadem ratione differre dicuntur* (οἱ γνώριμοι) *optimates a plebe.*

μᾶλλον ἄρχειν] Vulgatum ὑπάρχειν cum Victorio in Addendis correxi, alioquin τοῖς ἀπόροις ἢ τοῖς εὐπόροις scribendum fuisse idem admonuit. Aretinus vertit: *esse pares divites et pauperes, nec alteros plus posse, alteros minus, sed utrosque esse aequales.* Camerarius vulgatum ὑπάρχειν interpretabatur *extare, eminere, in pretio esse, elucere, conspici.* Ramus: *ne plus inopes in civitate possint quam divites.* Giphanius *ne majore sint in pretio divites quam pauperes:* Lambinus autem ordinabat verba ita τοὺς εὐπόρους ἢ τοὺς ἀπό-

ρας. sed eundem plane ordinem verborum in eadem sententia alibi etiam in his libris reperire memini.

ὁμοίως ἀμφοτέρας] Vulgatum ὁμοίους cum Camerario correxi. *Pares* cum Ramo Giphanius, *aequales* Aretinus vertit; sed hi grace dicuntur ἴσοι.

3. κταμένῳ] In Codicibus quibusdam κταμένῳ scriptum testatur prior Victorii Editio. Deinceps Camotianae scripturam ἂν ὑπεύθυνοι probare videtur Camerarius, sed definit ejus annotatio tamen ita: *significantur igitur nuncii, quos nemo postulare possit, administrationis ullius aut auctionis nomine*. Victorius aptius *quicunque maculae alicui obnoxii non fuerint:* Aretinus: *modo non sint aliqua de causa obnoxii.* Lambinus *qui modo ab omni obligatione liberi ac soluti sunt:* Ramus: *civibus idoneis et omni generis exceptione et reprehensione majoribus:* Giphanius *qui exceptione non excluduntur.* Heinsius *qui exceptione repellantur, hoc est qui vel generis sunt libertini vel qui non utroque nati sunt cive.* Recte monet Schlosser infra cap. 6. esse de hoc genere: ἔστι γὰρ πᾶσιν ἐξεῖναι τοῖς ἀνυπευθύνοις κατὰ τὸ γένος, μετέχειν μέντοι δυναμένοις σχολάζειν. Vetus Interpres *quicunque utique dirigibiles.*

ἕτερον — καὶ μὴ τὸν νόμον] Hoc genus a primo qua nota differat, quaesiverunt Interpretes. Giphanius ait in prima democratia aditum ad magistratus patere omnibus, non tantum civibus, sed etiam inquilinis, nullo nec censu nec civitatis discrimine. Hanc autem democratiam infra cap. 6. praetermissam esse, quia inusitata aut certe rara esset. Verum inquilinos excludunt verba τὸ μὴ ἐξ ἀμφοτέρων πολιτῶν ἐλεύθερον. Itaque cogimur cum Schlossero statuere, in prima democratia legum nec mentionem fieri nec vim ullam esse. Ideo Philosophus videtur eam in repetita descriptione omisisse.

4. ταῖς κατὰ νόμον] Camotiana νόμους habet; eadem πολιτειῶν pro πολιτῶν, quod vitium correxit Camerarius.

5. οὐκ ἀγαθὸν] Codices quidam Victorii ἀγαθὴν praeferebant. Locus est in Iliade 2, 204. Deinceps δεσποτικὸς malebat Sylburgius, non ego.

παρ' ἑκατέροις] Haec omisit Camotiana et Isingr.

6. *πρόκλησιν*] Margo Isingr. *πρόσκλησιν* ex inutili conjectura habet, aut ex interprete antiquo, qui *advocationem* posuit. Deinceps Conringius malebat *τοιαύτην δημοκρατίαν οὐκ εἶναι πολιτείαν* vel potius *τοιαύτην οὐκ εἶναι δημοκρατίαν οὐδὲ πολιτείαν*. Posterior ratio non procedit. Non longe hinc vetus Interpres *περὶ τῶν δὲ καθέκαστα* scriptum vertit *de singularibus*, quam scripturam probo propter sequens *κρίνειν*. Postea cum Lambino *ψηφίσματι* malebat Casaubonus. Causam non probo.

Ad Caput V.

μακρῶν ὦσιν] Aldina, Isingr. *μικρῶν*, quod cum Aretino probavit Lambinus et Conringius. Giphanius *μὴ μακρῶν* scribi voluit. *Nam in secundo genere*, inquit, *census est ille quidem priore genere major, non tamen magnus.* Atqui hoc partim manifesto falsum est, partim dubitatur. Conringius aliam causam edidit. *Nec enim*, inquit, *oligarchiae haec species potest fieri ἀριστοκρατικὴ, si soli illi, qui in censu magno sunt, admittantur; sed tum demum, si etiam, qui censu sunt minore, locum in magistratu inveniant.* At enim nota oligarchiae Aristotelica inest censui, contra aristocratiae, ubi praeter censum virtus etiam spectatur. Hoc contra Conringium monuit etiam Schlosserus.

ἕτερον δ' εἶδος] Particulam *δὲ* ex Isingr. et Sylb. inseruerunt Edd. recentiores. Vetus Interpres *εἷς ᾖ* pro *εἰσίῃ* scriptum vertit: *unus sit.*

ἀντίστροφος — ἐν ταῖς ὀλιγαρχίαις] Praepositionem omitti non posse, contra Sylburgium recte monuit Conringius. Fefellit Sylburgium rarus usus vocabuli *ἀντίστροφος*, quod plerumque dativo jungi solet, ut est infra *ἥπερ μάλιστα εἶναι δοκεῖ τυραννὶς, ἀντίστροφος οὖσα τῇ βασιλείᾳ*. Aretinus non vertit: Victorius *eodem modo se habet ut:* Lambinus *altera ex parte veluti tyrannidi respondet in monarchia*, ineptissime! Ramus et cum eo Heinsius *talis est — qualis.* Giphanius *haec in oligarchiis tyrannidi in monarchiis respondet.* Camera-

rius longa annotatione verbi vim et notionem explicare conatus est, ita tamen, ut magis pugnet contra nescio quem, qui Ciceronem reprehendit in Oratore cap. 32. ubi *rhetoricen respondere* ait *ex altera parte dialecticae*, cum reddere vellet haec Aristotelea in Rhetoric. 1, 1. ἡ ῥητορική ἐστιν ἀντίστροφος τῇ διαλεκτικῇ. Posuit etiam locum Platonis in Gorgia c. 44, p. 58. Heindorfii, qui praecipue vim vocabuli demonstrat: δυοῖν ὄντοιν πραγμάτοιν δύο λέγω τέχνας, καὶ τὴν μὲν ἐπὶ τῇ ψυχῇ πολιτικὴν καλῶ, τὴν δ' ἐπὶ τῷ σώματι μίαν μὲν οὕτως ὀνομάσαι οὐκ ἔχω σοι· μιᾶς δ' οὔσης τῆς τοῦ σώματος θεραπείας δύο μόρια λέγω, τὴν μὲν γυμναστικὴν, τὴν δ' ἰατρικὴν, τῆς δὲ πολιτικῆς ἀντίστροφον μὲν τῇ γυμναστικῇ τὴν νομοθετικὴν, ἀντίστροφον δὲ τῇ ἰατρικῇ τὴν δικαιοσύνην. Ἐπικοινωνοῦσι μὲν δὴ ἀλλήλαις, ἅτε περὶ τὸ αὐτὸ οὖσαι, ἑκάτεραι τούτων, ἥτε ἰατρικὴ τῇ γυμναστικῇ, καὶ ἡ δικαιοσύνη τῇ νομοθετικῇ, ὅμως δὲ διαφέρουσί τι ἀλλήλων. Significatio vocabuli anceps et alternans pendet ex notione chori, qui cum carmina ad aras deorum caneret a dextra ad sinistram conversus, στροφὴ dicebatur; cum vero in contrariam partem, id est a sinistra ad dextram, ἀντιστροφὴ erat et vocabatur. Idem igitur chorus erat, sed contrariam in partem conversus, ut recte monuit Krebs ad Plutarchum de poetarum libris legendis p. 137. ubi ἡ ποίησις ἀντίστροφος τῇ ζωγραφίᾳ dicitur. Ita apparet, quam recte Cicero vocabulum sit interpretatus, *quod ex altera parte respondet alicui rei*. Dicuntur nempe ἀντίστροφα res, quae genere vel alia nota vel eadem vel similia alii, simul tamen vel specie vel alia nota dissimilia vel opposita et contraria sunt. Unde multis in locis dubitarunt interpretes *similia* an *contraria* interpretarentur, velut in loco Isocratis ad Philippum p. 136 Lang. ubi reditus in patriam Cononis et Alcibiadis comparatur: Κόνων δ' ἀντίστροφα τούτων ἔπραξεν. Ipse etiam Hesychius ἀντίστροφα interpretatur ἴσα, ὅμοια. In loco vero hoc Aristotelis utraque notio est in illis ἀντίστροφος αὕτη ἐν ταῖς ὀλιγαρχίαις. Nam voluit Philosophus dicere hanc oligarchiae speciem primae esse quidem similem, sed simul contrariam et dissimilem ita, uti tyrannis est similis simulque dissimilis monarchiae, et postrema democratia primae. Genitivo jun-

ctum vocabulum habet etiam Plato Politiae 7. c. 6. ubi μουσικὴ ἀντίστροφος τῆς γυμναστικῆς dicitur, et c. 11. ἀντίστροφον αὐτῷ ſed c. 17. eſt ἀλλ' ἀντιστρόφως γυμναζομένῳ τοῖς περὶ τὸ σῶμα γυμνασίοις.

διὰ δὲ τὸ ἦθος] Vetus Interpres ἔθος *aſſuetudinem* vertit.

3. ἐργαζόμενοι ζῆν] Margo Iſingr. γῆν propinat, quod equidem non accipio. Sequens ἐπιστήσαντες vetus Interpres vertit *ſcientes*.

διὸ — μετέχειν] Verba haec omiſit Aldina, Iſingr. Aretinus et damnavit jure Conringius; quare ſecluſi. Ceterum hoc eſt genus alterum democratiae, de quo ſupra c. 4, 5. Primum enim genus hic plane praeteritur, nulla tamen edita ratione, cur id fiat. Quare Conringius lacunam in hoc loco factam eſſe ſuſpicabatur.

τὸ δὲ δὴ ἐξεῖναι] Vetus Interpres δὴ omiſit.

4. διὰ τὴν ἐχομένην αἵρεσιν] Haec omiſit Aretinus, ut etiam ſequentia γὰρ καί. Locum enim ita vertit: *Altera vero ſpecies eſt omnibus licere, qui prohibiti non ſunt per genus, potentibus tamen in otio eſſe.* Victorius vertit *propter rationem quae ſequitur creandi magiſtratus: fieri enim poteſt, ut omnibus liceat.* In annotatione interpretatur *modum ordinemque, qui ſequitur ſuperiorem: αἵρεσιν enim hic vocat, quod ſumeret aliquis ad hanc quaſi fabricam accommodatum.* Lambinus: *propter eam quae deinceps ſequitur eligendorum magiſtratuum rationem. ſit enim ut liceat:* Ramus: *alterum genus eſt, ubi magiſtratus deliguntur hi, quibus nota generis objici nulla poteſt.* Giphanius *propter proximam magiſtratuum cooptationem: nam fieri poteſt, ut omnibus pateat, qui non propter genus repellantur.* Heinſius *ſecunda, in qua eliguntur magiſtratus, ita tamen ut praetereatur nemo, cui nulla generis adhaeret macula, aut qui liber atque ingenuus conditione ſit.* Camerarius ita ad h. l. *Fecit ſupra hanc formam tertiam, quae nunc ponitur ſecundo loco, comprehenſis duobus prioribus una quadam mentione. Eſt autem et in his aliquid obſcuritatis. Atque videtur hoc dicere, quod generi eorum, qui non tenerentur ulla poſtulatione rationum referendarum honoris aut muneris geſti adminiſtratique, pateret aditus ad magiſtratus, ſi*

quidem is esset eorum census, ut in otio degere possint. — *Vocat autem istam ἐχομένην αἵρεσιν, nisi fallor, conditionem eam, quae adhaereat, seu quae adjuncta sit, qua conditione haec forma a superiore distinguatur: nimirum, quamvis magistratuum adipiscendorum copia fiat compluribus, tamen fieri hanc ex conditione, ut non consequi omnes temere possint, et ideo administrationem esse legitimam.* Equidem in his interpretum conatibus nihil video quod difficultatem sensus verborumque structurae expediat; nec causam intelligo, cur Lambinus post ἐξεῖναι verbum μετέχειν inseri voluerit. Adest enim verbum, quod is desiderabat, sed impeditum ita, ut agnosci vix possit, quo sit referendum. Vulgo enim legitur deinceps μετέχειν μέντοι δυναμένοις σχολάζειν, ubi duo verba participio δυναμένοις prave adjunguntur. Non dubitavi vero transposita cum Aretino particula μέντοι sensum cum ordine verborum restituere et explicare. Conringius μὲν τοῖς δυναμένοις malebat. Superest gravior difficultas in verbis διὰ τὴν — αἵρεσιν, quam sine melioribus libris tollere nequeo. Interim verba molesta et ab Aretino omissa seclusi, ut sensum expedirem. Vetus Interpres nihil hic nos adjuvat: is τοῖς ἀνυπευθύνοις vertit *non refutatis*. De hoc genere supra est c. 4, 3. ἕτερον εἶδος δημοκρατίας, τὸ μετέχειν ἅπαντας τοὺς πολίτας, ὅσοι ἀνυπεύθυνοι, ἄρχειν δὲ τὸν νόμον. Vides nec de electione nec de cooptatione magistratuum ibi loqui Philosophum, quam interpretes hoc in loco commenti sunt.

6. Τὰ δὲ τῆς ὀλιγαρχίας] Aretinus in versione haec omisit, et incipit a verbis τὸ τῆς πρώτης, quae primo loco collocat. Victorius vocabulum εἴδη in versione supplevit. Lambinus: *Quod autem ad oligarchiae genera attinet.* Ramus cum Aretino facit; Giphanius *Oligarchiae vero genera, primae quidem* etcet.

7. ἢ οἱ τὸ πρότερον] Aldina εἰ μὲν τὸ πρότερον. Aretinus *Quodsi pauciores sint, qui possident patrimonia, siquidem prius, plures autem.* Legit igitur etiam πλείους deinceps scriptum. Victorianam scripturam reddidit vetus versio. Victorius aliam scripturam εἰ οἱ τὸ πρότερον tanquam vulgatam antea memoravit. Deinceps πλείω δ' ἔχοντι dedit Isingr. sed

potius est repetere ex antecedente verbum. Camerarius scripturam Aldinam ita corrigi voluit: εἰη μὲν τὸ πρότερον, πλεῖος δὲ, τὸ τῆς.

τοὺς — βαδίζοντας] Aretinus *qui ad rempublicam se conferant.* Victorius *qui in ordinem suum perveniant.* Lambinus *qui eandem reipublicae administrandae viam sequantur.* Ramus *reliquos etiam reipublicae rectores sibi assumunt et diligunt.* Giphanius *qui rempublicam sint gesturi.* Recte. Infra est: εἰς δὲ τὰς ἀρχὰς βαδίζουσι πάντες. Postea εἰς τὰ ἀρχεῖα βαδίζειν. Latine ita dicitur *accedere ad rempublicam.*

διὰ δὲ — ἰσχυροὶ] Aldina δὲ omisit, ἰσχυρὸν dedit Camotiana. Paulo antea ἐκ τῶν πολλῶν *e multis* vertit vetus Interpres.

8. ἐπιτείνωσι] Aretinus *quodsi eo deveniant ut ipsi pauciores.* ἐπίδοσις veteri Interpreti est *gradus.* Idem postea pro πολὺ ὑπερτείνωσι vertit *plus invaluerint*, et ἀντίστροφον *conveniens.*

10. Ἀριστοκρατίαν μὲν οὖν] Conringius ad h. l. ita: Nisi vehementer fallor, hiat hic oratio, dixitque Aristoteles: *praeter quintam esse sextam, quae aristocratia vulgo audit.* Illa certe μὲν οὖν indicant, praecessisse aliquid de aristocratia. Sed et statim initio capitis dixerat, praeter quatuor esse adhuc duas, nec nominaverat jam tunc quintam; itaque et sextae facienda fuit mentio. Haec ille. Equidem sextae mentionem minime desidero, nec video, quid ex particulis μὲν οὖν de sexta aliqua specie possit argui. Sed in initio sectionis oratio mihi non solum intricata et perplexa sed etiam turbata videtur. Cum enim dixisset, esse praeter duas explicatas formas reipublicae duas adhuc alias; expectabam, ut subderet statim: vulgo enim omnes quatuor esse omnino formas statuere; quarum una aristocratia, altera μοναρχία vocetur. Nunc vero tertiae fit quidem mentio, sed non nominatur; quarta vero plane omittitur; quanquam deinceps, ubi vulgaris descriptio formarum memoratur, in ea obiter nominetur utraque. Statim deinde quinta aliqua forma memoratur, quae fuerit a Platone et aliis omissa, quoniam sit rarior; posteaque infit de aristocratia; quae est ipsa ea for-

ma, quam dicere voluit, sed non nominavit, cum scriberet ὧν τὴν μὲν ἑτέραν λέγουσί τε πάντες — εἶδος ἕν. Aretinus etiam quaedam brevius et rectius ita: *quarum alteram ajunt omnes speciem esse unam ex quatuor. dicunt autem eas quatuor monarchiam — et optimatem.*

ἐν τοῖς πρώτοις λόγοις] In fine tertii libri coepta est illa disputatio, sed tractatio ipsa cum parte bona libri intercidit, ut ibi dictum est. πλουτίνδην et ἀριστίνδην vetus Interpres vertit *respectu divitiarum — virtutis.*

11. Καρχηδόνι] Camot. Isingr. Χαλκηδόνι habent. *Carthaginenses* tamen Aretinus nominavit. Vetus Interpres *Calcedonia*, sed Thom. *Carchedonia* habet.

Ad Caput VI.

ὀνομαζομένης] Camotianae et Isingr. scripturam νομιζομένης susceperat Sylburgiana, atque hinc in recentiores Editiones venit. Veram vertit Aretinus et Lambinus.

οὐκ οὔσαν] Contrarium dicit vulgata ei sententiae, quam adstruere hoc ipso in loco conatur Philosophus. Quare non possum Lambini conjecturam οὐ δοκοῦσαν non probare. Vitium sensit etiam Aretinus, itaque vertit *cum prius non essent.* Ceterum Philosophus de solius tyrannidis ordine rationem edere videtur; de politia tacet hic quidem, sed post tyrannidem tamen edit causam, cur hoc ordine post democratiam et oligarchiam collocata fuerit, quoniam nempe πολιτεία est quaedam utriusque veluti permixtio et temperatio.

μετὰ τούτων εἰσὶ τ' αὐτῶν αὗται] Prius τούτων refertur ad antecedens ἀριστοκρατίας; politia nempe tyrannis et democratia enumerantur vulgo cum aristocratia ejusque diversis speciebus inter formas reipublicae. Sed sequens αὐτῶν quo referri debet? Minime quidem potest ad ἀριστοκρατίας, quia hae ipsae (αἱ ῥηθεῖσαι ἄρτι ἀριστοκρατίαι) vitiosae pronunciantur. Igitur tyrannis et πολιτεία non possunt dici παρεκβάσεις harum vitiosarum, sed sunt παρεκβάσεις τῆς ὀρθοτάτης πολιτείας. Quare αὐτῶν aut vitiosum est, fortasse in πᾶσαι mu-

tandum, aut ſupervacaneum. Equidem ſecluſi, ne mutando crimen temeritatis incurrerem. At ſupereſt etiamnum vitium in copula τε poſt εἶναι. cum ſequens oratio potius disjunctivam et contrariam particulam δὲ flagitet. Vulgo enim ait numerari haec genera inter formas reipublicae, eſſe tamen proprie vitia earum et παρεκβάσεις. Deinceps vetus Interpres ubi eſt ἡμῖν δὲ τὴν μέθοδον εἶναι reddidit *nobis autem eſt methodus*.

δοκοῦσιν ἔχειν — ἂν] Intelligit honores, potentiam et opes, quibus magis invidet vulgus, quam παιδείᾳ καὶ εὐγενείᾳ; quare etiam ob hanc cauſam vulgo haec forma reipublicae ariſtocratia vocatur, in qua γνώριμοι dicuntur reſpectu honoris et potentiae, καλοὶ καὶ ἀγαθοὶ propter virtutem. Aldina ἔχειν omiſit.

μᾶλλον. Δοκεῖ] Aretinus haec ita vertendo copulavit, *et paucorum gubernationes eſſe dicant ex bonis et honeſtis, magis videtur impoſſibile, quae civitas non ab improbis ſed ab optimis gubernetur, eam non bene gubernari: eodemque modo, quae leges* etcet. Vides Aretinum aperte reddidiſſe ſcripturam ἀλλὰ μὴ πονηροκρατουμένην. Difficultatem Lambinus vitare ſtuduit vertendo *quaſi ab improbis regatur.* Reliqui interpretes aut verba ſine ſenſu reddiderunt, aut ſententias plane aliter converterunt, veluti Ramus et Camerarius, de verbis nimis ſecuri. Equidem totum hoc membrum ἀλλὰ πονηροκρατουμένην abeſſe malim; nec ſi abſit, quiſquam deſideret. Conringium non miror hic ſuo more lacunas loqui et diſputationem diſſolutam et mutilam; veram tamen vitiorum ſedem non vidit. Equidem verba vel vitioſa vel ſupervacanea ſecluſi, ne ſententiam interpellent, cum addere negationem non auderem.

κειμένοις νόμοις — καλῶς κειμένοις] Aldina νόμοις omiſit; deinceps καλῶς dicitur eſſe in Camotiana, ſed in Aldina κακῶς ſcriptum reperi. *bene poſitis* vertit vetus Interpres.

Τοῦτο δ' ἐνδέχεται] Intellige τὸ πείθεσθαι τοῖς νόμοις, et quae hinc efficitur, τὴν εὐνομίαν, ut recte admonuit Camerarius.

4. τὸ τῆς πολιτείας εἶδος καλεῖται] Aretinus: *haec species gubernandi respublica vocatur. Sola enim mixtio conjecturam facit opulentorum.* Victorius *solum enim mixtio attenditur divitum et pauperum.* Lambinus *in plurimis igitur civitatibus nec administrandae forma politia generis nomine appellatur. Confusio enim et permistio ex locupletibus et pauperibus, divitias et libertatem, tanquam signum propositum, intuetur tantum.* Ramus *in plerisque itaque civitatibus politiae genus appellatur.* Giphanius *in plerisque igitur civitatibus reipublicae genus usurpatur. Nam divitum et pauperum permixtio sola ad divitias et libertatem spectat.* Heinsius *Quanquam in plerisque sane civitatibus ejus formae, quae peculiari nomine respublica vocatur, aliqua videtur esse species, idque quia aliquae, ex quibus haec consistit, in plerisque rebuspublicis cernuntur notae, pauperes et divites nimirum. Atque in ea, in qua haec miscentur, duo haec spectari solent, opes dico et libertas, quae sunt duae rerumpublicarum notae.* Camerarius haec annotavit: *constitutiones plerarumque civitatum ait respublicas appellari, nomine scilicet communi proprie.* Solus Heinsius verum loci sensum vidit, sed is verbis graecis non inest, uti nunc scripta leguntur. Cum Heinsio sentit etiam Schlosserus, qui verbo καλεῖται substitui voluit κεῖται. Equidem plura excidisse suspicor. Certe admisso κεῖται sententia non redintegrari videtur et vitium sanari. Ferrem, si esset τοῦτο τὸ τῆς πολιτείας εἶδος ὑπόκειται. Deinceps verba ita sunt struenda et jungenda: ἡ γὰρ μίξις τῶν εὐπόρων καὶ τῶν ἀπόρων μόνον στοχάζεται πλούτου καὶ ἐλευθερίας. Denique in postremis verbis ἀλλήλων deleri voluit Conringius; quod mihi non videtur fieri posse; alioquin scribendum deinceps fuerit non ἀριστοκρατίας sed potius τῆς ἀρίστης πολιτείας. Camerarius vulgatum ἀριστοκρατίας hoc ipso sensu hic interpretatur.

Ad Caput VII.

πῶς αὐτὴν δεῖ καθιστάναι] Aretinus *quo in ordine reponenda sit,* quasi ποῦ scriptum vel ποῖ legisset.

συμβολον] Aretinus *regulam* vertit, Victorius *notam* male interpretatur, *insigne* Lambinus, *velut symbola sumta* Giphanius, qui *συμβολὴν* scribendum censuit, comparans loca Plauti Terentii et Gellii, ubi symbola nominatur. Incidit etiam Camerarius in hanc conjecturam; uterque vero monuit dici ita, id quod ad convivia conferebatur, quae sumtibus communibus parabantur. Verum de conviviis ἀπὸ συμβολῆς non magis hic cogitandum est, quam de δείπνοις συμφορητοῖς, quae noster aliquoties in his libris nominavit. Σύμβολα praecipue triplice notione usurpabant Graeci, nempe in tesseris hospitum, in commerciis gentium inter se ἀπὸ συμβόλων et in largitionibus, ubi latine tesserae nummariae et frumentariae vocabantur. De συμβόλοις commercii gentium egregie disputavit Valesius ad Maussaci notas p. 333. 334.

De tesseris hospitalibus multa viri docti contulerunt ad Plauti Cistellariam 2, 1, 27 et Poenulum 5, 1, 25. Helladius in Scholiis Euripideis ad Medeam versu 6, 13. Οἱ ἐπιξενούμενοί τισιν ἀστράγαλον κατατεμόντες θάτερον μὲν αὐτοὶ κατεῖχον μέρος, θάτερον δὲ κατελίμπανον τοῖς ὑποδεξαμένοις, ἵνα, εἰ δέοι πάλιν αὐτοὺς ἢ τοὺς ἐκείνων ἐπιξενοῦσθαι πρὸς ἀλλήλους, ἐπαγόμενοι τὸ ἥμισυ ἀστραγάλιον ἀνανεῶνται τὴν ξενίαν. Εὔβουλος. Ξοῦθ· τί ποτ' ἐστὶν ἅπαντα διαπεπρισμένα ἡμισέως; ἀκριβῶς ὥσπερ εἰς τὰ σύμβολα. Atque hinc apparet, quae sint λίσπαι Platonis in Symposio, quae Suidas interpretatur οἱ μέσοι διαπεπρισμένοι ἀστράγαλοι Male tamen Ruhnkenius ad Timaeum p. 175. *talos in medio incisos* interpretatur, cum deberet *medios dissectos* dicere, Scholii Euripidei immemor, quod lucem desideratam poterat affundere. Hanc vero tesserarum hospitalium rationem Scholii auctor haud satis certa et firma interpretatione accommodat ad locum Euripidis, ubi Medeae abiturienti subsidia itineris praeter viaticum offert ξένοις τε πέμπειν σύμβολ', οἵ δράσουσί σ' εὖ. Nam fuit etiam genus aliud συμβόλου, quo instructus in regione peregrina recipiebatur benigne et subsidiis necessariis instruebatur. Locum Lysiae posuit Stephanus, ubi est λέγων ὅτι ἔλαβε σύμβολον παρὰ τοῦ βασιλέως τοῦ μεγάλου, et paulo post: πολλῶν γὰρ ἀγαθῶν καὶ ἄλλων χρημάτων εὐπορήσειν διὰ τὸ σύμβολον ἐν πάσῃ τῇ ἠπείρῳ. Hoc genus

Budaeus comparabat cum litteris collybisticis, quas Galli *lettres de change* vocant.

Praeterea quicquid in emtionibus arrhabonis loco dabatur, σύμβολον vocabatur, quo nomine praecipue Graeci annulum significarunt, quem digito detractum saepissime pro arrhabone dabant. Haec bene docuit Casaubonus ad Athenaei 3, c. 32. Lysiae tamen loco male abusus. Etiam nummi genus aliquod dimidiatum in emtionibus pro arrhabone dari solitum memorat Pollux 9, s. 71. εἴη δ᾽ ἂν καὶ σύμβολον βραχὺ νομισμάτιον ἡμίτομόν τι νομίσματος, — ὥστε ἢ ἐκ θατέρου μόνου τετυπῶσθαι, τοῦτο δεῖ τὸ νομισμάτιον νοεῖσθαι, ἢ διαιρεῖσθαι, ὡς ἔχειν τὸ μέρος ἑκάτερον, τόν τε πιπράσκοντα καὶ τὸν ὠνούμενον, ἐπὶ συμβόλῳ τούτῳ μέν τι προειληφέναι, τὸ δὲ ἐνοφείλεσθαι. ad quem locum Aristotelis nostrum comparavit in annotatione Kuhnius. Verum dubitari potest, an de tessera hospitali potius transtulerit dictionem Philosophus, cujus alium locum simillimum sed non integrum annotavit Stephani Thesaurus. Is est in libro 2. de generatione et corruptione c. 4. ubi de mutatione corporum disputat, quae fit elementorum transmutatione. De his elementis igitur ait: ὅσα μὲν ἔχει σύμβολον πρὸς ἄλληλα, ταχεῖα τούτων ἡ μεταβολή, ὅσα δὲ μὴ ἔχει, βραδεῖα, διὰ τὸ ῥᾷον εἶναι τὸ ἓν ἢ τὰ πολλὰ μεταβάλλειν· οἷον ἐκ πυρὸς μὲν ἔσται ἀὴρ θατέρου μεταβάλλοντος· τοῦτο μὲν γὰρ ἦν θερμὸν καὶ ξηρὸν, τὸ δὲ θερμὸν καὶ ὑγρὸν· ὥστε ἂν κρατηθῇ τὸ ξηρὸν ὑπὸ τοῦ ὑγροῦ, ἀὴρ ἔσται· πάλιν δ᾽ ἐξ ἀέρος ὕδωρ, ἐὰν κρατηθῇ τὸ θερμὸν ὑπὸ τοῦ ψυχροῦ· τὸ μὲν γὰρ ἦν ὑγρὸν καὶ θερμὸν, τὸ δὲ ψυχρὸν καὶ ὑγρόν· ὥστε μεταβάλλοντος τοῦ θερμοῦ, ὕδωρ ἔσται. Τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ ἐξ ὕδατος γῆ, καὶ ἐκ γῆς πῦρ· ἔχει γὰρ ἄμφω πρὸς ἄμφω σύμβολα· τὸ μὲν γὰρ ὕδωρ ὑγρὸν καὶ ψυχρὸν, ἡ δὲ γῆ ψυχρὸν καὶ ξηρὸν· ὥστε κρατηθέντος τοῦ ὑγροῦ, γῆ ἔσται — διὰ τὸ σύμβολον ἐνυπάρχειν τοῖς ἐφεξῆς. Unde satis manifestum esse puto, symbolum hic dici illam dimidiam partem tesserae vel nummi, quam invicem vel hospites coeuntes vel emtor et venditor in emtione aliqua permutabant.

2. οἱ ὅροι — ὧν ἑκάτερα.] Aldina οἱ omisit. Ante ὧν excidisse videtur praepositio περί.

μέσον τούτων, ἀμφότερα ταῦτα] Victorius interpretatur *si sumta fuerint ambo, haec.* Lambinus *hoc utrumque junctum.* Ramus *ex his utrisque est.* Jungi nempe voluit ζημίαν τῶν εὐπόρων et μισθὸν τῶν ἀπόρων in judiciis ordinandis; ita σύμβολον, dimidium, ex democratia et oligarchia assumitur, et nova componitur forma πολιτείας.

Εἷς μὲν οὖν οὗτος] Aldina et Victoriana οὖν omisit. Aretinus tamen *unus igitur modus* vertit, et vetus Interpres *unus quidem ergo.*

3. ἑκάτεροι] Antea dixerat ἑκάτεραι, intellecto πολιτεῖαι. Variat nunc orationem, et intelligendi οἱ ὀλίγοι et ὁ δῆμος.

τὸ μὴ ἀπὸ τιμήματος] Hic et in sequenti membro intellige ἄρχειν, vel εἶναι τὰς ἀρχάς.

4. οἱ λέγοντες, διὰ τὸ] Aretinus vertit: *hoc accidere dicentibus eas bene esse commixtas.* Omisit igitur verba διὰ τό.

5. εὔδηλος] Vulgatum ἄδηλος corrigi jussit Lambinus, et ante eum Camerarius; nemo tamen interpretum paruit, quanquam verum Aretinus reddiderit *conspicuus* et vetus Interpres *distinctus.* Sic etiam Victorius et Giphanius. δῆλος malebat Boeckhius ad Platonis Leges p. 184.

Ἔτι τὸ δύο] Aldina et Zuingeriana τῶν δύο, Victorius et ceteri Editores τῷ habent; vetus Interpres *adhuc eo quod:* equidem τὸ dedi; intelligitur enim ἔχει. Sequens εἶναι omisit Aldina.

δεῖ καθιστάναι] Vetus Interpres δοκεῖ καθίστασθαι ἡ πολιτεία ὁμοίως — αἱ ὀνομαζόμεναι ἀριστοκρατίαι scriptum legit et vertit.

Ad Caput VIII.

μεθέξῃ τὸ μέρος] Aretinus *ut habeat in hoc tractatu locum suum:* Victorius *ut adipiscatur hujus scriptionis partem* vel *partem suam obtineat hujus disciplinae.* Lambinus *ut suam hujus institutionis partem consequatur:* Ramus *ut in quadam doctrinae hujus parte mentionem ejus aliquam faciamus.* Giphanius et Heinsius optime: *ut in hujus disputationis partem veniat.* Ceterum ἀπολάβῃ scribendum censeo.

καὶ τίνα] Intellige βασιλέα, ex nomine βασιλείαν repetendum, ut recte Lambinus.

2. ἐπαλλάττειν], De verbo dixi satis ad librum sextum: *quia vis potestasque ipsius aliquomodo inter se commutatur* vertit Victorius, *quod eadem potentia quemadmodum alteratur ad regiam gubernationem* Aretinus, *quod utriusque harum vis ac potestas similitudinem quandam habet cum regno* Lambinus, *quia regni tyrannidisque vis ac facultas finitima esset, alteraque in alteram facile commigraret* Ramus, *quod vis ejus quodammodo cum regno commutetur* Giphanius. Camerarius interpretatur *quasdam tyrannidis species non esse plane remotas a regio genere, sed in hoc vicissim implicari, ut notiones quodammodo permisceantur atque commutentur; propterea, quod illae ambae potestates legitimae sint: verum tyrannidem quasi meram prorsus e contrario opponi laudato regno, et ex altera parte respondere in forma principatus unius, quae est μοναρχία, idque significare vocabulum ἀντιστρέφει.* Vides Aretinum τὴν αὐτὴν δύναμιν omissa copula καὶ, Victorium δύναμιν αὐτῆς reddidisse. Lambinus similiter copulam omisit, Giphanius αὐτῆς omisso καὶ vertit. αὐτῶν, si verum est, ad δύο εἴδη refertur; καὶ deleri voluit Conringius, aut scribendum censuit καὶ ἑαυτῶν καὶ πρὸς τ. β. Sed ἑαυτῶν ferri non potest. Copula καὶ possit forsitan ita defendi, ut dicamus tyrannidem non solum cum regia potestate sed etiam cum democratiae postremo et pessimo genere similitudinem aliquam habere atque ei altera ex parte respondere. Vetus Interpres ἐπαλλάττειν *vergere* vertit.

ταύτας τὰς ἀρχὰς] Aldina τὰς omisit. De vocabulo αἰσυμνήτης plura infra dicentur, ubi de Pittaco. Ceterum κατὰ νόμον εἶναι *legitimam esse* recte Giphanius interpretatur, *e lege* Victorius, *legi est consentaneum* Lambinus minus bene, *et lege constant* Ramus. Aliud est κατὰ νόμους.

καὶ κατὰ τὴν] Aldina et Lambinus copulam omittunt. Deinceps ἀντίστροφος οὖσα τῇ παμβασιλείᾳ scripsi pro βασιλείᾳ e vetere Interprete: *si quae omnimode regnum.*

Ad Caput IX.

ἢ φύσεως δέῃται] Vulgatum ᾂ correxi e libro Camerarii, qui χορηγίας τυχηρᾶς interpretatur *prosperae fortunae copia.* Vetus Interpres *quae indiget* (*qua indigent* Thom.) *ſucceſſu fortunati.* Victorius *copia bonorum illorum, quae fortuna largitur.* Lambinus *fortunae adjumentum*, Ramus *fortunae facultatibus*, Giphanius *fortunae copiis.* Camerarius comparavit Ariſtophaneum ex Acharn: verſu 250. ἀγαγεῖν τυχηρᾶς τὰ κατ' ἀγρὸν Διονύσια. Addo e Theſmoph. verſu 305. πολυωφελῶς μὲν πόλει τῇ Ἀθηναίων, τυχηρᾶς δ' ἡμῖν αὐτοῖς. Deinceps ἀλλὰ πρὸς βίον dedi inſerta praepoſitione e vetere Interprete.

2. ἐξωτέρω πίπτουσι] *cadunt extra plurimas civitates* Victorius, *a plerisque civitatibus ſunt remotiores* Lambinus, *partim quidem rarae ſunt nec multis civitatibus conſonae ac congruae* Ramus, *a plerisque civitatibus longius ſunt remotae* Giphanius. Conringius ita de hoc loco: *Quaedam excidiſſe facile patet; nec vero prior propoſitio apte eſt concluſa.* Giphanius ante eum ita: *Hic totus locus valde mihi perobſcurus videtur. De iis, inquam, rebuspublicis, quae non cadunt in plerasque civitates, ſunt optimae illae quidem ἁπλῶς, ſed non civitatibus plerisque.* Equidem cum Schloſſero hic nihil deſidero, neque ullam video difficultatem pro reliqua libri hujus conditione, ubi disputatio non eſt ubique continens, ſed saepiuscule Philoſophus vellicatim et ſaltuatim, ut ait Siſenna, ſcribendo lectorum animos magis impedire quam erudire videtur.

Ἡ δὲ δὴ κρίσις] Vetus Interpres ἡ γὰρ κρίσις ſcriptum vertit. Deinceps τῆς δὲ ἑκάστοις ſcripſi eodem auctore, inſerta particula δέ. *medietatis autem contingentis ſortiri a ſingulis* vertit ille.

ἐνδεχομένης] Vitium Victorianae ἐνδεχομένοις repetiit Zuingeriana.

3. τὰς αὐτὰς] Aldinae τοῖς αὐτοῖς ex libro ſuo correxit Camerarius, ut ex ſuis Victorius, conſentiente vetere Interprete.

prete. Deinceps Conringius malebat concinnius scribi: ἀρετῆς καὶ κακίας καὶ πόλεως καὶ πολιτείας.

μέτρον ἄριστον] Vulgatum μέτριον ex conjectura Victorii correxi approbante Conringio. Vulgo nota sententia, quam Chiloni tribuit antiquitas graeca.

4. κακοῦργοι — κακουργίαν] Veteri Interpreti *astuti — astutiam.* Aretinus *occulti pravi — per dolum.* Victorius *fraudulenti — a malitia.* Lambinus πανοῦργοι — πανουργίαν scribi voluit, idque vertit *malitiosi ac fraudulenti — calliditate ac malitia.* Ramus *fraudulenti — fraude et malitia.* Giphanius *malitiosi — malitia.* Equidem cum Conringio Lambini correctionem probandam censeo.

φυλαρχοῦσι] Victorius in Codicibus aliquot scriptum φιλαρχοῦσι reperit, quod reddidit vetus versio, Aretinus et Sepulveda, probat Giphanius et Casaubonus. φυλάρχους in republica Attica notos habemus; βουλάρχας nemo nominavit. Camerarius πρυτάνεις πρoέδρους et ἐπιστάτας, qui in Attica βουλῇ praesidebant, intelligi censebat. Equidem, si βουλαρχεῖν est pro usitatiore σπουδαρχεῖν, non dubitarim φιλαρχεῖν praeferre multas ob rationes; sed haereo in posteriore verbo, quoniam alia mihi nota non sunt verba a βούλομαι derivata. Vetus Interpres *minime amant principes et volunt esse principes.* Giphanius totum hoc membrum damnavit.

5. τρυφὴν] Aldina τροφὴν habet; deinceps in pluribus Codd. διδασκάλοις scriptum reperit Victorius, quam lectionem reddidit vetus versio. Sed ea οὐδὲ τοῖς διδασκάλοις scriptum vertit: *neque doctoribus.* Nescio quo casu factum sit, ut prava lectio a Sylburgio reciperetur, atque inde in recentiores Editiores transiret.

6. οὖν δούλων] Camotiana καὶ interserit ineptum.

ἐστιν, ἐξ ὧν] Lambinus *quae ex iis partibus constet, ex quibus:* Ramus *per eos optime gubernari, ex quibus.* Giphanius *quae ex iis conflatur, ex quibus natura civitatem constare diximus.* Vides Ramum πολιτεύεσθαι ἐκ τούτων intelligi voluisse, quod graece dici non potest. Igitur cum Lambino et Giphanio ἣ συνέστη scribendum censeo pro vulgato ἐστίν. Vetus Interpres verbum ἐστὶν omisit.

7. τῆς τύτων] Lambinus recte monuit ὅσίας excidisse, quod inserui, confirmante vetere Interprete.

8. δῆμος ἔσχατος] id est δημοκρατία ἐσχάτη, ut monuit Camerarius. Deinceps scripturam ἀκρατὴς memorat Lambinus, quam Ramus reddidit *effrenata*. Vetus Interpres *intemperata*. Idem νεανικωτάτης vertit *maxime juvenili*.

στάσεις καὶ διαστάσεις] Vetus Interpres *conturbationes et dissensiones*. An fuit olim συστάσεις καὶ διαστάσεις?

— ὑπερτείνωσιν οἱ ἄποροι] Vetus Interpres ἄνθρωποι scriptum legit et vertit.

10. δηλοῖ δ' ἐκ τῆς ποιήσεως] Impersonaliter dictum accipio. Ita Xenophon Cyrop. 7, 1, 30. καὶ ἐν τύτῳ ἐδήλωσε. Idem Memor, 1, 2, 32. ubi vide annotata. De mediocritate opum Solonis testimonia ex poesi posuit Plutarchus in vita Solonis c. 2.

ὁ γὰρ ἦν βασιλεὺς] Plutarchus tamen c. 3. ἐβασίλευε δὲ μῆνας ὀκτὼ τὸ σύμπαν. De Charondae conditione hunc solum locum posuit egregius Heyne in Opusc. Academ. II. p. 260.

εἴθ' οἱ τὰς ὀσίας] Scripturam Aldinae εἴθ' αὖ τὰς ὀσίας correxit Camerarius et Victorius. *Sive qui substantias habent* vetus Interpres.

11. τῶν ἐν ἡγεμονίᾳ — Ἑλλάδος] Athenienses et Lacedaemonios intelligi, manifestum est.

12. γινομένων] Aldinae γενομένων correxit etiam Camerarius, qui Gelonem intelligi suspicabatur ex Aeliani v. h. 6, 11. sed idem aliter narrat eandem rem 13, 37. Theopompum Lacedaemonium intelligebat Lambinus, Ramus et Giphanius, qui instituit ephoros; Clisthenem Victorius. Equidem quem intelligi suspicer, dicam in Addendis.

Ad Caput X.

1. ποιὸν μὲν ἐλευθερίαν] Giphanius ad h. l. *Ex his quatuor quid libertas hic valeat, obscurum, an quae servituti est contraria, an, ut putat Sepulveda, honestam civis conditionem, opificiis contrariam. Nam et Aristoteles libro 1. Rhetoricorum inter res libero homine dignas commemorat et τὸ μηδεμίαν ἐργά-*

ζεσθαι τέχνην. *Puto haec duo, ἐλευθερίαν et εὐγένειαν, eodem pertinere, idemque etsi hoc loco disjuncta valere, cui repugnat ἀγένεια, id est non ars sordida, sed genus. Nam et libro 6 infra cap. 2. his tribus, divitiis, παιδείᾳ et generi haec tria opposuit contraria, paupertatem, βαναυσίαν et ignobilitatem, ἀγένειαν. Monuimus autem supra libri 3. cap. 8. de affinitate ἐλευθερίας et εὐγενείας. Eodem, id est ad qualitatem, pertinet et virtus.* Miror equidem, quid sit, cur libertatis mentio viris doctis aliena ab hoc loco visa sit, cum omitti nullo modo potuisse mihi videatur. Quid enim est illud, quo in democratia praecipue censetur civis? Scilicet ἡ ἐλευθερία, unde ἰσότης derivari solet. In oligarchia cives censentur πλούτῳ καὶ εὐγενείᾳ, in aristocratia παιδείᾳ (et ἀρετῇ); igitur cum generatim cives describendi essent ex qualitate et quantitate, necessario trium formarum notae conjungendae erant, nec democratiae propria libertas omitti debebat.

2. συγκριτέον] *ad invicem conferenda sunt* Aretinus, *inter se sunt conferenda* Victorius, *haec sunt inter se comparanda* Lambinus, Ramus et Giphanius: *comparatione inter se dijudicanda* Camerarius, qui comparabat locum cap. 9, 1. μήτε πρὸς ἀρετὴν συγκρίνουσι τὴν ὑπὲρ τοὺς ἰδιώτας. Mihi tamen verbum hoc in loco, ut saepissime in libris physicis, non tam *comparare* quam *conjungere* significare videtur, ut contra διακρίνειν *disjungere.*

εἶναι δημοκρατίαν καὶ ἕκαστον εἶδος] Vulgo hic post alterum vocabulum inepte inseruntur haec: εἴπερ γὰρ γεωργοὶ ὑπερέχουσι, γίνεται γεωργῶν δημοκρατία. quae deinceps rectius suo loco, mutatis tamen verbis, subjiciuntur. Camotiana igitur et Aretinus recte ea omisit; et miror Conringium haec in Camotiana desiderasse, cum aliis multis in locis de lacunis et de disputationis confusione conqueratur. Hic enim profecto ordo disputationis, verbis iisdem alieno loco insertis et deinceps suo repetitis, turbatus est!

3. μᾶλλον ὑπερτείνει] Omissum in Aldina μᾶλλον addi jussit etiam Camerarius ante Victorium, et reddidit Aretinus. Sequentia περιάγεσθαι — τούτους brevius Aretinus vertit *hos respicere debet.*

εἶναι μόνιμον] Vetus Interpres νόμιμον scriptum vertit *legalem*.

Ὅσῳ δ' ἂν ἄμεινον] Vetus Interpres scriptum ὅσῳ γὰρ ἂν ἀμ. vertit.

5. παρακρούεσθαι τὸν δῆμον] Aretinus *in excludendo plebem*, Victorius *quia decipiunt plebem*. Lambinus *quod fallaciter populi vires frangant atque enervent*. Ramus *quia populum in fraudem inducunt*. Giphanius optime *quod populum circumveniant*. Camerarius etiam *fallere populum* vertit, sed recte admonet proprie dici verbum de fraude in ponderando. Zuingerus ait quosdam legi voluisse παρακολούεσθαι, eamque scripturam expressit Lambinus. Vetus Interpres παρακούεσθαι scriptum reperit et vertit *praeteraudiendo*. Denique ψευδῶς ἀγαθῶν Aldina habet.

6. σοφίζονται] Huc respiciens infra libri 5 capite 7, 2. πολιτειῶν σοφίσματα vocat. Vetus Interpres ἔτι pro ἐστι vertit *adhuc*.

δικαστήρια, τοῖς] Desidero equidem articulum τὸ ante τοῖς interponendum. De Charondae lege hac aliunde non constat. Cf. Heynii Opusc. Academ. II. p. 115.

7. ἀπογράφεσθαι] Male cum Aretino Victorius *describi* et *descriptionem* vertunt, rectius cum Lambino et Ramo Giphanius *nomen profiteri* et *professionem*, Camerarius *nomina dare, quae perscriberentur*.

γυμνάζωνται] De campestri vel militari exercitatione solus Schlosserus interpretatur, ceteri rectius de palaestrica hoc γυμνάζεσθαι et superius τὴν γυμνασίαν. Scilicet in vetere et Solonica republica Atheniensium erant leges de gymnastica a civibus colenda νόμοι οἱ ἐπὶ τούτῳ τεταγμένοι, παραγγέλλοντες τῷ πατρὶ τῷ σῷ σε ἐν μουσικῇ καὶ γυμναστικῇ παιδεύειν ut ait Socrates ad Critonem apud Platonem c. 12. Contra ubi democratia invaluit, paulatim gymnasticae exercitationes plebs omisit et abrogavit. Ita Xenophon de Republica Atheniensium I, 13. τοὺς δὲ γυμναζομένους αὐτόθι καὶ τὴν μουσικὴν ἐπιτηδεύοντας καταλέλυκεν ὁ δῆμος, νομίζων τοῦτο οὐ καλὸν εἶναι, γνοὺς, ὅτι οὐ δυνατὰ ταῦτά ἐστιν ἐπιτηδεύειν. Hinc idem de Vectigalibus 4, 52. οἵ τε γὰρ ταχθέντες γυμνάζεσθαι πολὺ ἂν

ἐπιμελέστερον πράττειν τὰ ἐν τοῖς γυμνασίοις τὴν τροφὴν ἀπολαμβάνοντες πλείω ἢ ἐν τοῖς λαμπάσι γυμνασιαρχούμενοι.' Conqueritur etiam Aristophanes Ranarum versu 1069 gymnastica exercitia neglecta et palaestras vacuas. Vide dicta ad Xenophontis locum priorem.

8. τοῖς δὲ ζημίαν, ὅταν] Repete πορίζειν, quod tamen male congruit vocabulo ζημίαν; igitur verbum τάττειν excidisse puto. Sed vide dicenda ad Cap. 11, 8.

τοσοῦτον ὑπάρχειν] Intellige δεῖν, et recte Lambinus *tantum suppetere debere.* Aretinus brevius: *census autem magnitudo definiri simpliciter non potest.*

τὸ ποῖον ἐπιβάλλει] Aretinus *sed considerata qualitate adjungatur largissimus:* Legit igitur ἐπιβάλλειν. Victorius *qualis eo venit maximus,* vel *qualis maximus census contingit illis.* Lambinus *qualis et quantus amplissimus quadret ad id, ut:* Ramus *quantus* (census) *omnino esse possit, ut:* Giphanius *quantus maximus esse possit, ut:* Camerarius *quae summa census ad maximam longitudinem pertineat.* Idem ad librum 1, p. 70. haec annotavit: *Verbum* ἐπιβάλλειν *praeter alias significationem habet ejus, quod attribuitur id est pertinet ad aliquem; et in iis, quos vocant Logistici* ἐπιμερισμοὺς, *quod ad quamque portionem pertinere reperitur, id habet* τοῦ ἐπιβάλλοντος *nomen. Ita Ptolemaeus unum diem anticipantis conversionis annuae in annos dispertiens 300, reperit pertinentia ad annos singulos scrupula secundaria 12; et hoc est* ὁ ἐπιβάλλει ἑκάστῳ ἔτει.

9. Ἐθέλουσι — καὶ εἰώθασι] In his duobus locis lacunam reperisse sibi visus est Conringius. Giphanius ante eum ita ad h. l. *Obscuriora haec sunt verba de tenuioribus — quae quidem ad prius illud de census magnitudine pertinere mihi videntur hunc in modum. Nam cum prius dixerat, census finem et* ὅρον *in hac republica eum esse optimum, quo semper plures numero reipublicae sint participes, rationem hanc ejus* ὅρου *adjungit a tenuioribus sumtam. Nam si magnus sit census, multi ut sint honorum et reipublicae expertes necesse est, pauci reipublicae participes; et proinde pauci quoque qui rem militarem tueantur, cujus in hac republica maxime habetur ratio. Te-*

nuiores namque infra censum positi, et proinde reipublicae et honorum expertes, rem quoque militarem non adjuvabunt; quos quia respublica non attingit, ut incensos, jure a bello gerendo abstinere poterunt. Neque unquam, ut nomina dent, compelli poterunt, propter paupertatem, nisi si a republica et aliis alantur, et commeatus iis suppeditetur publice. — Quare hoc, id est cibaria militibus de publico praebere, quia civitatibus est grave, melius erit, non ita magnum definire censum, quo plurimi tenuiores excludantur: cum propter hanc de re militari causam, tum propter odium ex eo ortum, quod a potentioribus vel contumelia vel damno afficiantur. Nam tenuiores non ita magni faciunt, si non honorum sunt participes — gaudent suam rem familiarem curare et amplificare, de publica non admodum soliciti. Verum quia raro fit, ut potentiores ita sibi moderentur, ut non sint insolentes — praestat, inquam, hac quoque de causa census horum non ita esse magnos, quo multi tenuiores a republica excludantur. His igitur verbis duas has causas, cur census ὅρος in hac republica non maximus esse debeat, contineri puto. Ceterum pro ὀκνεῖν vetus Interpres κινεῖν scriptum vertit *movere*.

10. οὐ μόνον — ἀλλὰ καὶ] Aretinus μόνον et καὶ vertere omisit. Maliensium rempublicam aliunde ignoramus. Ἔστι γὰρ ἡ scriptum vertit vetus Interpres.

11. αἱ ἀρχαῖαι πολιτεῖαι] Aldina male αἱ ἀρχαὶ habet: verum vertit Aretinus, sed is pro δὲ *enim* reddidit. Vetus Interpres scriptum ἦσαν δὲ καὶ ἀρχαῖαι reddidit *erant autem et antiquae*.

καὶ κατὰ τὴν σύνταξιν] *et institutione magis* Aretinus, *et ii inordinati, magis tolerabant imperia* Victorius, in annotatione vero, *parere assueta erat ex militari disciplina*, addens κατὰ σύνταξιν *valet eos delectos milites fuisse et illi muneri assignatos*. Lambinus *et ordinis descriptione*, Ramus *pauci qui tum et numero et moderationis ordine fuerunt*: Giphanius *et propter ordinem*. Heinsius *cum pauci essent numero et ordine deficerentur*. Camerarius h. l. praeteriit. Schlosserus *propter ordinum civilium descriptionem* interpretatur: *wegen der Ordnung der Stände*. Longius cum Heinsio aberrat Garvius: *denn*

da überhaupt das, was wir Volk nennen, nicht zahlreich, und nicht in ein Corpus vereinigt, regelmäſsig abgetheilt und in Waffen geübt war: Negationem unde arripuerint, non reperio; ſed de loci ſenſu ipſe etiam dubius haereo, nec decernere auſim; quam σύνταξιν velit intelligere nos Philoſophus. Militaris enim illa σύνταξις, de qua paulo ſuperius eſt, huc pertinere non videtur. Infra libro 7. eſt ἡ τῆς πολιτείας ἡ σύνταξις ἡ πρὸς πόλεμον, ἤδη πρὸς τὸ κρατεῖν ἔσται τῶν πολεμίων. Suſpicor vocabulum aliquod veluti ἀσθενεῖς excidiſſe, quod illi membro ὀλίγοι ὄντες τὸ πλῆθος reſpondeat.

(δημοκρατία τε — καὶ τῶν ἄλλων ὁμοίως)] Parentheſi haec cum Conringio incluſi, ne lectorem turbarent ſenſumve impedirent. Sed verba καὶ τῶν ἄλλων ὁμοίως vitioſa videntur eſſe. Aretinus vertit *nam aliarum ſimiliter*, Victorius *et aliae eodem modo*. Lambinus *et de aliis item ſentiendum*, Ramus *nec alia quaevis reſpublica eſt una numero*, Giphanius *itemque aliae*, Heinſius *cum nec ſtatus popularis neque ceterarum ſpecies ſit una ſed diverſae*. Suſpicor poſt ἄλλων excidiſſe ἑκάστη. Denique ποῖα ποίοις cum Victorio Zuingerus edidit, ποία, uti Lambinus correxit, vertit Aretinus, et recte Lambinum ſecuti ſunt recentiores Editores.

Ad Caput XI.

περὶ τῶν ἐφεξῆς] Aretinus *dicemus, eorum quae poſt haec ſequuntur, convenienti ſumto principio*. Victorius *dicamus, ut deinceps illae ſe habent:* Lambinus *et de iis quae deinceps ſequuntur, dicamus*. Cum Aretino Ramus *eorumque de quibus deinceps dicendum eſt, idoneum principium ſtatuamus*. Giphanius *de iis quae ſequuntur, conveniente iis ſumto exordio*. Heinſius verba haec praeteriit. Sylburgius ἐπὶ τῶν ἐφεξῆς malebat, aſſentiente Conringio. Sed is cum plerisque interpretibus a ſenſu verborum aberravit, deceptus vulgari diſtinctione. Comma enim poſt λέγωμεν ponendum, et verba περὶ τῶν ἐφεξῆς copulanda cum ſequentibus λαβόντες κ. τ. λ. atque ita locum diſtinctum habet Aldina. Recte igitur cum

Aretino Ramus locum eft interpretatus. Haec fcripferam, antequam infpexiffem veterem Interpretem. Ecce autem hic ita: *Rurfus autem cum ixerimus et communiter et — dicamus de iis.* Apparet igitur verbum excidiffe in libris noftris, et locum ita reftituendum effe, uti feci, inferto participio λέξαντες.

τῦτο δ' ἐστὶν] Camotiana δὲ omifit.

2. πάσας ταύτα] Cum Lambino male Sylburgius eumque fecuti recentiores Editores πάσας omiferunt. Aretinus fequens πάσας tantum omifit. Deinceps οἷον ἡ ἀρχῇ Codex Camerarii habebat fcriptum, ex quo vulgatum ἑτέραις correxi. Aldina dedit πλείοσιν ἑτέραις ἢ ἑτέραις. Conringii annotatio lectorem fallit. Vulgatum ἑτέραις non poteft referri ad intellectum ἀρχαῖς; antecedens enim ἀρχῇ ponitur tantum obiter in exemplo.

πάντας καὶ περὶ ἁπάντων] Intellige κρίνειν ex praecedente κρίσεις.

3. Τηλεκλέυς] Ex verbis apparet Teleclem fcripfiffe de republica; ne quem fallat Lambini verfio *quemadmodum fit in reipublicae adminiftrandae forma a Telecle Milefio inftituta.*

Συνιέναι δὲ] Pendet hoc tempus ex antecedente εἰς μὲν, τὸ κατὰ μέρος, ἀλλὰ μὴ πάντας ἀθρόυς intellige περὶ ἁπάντων κρίνειν. Ita ftatim fequitur fect. 4. ἄλλος δὲ τρόπος τὸ πάντας ἀθρόυς (nempe κρίνειν) συνιέναι δὲ μόνον etcet. Deinceps poft μόνον verfio Aretini *populares* inferit. Poftea vulgatam καὶ τῶν περὶ τῆς πολιτείας cum Sylburgio et verfione veteris Interpretis et Aretini correxi.

4. ὅσας ἐνδέχεται] Non inepta eft Schlofferi fufpicio ad concinnitatem et fententiae veritatem deeffe alterum membrum orationi. Itaque malebat κληρωτὰς ὅσας ἐνδέχεται, αἱρετὰς δὲ ὅσας οὐκ ἐνδέχεται. Brevius tamen ita poffis fcribere αἱρετὰς ὅσας, ὅσας οὐκ ἐνδέχεται κληρωτάς. Plebs enim dominans omnia munera publica et magiftratuum genera arripit fibi, nec delectu nifi in paucis licet uti, ubi fcientiae alicujus neceffitas ambientibus damnum minatur infcientibus, et timore eos repellit.

6. ὀλιγαρχικὴν ἀνάγκη] Equidem memor eorum, quae ſupra capite 5. ab initio dicta fuerant, expectabam δυναστείαν vel δυναστευτικὴν τάξιν.

7. τινῶν [τινὲς] — ὑπὲρ εἰρήνης] Cum Camerario Sylburgio et Conringio ſecluſi τινὲς, quod alienum in locum neſcio quo caſu immigravit. Camerarius neſcio quam verſionem latinam emendationis hujus cognitorem laudet; Aretinus quidem τινὲς reddidit: ſed vetus Interpres omiſit. Ramus difficultatem ita vitavit: *Sed ubi genera cauſſarum, aliis alia tribuuntur, ut cum de bello et pace, de repetundis rationibus universi decernunt.* Sequens ὑπὲρ ex Aldina adſcivi. Intellige verbum κρῖναι.

ἔστιν ἡ πολιτεία] Camerarii ſcripturam ἡ πολιτεία cum Lambino probavit Schloſſerus, Victorianam cum Giphanio et Ramo Conringius.

προκρίτων] Comparat Victorius hos, quos *prius probatos* vertit, cum iis quos in Florentina republica tum ſcrutinium dictum probabat, antequam nomina probatorum ſorte ducerentur, cum novi magiſtratus erant creandi. *Praecipuos et delectos* vertit Camerarius, *qui ante meliores judicati ſunt* Lambinus, *ex deſignatis* Ramus, *ex praelatis* cum Aretino Giphanius, *ex iis qui ſuffragio delecti prius erant* Heinſius.

αὐτῆς] Aldinae αὐτοῖς ante Victorium correxerat Camerarius, in cujus Codice omiſſum erat vocabulum, interpretatus *ejus ipſius, quae respublica proprie vocatur.* Aretinus *ipſius* vertit, ut vetus Interpres.

διοικεῖται] Aldinum et Victorianum διοικεῖ cum Iſingr. Sylburgiana mutavit in διοικεῖται, hinc venit in recentiores Editiones. Idem hoc praeferebat Camerarius; vetus Interpres *disponitur* habet. *adminiſtratur* vertit Aretinus, qui verba πρὸς τὰς πολιτείας reddidit *pro natura rerumpublicarum.*

8. δημοκρατίᾳ τε] Supervacaneum τε vertit Aretinus, deinceps vulgatum δημοκρατίᾳ νῦν, inſerto articulo τῇ e vetere Interprete, correxi. Aretinus ſequentia ita reddidit *in deliberando, ac melius disponendo hoc idem facere in concionibus, quod fit circa judicia in paucorum potentia. Imponunt — populares vero mercedem ſtatuunt pauperibus. Melius enim* etcet.

Unde apparet eum in Codice ſuo rectius haec ita ſcripta legiſſe: *πρὸς τὸ βουλεύεσθαι βέλτιόν τι, τὸ αὐτὸ ποιεῖν. καὶ περὶ τὰς ἐκκλησίας, ὅπερ ἐπὶ τῶν δικαστηρίων ἐν ταῖς ὀλιγαρχίαις — οἱ δὲ δημοτικοὶ μισθὸν τοῖς ἀπόροις πορίζουσι.* Scilicet in Aldina eſt *οἱ δημοτικοὶ* ſcriptum, ubi reliquae dant *ἡ δὲ δημοκρατία.* Ita melius variatur oratio. Transpoſitio vero membri poſtremi *τοῦτο δὲ — ἐκκλησίας ποιεῖν* neceſſaria eſt, ne diverſa a priore ſententia proponi videatur. In ea enim democratia, de qua nunc agitur, populus omnia ad conciones ſuas pertrahit, ut dominetur etiam in ipſas leges. Igitur ut concionibus omnes intereſſe poſſint, utile eſſe ait Philoſophus democratiae huic, ſi oligarchiae exemplum in judiciis ordinandis ſequatur, et plebeculae pauperi mercedem *ἐκκλησιαστικὸν* dictum largiatur. Equidem ductu Aretini ſcripſerim *πρὸς τὸ βουλεύεσθαι βέλτιον τὸ αὐτὸ ποιεῖν καὶ περὶ τὰς ἐκκλησίας, ὅπερ ἐπὶ — οἱ δὲ δημοτικοὶ μισθὸν τοῖς ἀπόροις.* Verbum *πορίζουσι* quominus neceſſario addendum ſtatuam, impedit ſimilis brevitas Cap. 10. ſ. 8. Aldinum *οἱ δὲ δημοτικοὶ* probavit etiam Conringius, aut ſcribendum cenſebat *ἐν δὲ δημοκρατίᾳ.* Idem cum Sylburgio deinceps *ταὐτὸ δὲ καὶ περὶ τὰς ἐκ. ποιεῖν* malebat; quod in noſtra emendatione fit aliter.

καὶ τὸ — ἴσους] Aldina omittit *τὸ*; eadem cum Iſingr. Sylburgiana et recentiores Editiones habent *ἴσως*, quod vertit Aretinus: equidem Victorium ſequor.

τῶν πολιτικῶν] medios illos, quos idoneos reipublicae vocatae eſſe ſupra demonſtraverat, interpretatur Victorius, medios etiam, ſed ſimpliciter Giphanius, *civilium et prudentium civium* Ramus. *honeſtiores aut qui reipublicae gerendae magis ſunt idonei* Heinſius. *reipublicae et praeſentis ſtatus amantes et civilis ſcientiae peritos* Camerarius. Forte *τῶν πολιτῶν* ſcribendum eſt. *πολιτικῶν* enim habet ambiguitatem in hac de democratia diſputatione.

ἀποκληροῦν] Aretinus vertit *ſortiri*, Victorius *ſorte ejicere*, Lambinus *ſortiendi jure poteſtateque privare*, Heinſius *ſortiendi jure excludere*, Ramus *ſortibus excludere*, Giphanius *a ſortibus excludere*, Camerarius *beneficio ſortis removere.* Thucydides verbo *ἀποκληροῦν* utitur pro ſorte eligere ex aliquo nu-

mero aliquos. Ita Lyſias, Aeſchines et ceteri, quos laudavit Budaeus et Stephanus; nec reperio idonei ſcriptoris locum, ubi ἀποκληροῦν ſit ſorte excludere, quanquam ἀπόκληρος dici poſſit ſortis expers. Quare etiam hoc in loco malim interpretari: *ex multitudine plebis plures ſorte eligere, qui admittantur ad conciones ea cum conditione, ut mercedem accipiant.*

9. ὀλιγαρχίαις ἢ προαιρεῖσθαι] Repete συμφέρει. Sequens κατασκευάσαι vulgato κατασκευάσαντας praetuli cum Lambino et Conringio. Quin ipſe Victorius vertit *vel fabricare curiam.* Giphanius *vel magiſtratum inſtituere.* Aretinus *aut tale aliquid conſtituere quale.* Is igitur κατασκευάσαι τοιοῦτόν τι ſcriptum legiſſe videtur.

ἐν ἐνίαις] Aldina ἐν omiſit. De ſententia ita Giphanius. *Quod ad populum in ſenatu oligarchico deliberata hic referri dicuntur, id non ita eſt intelligendum, quaſi populo poteſtas ea re fiat, ea deliberata reſcindendi vel improbandi. Nam hoc plane eſſet democraticum, ut Romae; ſed ea de cauſa hoc fit, ut hac velut ſpecie populus quaſi conſilii particeps et reipublicae nihil moliatur adverſus ſtatum civitatis. Jam enim ſaepius dictum, inimico fere adverſus civitatis ſtatum eſſe animo. Et haec eſt hujus cautionis utilitas, quam Ariſtoteles his verbis* ἔτι γὰρ μεθέξει ὁ δῆμος τῶ *etcet. usque ad illa* ἢ τῆς συμβουλῆς *expreſſiſſe mihi videtur, ut eorum haec ſit ſententia: ſic enim, inquit, fiet, ut populus conſilii tanquam particeps res novas non moliatur, ſed vel eadem ſciſcat, quae ſenatus deliberavit, vel ſaltem non impediat. Etſi verba ipſa propter illud* ἔτι *non ſatis video, quomodo inter ſe cohaereant, et ad eandem illam rem, id eſt cautionis utilitatem, quo tamen pertinent, commode accommodari poſſint.*

ἔτι ἢ ταὐτὰ ψηφίζεσθαι] Aretinus *inſuper aut illa decernere poterit populus.* Lambinus cum Victorio verba reddidit, de ſententia ſecurus. *Tum vero id etiam utile fuerit, ut populus vel eadem decernat* etcet. Solus Giphanius difficultatem vidit eamque explicare conatus eſt, quem ſecutus eſt Heinſius. Camerarius et Conringius tacent. Schloſſerus aliam rationem excogit, quae verbis quidem non ineſt, ſed probari per ſe poteſt. Scilicet populo poteſtatem fieri vult,

ea quae ad concionem referuntur a senatu, suffragiis comprobandi, minime vero contraria statuendi. Quod factum in republica Lacedaemoniorum testatur Plutarchus c. 6. sect. 3. Quae sententia ut e verbis elici possit, non simpliciter συμφέρει repetendum est, sed addendum aliud verbum veluti τάττεσθαι vel simile.

ἢ τῆς συμβουλῆς] Aretinus *vel consultandi quidem omnes participes facere, deliberandi vero magistratibus potestatem relinquere.* Victorius *deliberare omnibus — statueres autem magistratus.* Lambinus cum Sepulveda *cum omnibus quidem consilium communicare sed solis magistratibus consultandi potestatem facere.* Ramus *populum quidem totum consilii participem facere, ut velit et jubeat, magistratus tamen sint auctores.* Giphanius *consultandi quidem potestatem facere debet omnibus, statuendi vero magistratibus.* In annotatione addit: *Altera cautio quae mihi his verbis ἢ τῆς συμβουλῆς adferri videtur, male vulgo acceptis et latine redditis, uno Budaeo excepto, qua nimirum omnibus quidem ad rempublicam aditum habentibus deliberandi et censendi potestas permittatur, sed non statuendi, verum magistratibus tantum — Cujus cautionis utilitas eadem fere, quae primae, ut hac specie consilii participes et tamen sine effectu nihil mutent adversus rempublicam.* Sed ante Budaeum ejusdem sententiae auctor fuit Victorius, quae tamen verborum proprietati adversatur, ex qua solus Ramus verum sensum agnovit. βουλεύεσθαι enim est proprium τῆς βουλῆς, concionis vero συμβουλεύειν; igitur vult concionem nulla de re consultare aut statuere, cujus senatus auctor non fuerit. Ita video etiam Camerarium sensisse.

10. τοῦ ἐν ταῖς πολιτείαις] Male Aretinus *in populari statu.* Deinceps verba ἀποψηφιζόμενον — δεῖ ποιεῖν omisit Aldina. Aretinus ita: *Populi enim decretum in condemnando ratum non sit, sed ad magistratus rursus referatur: quod contra fit in popularibus — sed ad populum habetur recursus.* Camerarius defectum ex Editione Argentoratensi supplevit. Victorianam enim non vidisse videtur.

ἐπανάγεσθαι] Vulgatum ἐπαναγέσθω cum Sylburgio correxi. Deinceps ἀνεστραμμένως habet Aldina. Postea εἰς τοὺς

πλείστους Aretinus *ad populum* vertit, vetus Interpres *ad plures*.

Ad Caput XII.

κυρίους δεῖ — διωρίσθω] Aldinae et Isingr. δεῖ ante Victorium ex Codice suo correxit Camerarius. Deinceps eadem Aldina διωρίσθαι habet, quod vitium idem Camerarius ante Victorium correxit. Verum vertit Aretinus *determinatum sit*.

ἐλάττονος] Intellige χρόνου.

2. ποῖαι πολιτείαις] Aldinum πολιτεῖαι, quod vertit antiquus Interpres, ex Sylburgiana in recentiores Editiones receptum Sylburgius mutari voluit in ποῖαι ποίαις πολιτείαις. Verum vertit Aretinus.

πάντας οὗτοι] Aretinus et Victorius ita vertunt quasi οὗτοι πάντας τοὺς scriptum legissent. Deinceps ante χορηγοὶ copulam omisit Aldina. Vetus Interpres χορηγοὺς vertit *distributores*.

3. Εἰσὶ δὲ αἱ μὲν] Aretinus *Hujusmodi enim curae civiles*. Deinceps καὶ πρὸς ἃς habet Aldina et vetus Interpres. Exemplum e Polluce 8, 112. memoravit Camerarius, ubi vulgo legebatur ἦν μέντοι καὶ χρηνοφυλάκιον ἀρχὴ δούλους εἰς τὸ ἔργον αὐτῆς τῆς ἐπικλήσεως ἔχουσα. ubi nunc legitur δηλώσης τὸ ἔργον αὐτῆς τῆς ἐπικλήσεως. Poterunt satis commode nunc substitui, quae Pollux 8, s. 114. habet ὑπηρεσιῶν ὀνόματα vel δημοσίας διακονίας, nempe βοώνας, ἀποδέκτας, σιτώνας, ζητητάς, ad quae operas servorum locupletium adhibere potuerint. Idem σιτομέτρας ex oratoribus Atticis nominavit, σιτοφύλακας ex Aristotelis republica Atheniensium interpretatur Harpocration.

διανοητικὴν πραγματείαν] Victorius *animadversionem aliam quandam rei atque sententiae*: in annotatione *animadversionem propriam rationis: alitur enim animus hominis cognitione sola: nec studet semper res eas effici, quas cogitat*: Lambinus *aliam aliquam occupationem mentis et cogitationis propriam*. Ramus *sed habet considerationem animadversione digniorem, quales magistratus et quot etcet*. Giphanius *habet aliud quod-*

dam negotium mentis proprium, recte vero in annotatione: *etsi de magistratus vocabulo et definitione disputatio ad usum vitae humanae parum pertinet, liberalem tamen et honestam atque adeo scientiae ipsi necessariam habet cognitionem.* Aretinus etiam satis bene: *habet autem aliam quandam intellectivam considerationem.* Pessime Schlosserus *Hier bekümmern wir uns mehr um den praktischen Begriff der Namen.*

4. ἀναγκαῖαι μὲν οὔ, χρήσιμοι δὲ] Cum in Aldina distincta haec ita legerentur, ἀναγκαῖαι μὲν, οὐ χρήσιμοι δὲ, quae distinctio repetita est in Heinsiana et Rami Editione, non mirum est Aretinum et Ramum male haec vertisse. Illud vero miror, Camerarium in hoc luto haesisse nec se explicare inde potuisse. Victorius distinctionem non solum mutavit, sed de forma etiam dicendi admonuit comparato loco Xenophontis in Anabasi 4, 4, 3. nihilo tamen minus Zuingerus pravam distinctionem dedit; contra Conringius, qui Heinsianam expressit, vitium ejus hoc in loco correxit. Deinceps καὶ δὴ καὶ πρὸς τὰς μικρὰς πόλεις plenius et rectius scriptum vertit antiquus Interpres.

ὥστε τοὺς μὲν — τοὺς δὲ] Aldinae τὰς μὲν — τὰς δὲ casu in Sylburgianam translatum corrigi quidem jusserat Editor, sed non paruerunt sequiores Editores. Hinc de oratione hiulca questus est Conringius, qui Sylburgii admonitionem non legerat. Deinceps Aldina πολυπραγμονήσης habet. Κακοπραγμονέω habet Polybius et Plutarchus; sed formae μονοπραγματεῖν et πολυπραγματεῖν unicum ex h. l. exemplum posuit Stephanus: quare haud scio an utraque forma admonitu Aldini Codicis corrigenda sit. Vetus Interpres: *cura circa unum intenta quam circa multa.*

5. ἐμποδίζουσιν ἀλλήλαις] Camerarius ἀλλήλας corrigebat usus auctoritate Platonis; verum ex nostro tria exempla posuit Stephanus, primum hunc ipsum locum, alterum ex Ethicorum 7: οὐκ ἐμποδίζει φρονήσει. Equidem in Nicomacheis 1, 10. reperio καὶ ἐμποδίζει πολλαῖς ἐνεργείαις. Tertium ex libro 3. de generat. animal. c. 5. ὅσοις ἐμποδίζει τὸ ὑγρὸν.

ὀβελισκολύχνια] Victorius annotavit idem nomen ex nostro de Partibus animal. 4, 6. et e Polluce 10, 118. cujus

haec sunt verba τὸ δὲ ὀβελισκολύχνιον, στρατιωτικὸν μέντοι τὸ χρῆμα, εἴρηται δὲ ὑπὸ Θεοπόμπου τοῦ κωμικοῦ ἐν Εἰρήνῃ

Ἡμᾶς δ' ἀπαλλαχθέντας ἐν ἀγαθαῖς τύχαις

Ὀβελισκολυχνίας καὶ ξιφομαχαίρας πικρᾶς

Ad quem locum Comici respiciens Athenaeus 15. p. 701. (567 nuperae Editionis) καὶ τάχα τοῦτο (ξυλολυχνοῦχον) ὅμοιόν ἐστι τὸ παρὰ Θεοπόμπῳ ὀβελισκολύχνιον, ubi antea ὀβελισκολύχνιος edebatur, in Codice vero est τὰ ὀβελισκόλυχνον. Similis est μάχαιρα Δελφικὴ ad plures usus facta, quam libro 1. supra noster memoravit, quae haud scio an eadem sit, quam Theopompus Comicus ξιφομάχαιραν vocavit.

6. ἐκ ἀναγκαῖον μὲν, δεῖ δ' ὑπάρχειν] Aldina μὲν omisit, sed Aretinus reddidit, et Isingr. cum Sylburgiana adjecit, uti Victoriana. In illo δεῖ δὲ ὑπάρχειν merito haesit Camerarius, cum expectet lector χρήσιμον δὲ ὑπάρχειν, ut fuit antea s. 4. πολλαὶ ἀναγκαῖαι μὲν οὖ, χρήσιμαι δὲ πρὸς σπουδαίαν πόλιν. Itaque recte Aretinus *non necessarii quidem sed oportuni* vertit.

Δεῖ δὲ] Vulgatam scripturam ἀρχῶν. Ἁρμόττει δὲ καὶ τοῦτο ex Camerarii egregia conjectura correxissem, nisi faciliorem et commodiorem Aretini versio suppeditasset, ubi est: *Debet etiam hoc non latuisse, quales conveniant secundum locum magistratus plurium curam habere.*

κατὰ τὸ πρᾶγμα] Lambinus τὰ πράγματα malebat, et Aretinus *negotia* vertit, ut Victorius *rerum sive hominum proposita sibi varietate.*

7. ἴσων δὲ] Aldina et vetus Interpres δὲ omisit. Deinceps ἐκ τῶν πλουσίων malebat Sylburgius, prout sequitur ἐκ τῶν ἐλευθέρων; ut antecedit ἐκ πεπαιδευμένων. Verum cum articulus adsit in Aldina, eum cum Sylburgio recepi, a Victorio et ceteris omissum.

διαφοραὶ τῶν ἀρχῶν] Ita vulgatam αὐτὰς τὰς διαφορὰς e conjectura correxit Victorius: scripturam vitiosam repetierunt Sylburgiana et recentiores. Camerarius vitium bene animadvertit, sed medelam non reperit. Giphanius correctionem Victorii non magis vel agnovit vel reddidit vertendo, quam ceteri interpretes omnes. Itaque cum vertisset: *An sunt quidem aliquae (respublicae) ipsis magistratuum dif-*

ferentiis accommodatae? Et quidem est ubi conveniant, et ubi differant: addidit annotationem hanc: *Haec verba usque ad* ἔστι δ' ὅπου συμφέρουσι *de mendo valde mihi sunt suspecta, ne dicam omnia videri mihi spuria et inducenda.* Post διαφέρουσιν vetus Interpres interserit *propter hoc.*

8. δεῖ μὲν γὰρ — ἀσχολῶν ἔσται] Aretinus omissis verbis μὲν γὰρ vertit *ne otiosus sit.* Victorius *ut solutus sit illa cura.* Vetus Interpres *quatenus non vacans erit.* Προβούλων nomen ex Aristotelis Rhetor. 3, 18. apposuit Victorius, ubi est: οἷον Σοφοκλῆς ὑπὸ Πεισάνδρου ἐρωτώμενος, εἰ ἔδοξεν αὐτῷ ὥσπερ καὶ τοῖς ἄλλοις προβούλοις καταστῆσαι τοὺς τετρακοσίους. Vides etiam hic προβούλων nomen et officium fuisse in oligarchia Atheniensium quadringentorum virorum institutum. Sophoclem istum etiam inter triginta tyrannos cum aliis in Hellenicis nominavit Xenophon. Cf. Valesium ad Harpocrat. p. 181. ed. Gronovii. Vetus Interpres *proconsules* hic vertit.

καθίστανται ἐπὶ] Aretinus *illi qui ante deliberant, consiliariis constituunt,* Victorius *constituti sunt post consultores.* rectius in annotatione *qui aliquo modo praesint illis et quasi moderentur.* Lambinus *consultatoribus opponuntur atque adeo imponuntur.* Ramus *Probulorum major est auctoritas.* Giphanius *senatoribus sunt velut impositi.*

9. εὐπορία] Pejus ἀπορία reddidit vetus interpres, monente Victorio. Sed in exemplo Versoris *pecunia,* in Thomae *penuria* reperi.

κωλύειν ἐξιέναι] *prodire domo* interpretatur Victorius, *fieri enim non potest, ut prohibere pauperum mulieres alterius sit quam paucorum potentiae, cum mulieres ipsorum in deliciis vivant* Aretinus plane diversam scripturam secutus. Ramus *quid enim pauperum uxores vagari prohibeat?* Giphanius *Nam qui tenuiorum mulieres, ne procedant, coerceri possunt?* Idem comparavit locum Cornelii in Praefatione de vita mulierum graecarum οἰκουρεῖν domestica, et Xenophonteum illud in Oeconomico 7, 30. τῇ μὲν γὰρ γυναικὶ κάλλιον ἔνδον μένειν ἢ θυραυλεῖν. Equidem ἐξιέναι malim interpretari *in publicum prodire.* Γυναικονόμους fuisse in republica vetere Athe-

nienfium

nienfium conftat teftimonio Philochori apud Athenaeum libro 6, et Pollucis 5, f. 112. fed eorum auctoritas et nomen nova democratia exorta fuit abolita. Lacedaemonii ἀρμοσύνας vocarunt hunc magiftratum, tefte Hefychio.

10. διαφοραὶ τρεῖς] Camerarius ad h. l. ita. *Haec fcriptura quomodo cum iis, quae fubjiciuntur, congruat, non poffum decernere; mihique omnino in illo τρεῖς effe mendum videtur. Hoc quidem mihi dici videtur: tres quafi terminos totius confiderationis conftitutos trifariam rurfus diftingui, ita ut finguli illorum bifariam confiderentur. Hanc autem in tria divifionem diftribui fingulatim in quatuor, non magis jam adhibita illa duplicatione in prima differentia triplici. Sic enim duodecim exibunt, ductis tribus in quatuor.* Giphanius etiam ita: *Eft autem hic locus de magiftratuum creatione bimembris, ut dixi: qui et quot fint modi creandorum magiftratuum, et qui quibus rebuspublicis conveniant, id eft qui democratici, qui ariftocratici etcet. adeo obfcurus et difficilis, ut ingenue fateri cogar, me eum quantumvis perpenfum, non potuiffe affequi totum. Nam partim facile eft noffe et menda quaedam nonnulla deprehendi, fed quia totum locum perpurgare non potui, latine eum reddidi vulgata exemplaria fecutus; explanationem doctioribus aut alii tempori refervandam putavi.* Heinfius breviffime ad h. l. τρεῖς mutari juffit in τινές. Vitium in numero manifeftum eft; nam fubjiciuntur fingulae partium harum trium (τίνες, ἐκ τίνων, τίνα τρόπον) modi conjungendarum tantum duo. Eft igitur hic συνδυασμός; quem mox fequitur alter; atque infra f. 11. δύο συνδυασμοὶ memorantur. Aut igitur τινὲς aut δύο fcribendum. Accuratius hac de re docebo ad fect. 11.

Μεγάροις — συμμαχεσαμένων] De Megarenfium democratia laudat Victorius locum noftri Poetic. 3, 5. ὡς ἐπὶ τῆς παρ' αὐτοῖς δημοκρατίας γενομένης. De hoc ftatu mutato dicetur infra ad 5, 5. Aretinus haec aliter fcripta legit aut erravit vertens: *qui una cum populo conjuncti redierunt.*

11. Πάλιν ταῦτα συνδυαζόμενα — τὰς δὲ κλήρῳ] Haec tota periodus tota abrupta haeret, nec aptam habet verborum ftructuram, nec fententiam abfolvit. Infra tamen huc refpi-

ciens Philosophus ait χωρὶς τῶν δύο συνδυασμῶν. Duos igitur συνδυασμὺς praemissos ait esse, cum vulgo unus tantum appareat hoc quidem in loco: quanquam hinc possit aliquis arguere non inepte alterum antecessisse. Πάλιν enim ad anteriorem συνδυασμὸν referri videtur; cum tamen antea vulgo legatur ἑκάστη δὲ τῶν τριῶν τύτων διαφοραὶ τρεῖς εἰσιν. Vitium illius loci agnovit Camerarius et Giphanius, sed medelam, quam hic locus et tertius inferior suppeditat, non repererunt. Scilicet ubi tres διαφοραὶ memorantur verbo, sequuntur tamen combinationes tantum trium illarum partium (τίνες, ἐκ τίνων, τίνα τρόπον). Itaque manifestum est, hunc esse priorem συνδυασμὸν ipso Philosophi indicio: unde consequens est, ut aut cum Heinsio τινὲς, numero non definito, scribamus, aut τρεῖς in δύο mutemus, quo numero apertius συνδυασμὸς indicetur. Sententia ipsa igitur plana est; in verborum modo structura laboramus, quae concinnari ita potest, ut συνδυάζονται scribamus, dum Codex integrior aliam medelam suppeditaverit. Retinet tamen conatum mutandi similis locus infra de judiciis, ubi est: Ἔτι τὰ αὐτὰ συνδυαζόμενα, λέγω δὲ etcet.

καὶ ἢ ἐξ ἁπάντων ἢ ὡς ἀνὰ μέρος] In his geminum est vitium. Primum inest in verbis, alterum in sententia. Quinquemembris enim oratio vel divisio videtur esse, cum sensus flagitet quadrimembrem. Verum haec ipsa quatuor membra nec in vulgari scriptura apparent, si rationes veras ineas. Copulari enim debent tres partes (τίνες, ἐκ τίνων, τίνα τρόπον) ex ratione Philosophi non per paria, qui συνδυασμὸς dicitur, sed triplici ratione, ut tribus superioribus partibus respondeant membra συζυγίας. Verum hic duo tantum τρόποι copulationis memorantur; duo alii videntur excidisse. Sunt vero duo modi hic commemorati hi. 3 πάντες ἐκ πάντων ἀνὰ μέρος κλήρῳ 4 πάντες ἐκ πάντων ἀεὶ αἱρεταί. Duos reliquos modos licebit ita supplere ἢ τὰς μὲν (ἀρχὰς) ἐκ τινῶν αἱρετὰ τὰς δ' ἐκ πάντων κλήρῳ. Vitium in numero vidit etiam Schlosserus. Nunc de vitio verborum videamus. Apparet distinguere voluisse philosophum notionem, quae vocabulo πάντες inest; dicuntur enim ita ἀνὰ μέρος vel ὡς ἕκαστος, dicuntur

etiam ἀεὶ ἅπαντες vel ἅμα ἅπαντες vel ἀθρόοι. Similiter supra Cap. 11. §. 3. εἰσὶ δὲ οἱ τρόποι τοῦ πάντας πλείους· εἷς μὲν τὸ κατὰ μέρος, ἀλλὰ μὴ πάντας ἀθρόους. — εἰς δὲ τὰς ἀρχὰς βαδίζουσι πάντες κατὰ μέρος ἐκ τῶν φυλῶν καὶ τῶν μορίων τῶν ἐλαχίστων παντελῶς, ἕως ἂν διέλθῃ διὰ πάντων. Dubitari igitur posse non videtur prius ἢ supervacaneum et delendum esse, quod vidit etiam Schlosserus; igitur seclusi. Deinde vulgatum πολιτικῶν, quod est in Aldina et Victoriana, cum Camotiana, Isingr. Sylburgio et Lambino mutavi in πολιτῶν, quod dederunt Heinsiana et Conringiana. Vetus Interpres *civiles* vertit.

Πάλιν εἰ τινες] *Rursus vero si pauci* Aretinus; additum igitur δὲ legisse videtur.

12. δύο — γίνεσθαι] Locum hunc mendosum Conringius pronunciavit, quoniam verbum γίνεσθαι non habeat, quo possit referri; certe ad πάντας non posse referri. Deinde alteram κατάστασιν non satis perspicue proponi; praeterea etiam tertiam commemorari. Cui Schlosserus respondit, ad γίνεσθαι repeti debere vocabulum καταστάσεις; in numerando vero verba αἱρέσει ἢ κλήρῳ ad unam eandemque rationem pertinere; discrimen omne esse in πάντας ἐκ πάντων et in illis τὰς μὲν — τὰς δὲ τῶν ἀρχῶν. Quod ad prius attinet, ratio Schlosseriana plane est contraria grammaticis regulis. Conringius vero falso negavit γίνεσθαι pertinere ad πάντας. Id enim verbum positum est pro καθίστασθαι, unde κατάστασις ducta est. Cur verbo utroque hic usus sit Philosophus, facile apparet ex adjectis αἱρέσει ἢ κλήρῳ, quae eum impediebant, quominus αἱρεῖσθαι vel κληροῦν usurparet.

αἱρέσει, [ἢ ἀμφοῖν] ἢ τὰς] Haec duo verba ἢ ἀμφοῖν hoc quidem in loco recte mihi damnasse, ut superflua, videtur Conringius; igitur seclusi.

Καὶ τὸ τινας ἐκ πάντων] Hanc periodum vitiosam pronunciavit etiam Camerarius, sed emendare non potuit. Aretinus verba aperte supervacanea ἢ ἀμφοῖν, τὰς — τὰς δ' αἱρέσει omisit. Schlosserus vertit: *Oligarchisch ist es, wenn nur einige das Recht der Wahl haben, sey es aus allen oder aus Einigen; es sey nun durch Wahl oder Loos oder beydes; und*

zwar ist letzteres, die Bestellung durch Loos und Wahl, strenger oligarchisch. In annotatione rationem versionis reddere non est dignatus. Veri tamen vestigium aliquod subodoratus esse mihi videtur. Nempe suspicor scribendum esse ἢ ἐξ ἀμφοῖν, τὰς μὲν κλήρῳ τὰς δ' αἱρέσει, ὀλιγαρχικόν· ὀλιγαρχικώτερον δὲ καὶ τὸ ἐξ ἀμφοῖν. Difficile istud ἐξ ἀμφοῖν refero ad τινὰς et πάντας cum Schlossero, qui in oligarchia ita differunt, ut πάντες sint illi omnes, quorum in potestate est oligarchia, id est πάντες οἱ κύριοι τῆς ὀλιγαρχίας. Sed in isto numero sunt etiam, qui ad munera quaedam non admittuntur, quae familiis quibusdam vel censui cuidam quasi peculiaria et propria habentur. Hae paucae familiae possunt τινὲς dici, cum ceteris opponuntur; omnes vero simul sumtae πάντες. Videant acutiores!

13. Τὸ δὲ τὰς μὲν] Conringius monet aut excidisse aut intelligi debere τινάς.

Καὶ τὸ τινας ἐκ τινων κλήρῳ] Codex Camerarii hunc totum locum ita scriptum habebat: τὸ δέ τινας ἐκ τινων ὀλιγαρχικόν, καὶ τό τινας ἐκ τινων ἀμφοῖν· τὸ δέ τινας ἐξ ἁπάντων, τότε δὲ ἐκ τινων αἱρέσει πάντας, ἀριστοκρατικόν. Aldina κλήρῳ omisit. Aretinus vertit: *Etiam si per sortem fiat vel non fiat et quosdam ex quibusdam utroque modo.* Hinc nata esse videtur Camerario suspicio, (nominat autem simpliciter latinas quasdam interpretationes) scriptum fuisse in libro ejus: ὀλιγαρχικόν, ἤτοι κλήρῳ γινόμενον ἢ μὴ γινόμενον· ὁμοίως δὲ καὶ τὸ τινὰς ἐκ τινων ἀμφοῖν· τὸ δέ τινας ἐξ ἁπάντων, καὶ ἐκ τινων αἱρέσει πάντας, ἀριστοκρατικόν. Ipse vero suspicatur, verba illa μὴ γινόμενον δ' ὁμοίως ex adscripta alicujus annotatione irrepsisse; quae suspicio nititur etiam libri scripti auctoritate; igitur Lambinus eadem verba in versione omisit. Vocabulum κλήρῳ cum Aldina omisit etiam Codex Camerarii; sed ex suis libris addidit Victorius; habet idem margo Isingr.

οὐκ ὀλιγαρχικόν] Haec verba in Aldina, Codice Camerarii, et ab Aretino omissa ex versione antiqua inseruit Victorius, a quo acceperunt sequiores Editiones; margo Isingr. negationem tollit. Conringius totum locum ita refingit τὸ δέ τινας ἐκ τινων αἱρέσει, ὀλιγαρχικόν, καὶ τό τινας ἐκ τινων κλή-

ϛῳ, ὁμοίως καὶ τινὰς ἔκ τινων ἀμφοῖν. Τὸ δέ τινας ἐξ ἁπάντων, ἐχ ὀλιγαρχικόν. Lambinum ait ad eundem fere modum legiſſe videri; ita enim vertere: *at quosdam ex quibusdam electione oligarchiae convenit, et quosdam ex quibusdam ſorte: et item quosdam ex quibusdam utroque.* Equidem in hac tanta difficultate, ubi exitum reperire eſt difficile, verba tantum ea ſecluſi, quae cum ceteris ratione grammatica nulla jungi poſſunt.

τὸ δ' ἔκ τινων] Aldina τό τε ἔκ τινων, quod vertit Aretinus. τότε δὲ ἔκ τινων Codex Camerarii. Conringius ſcribi debere cenſuit τὸ ἐξ ἁπάντων αἱρέσει τινάς. Deinceps verba τὴν κυρίαν Aretinus vertit *auctoritatem habere*, quaſi τὸ κύριον εἶναι ſcriptum legiſſet.

Ad Caput XIII.

καὶ τέτων] quaſi antea δικαστήρια non δικαστικὸν dixiſſet. Sylburgius tamen τέτε malebat ſcriptum. Sed ecce vetus Interpres *quod judicativum de praetoriis.* Igitur is ſcriptum legit τὸ δικαστικὸν περὶ τῶν δικαστηρίων εἰπεῖν. Unde non dubitavi tria vocabula περὶ τῶν δικαστηρίων inſerere. Sequens ὑπόθεσιν Aretinus *viam*, Victorius *fundamentum* vertit, *pro ea inſtitutione quae nobis propoſita eſt* Lambinus, *cujus genera ex eodem principio nobis deducenda ſunt* Ramus, *inſtituta ratione* Giphanius, *ratione eadem qua jam de ſuperioribus duobus actum* Heinſius.

ἔστι δὲ] Pro δὲ Aretinus *enim* reddidit; equidem δὴ ſcriptum fuiſſe puto.

εὐθυνικόν] Aretinus *rationes repoſcere*, Victorius *quod corrigit*, in annotatione ait praepoſitum id rationibus accipiendis eorum, qui munus aliquod publicum obierint, ac ſi quid illi ulla in re peccarint, corrigere id atque emendare. Lambinus *quod ad repetendas rationes a magiſtratibus pertinet.* Ramus *in repoſcendis geſtae provinciae rationibus*, Giphanius *Primum repetundarum*, Heinſius *Primum quod adverſum magiſtratus de iis, quae in munere ipſo, dum in eo verſa-*

rentur, deliquerunt, instituitur, Camerarius *ad referendas et accipiendas rationes munerum mandatorum et gestarum curationum administratarumque provinciarum.* Giphanius annotat Romae hoc institutum non fuisse, ut magistratus ipsi muneris gesti rationes coram judicibus exponerent, sed judicium repetundarum adversus magistratus dari solitum, quod respondeat εὐθύνη Graecorum, quodque Cicero libro 3. extremo de Legibus rationum referendarum vocare videatur. Quidni igitur ipse εὐθυντικὸν vertit *rationum referendarum* potius quam *repetundarum?* cum de repetundis pecuniis judicium romanum esset.

τῶν κοινῶν ἀδικεῖ] Aretinus *si publice quis cui injuriatus sit,* Victorius *si aliquis injuste se gerit in quapiam republica,* in annotatione *si quis laedit violatque aliquod publicum bonum.* Lambinus *quod ad delicta publica, eaque, quae in personas publicas injuste commissa sunt;* Ramus *secunda in publicis injuriis.* Giphanius *aliud peculatus.* Heinsius *quod adversus eos instituitur, qui in rempublicam delinquunt.* Camerarius *secundum publicarum injuriarum,* vel *publicorum judiciorum,* vel *significatur potius delictum, quo damnum injuria datum sit publicae utilitati, ut ad popularem actionem haec referri forte possint.* Giphanio videtur esse *adversus eos, qui rempublicam compilarint aut sint depeculati, quod Graeci φάσιν vocent, latini peculatum, quasi dicas furtum publicum.* Philosophus dicere videtur δημόσια ἀδικήματα, quorum Athenis dabatur et γραφὴ et δίκη. δημοσίων ἀδικημάτων δίκην nominat Pollux 6, 154. Idem 8, 51. ἡ δ' εἰσαγγελία τέτακται ἐπὶ τῶν ἀγράφων δημοσίων ἀδικημάτων κατὰ τὸν νόμον τὸν εἰσαγγελτικόν. — ἀδικῶν δέ τις ἁλίσκεται ἢ ἄρχων ἢ ῥήτωρ εἰς τὴν βουλὴν εἰσαγγελία δίδοται κατ' αὐτῶ. De eodem Harpocratio ἡ μὲν γὰρ ἐπὶ δημοσίοις ἀδικήμασι μεγίστοις καὶ ἀναβολὴν μὴ ἐπιδεχομένοις. De φάσει accurate Pollux 8, §. 47. tradit.

ὅσα εἰς τὴν πολιτείαν φέρει] *quaecunque ad statum civitatis referuntur* Victorius cum Aretino, *quod ad peccata in reipublicae statum* Lambinus, *tertia in negotiis reipublicae* Ramus, *tertium de statu reipublicae* Giphanius, *de iis quae ad*

praesentem statum reipublicae pertinent, ut hac in parte crimen id videri possit, quod latini vocarunt majestatis Camerarius. Giphanii annotatio *si quis in rempublicam quid committat: quod Graeci non uno sed multis nominibus προδοσίας, παρανόμου, ἀστρατείας, romani uno nomine majestatis aut perduellionis vocant, quod judicium satis est notum.* Pertinent ad hunc censum inprimis δήμου καταλύσεως δίκη apud Pollucem 6, s. 154. et qui ibidem sect. 152. recensentur βουλεύων τυραννίδα, καταλύων τὴν πολιτείαν, ἐπὶ καταλύσει τοῦ δήμου συνιών. Idem 8, s. 52. ἐγίγνοντο δὲ καὶ εἰσαγγελίαι κατὰ τῶν καταλυόντων τὸν δῆμον ῥητόρων, ἢ μὴ τὰ ἄριστα τῷ δήμῳ λεγόντων. Potest etiam ἡ παρανόμων γραφὴ huc referri, quam egregie enarravit Wolfius in Prolegomenis ad Leptineam p. CXXXVII. seqq.

ἄρχουσι καὶ ἰδιώταις] Victorius in annotatione *commune magistratuum et privatorum.* Voluisse igitur videtur additum κοινὸν, quod deesse apparet. Lambinus *quartum de controversiis et magistratuum et privatorum, cum ambigunt de multorum irrogationibus;* Ramus *quarta, ubi et qui sunt in magistratu et qui privati, de multis impositis litigant.* Giphanius *quartum tam de magistratibus quam de privatis, quae de multis ambigunt.* Heinsius *quartum de multis, ut si magistratus aliquis, dum suo fungitur officio, mulctam irrogavit civi, qua de re a cive conveniri potest.* Camerarius *quartum judicium proponit ζημιώσεων id est poenarum sive magistratus sive privati disceptent. Vocarunt autem Graeci ζημίωσιν καὶ ζημίαν non solum pecuniariam poenam, quae est latinis multa, sed quamlibet aliam, καὶ τὴν εἰς τὸ σῶμα, inquit Pollux.* Giphanius *Quartum est de multis et poenis, verbi gratia, si magistratus civem multa aequo graviore affecerit. Nam de multarum irrogatione saepe inter se magistratus et privati ambigere solent. De Romanorum more videatur Gellius 11, c. 1. et Lex Aliud est, et Lex. Si qua ff. de Verbor. Signif.* Pollux 8, s. 97. καλοκαγάθως εἶχον ἐξουσίαν καὶ ζημίαν ἀφελεῖν, εἰ ἀδίκως ὑπὸ τῶν ἀρχόντων ἐπιβληθείη. De quibus docet Valesius ad Maussaci notas p. 234. seqq. Proprie Athenis ἐπιβολὴ vocatur ἡ ὁριζομένη ζημία τοῖς ἀδικοῦσιν ὑπὸ τῶν ἀρχόντων. Cf. Valesius ad Harpocr. p. 67.

— καὶ τὸ ξενικὸν] Aretinus et Ramus *de peregrinis*, Victorius *lites peregrinorum*, Lambinus *de caedibus et de criminibus inter sicarios et de rebus peregrinis:* Giphanius *de caede et de peregrinatione*, Camerarius *cognitionum externarum rerum et negotiorum pertinentium ad peregrinos.* Heinsius *de peregrinis, hoc est, de eorum, qui in civitate peregrini sunt, negotiis.* Giphanii annotatio: *Septimum genus Graeci vocant ξενικὸν. Cicero libro 2. de Legibus de peregrinis, quod facit bipartitum Aristoteles, vel ubi peregrinus cum peregrino, vel ubi peregrinus cum cive controversiam habet. His controversiis Athenis praeerat πολέμαρχος, Romae praetor peregrinus.* Pollux 8, 91. de polemarcho: δίκαι πρὸς αὐτὸν λαγχάνονται μετοίκων, ἰσοτελῶν, προξένων. Idem Aristoteles apud Harpocrationem καὶ τἆλλα ὅσα τοῖς πολίταις ὁ ἄρχων, ταῦτα τοῖς μετοίκοις ὁ πολέμαρχος.

2. Φονικῦ μὲν ἓν] Aldina ἓν omisit, *rursus* vertit Aretinus. Caedem factam ἐκ προνοίας Victorius cum Giphanio et Heinsio interpretatur *consulto factam*, Aretinus *ex providentia*, Lambinus *sponte et consulto*, Ramus *consulto et de industria*, Camerarius *consulto atque proposito.* Giphanius annotat de caede consulto facta Athenis judicium fieri solitum in Areopago; de caede invito facta in Palladio, de caede jure an injuria facta in Delphinio; de caede repetita in Phreattio.

περὶ τῦ δικαίυ]. Tale fuit Romae judicium, ubi Cicero pro Milone dixit, et caedem Clodii jure factam defendit.

Τέταρτον δὲ ὅσα] Aretinus *Et quot pro homicidio exulantibus circa reditum statuuntur ut Athenis dicitur et in pheatri judicium.* Victorius *quaecunque reis caedis, ut redeant, intenduntur, veluti Athenis dicitur et curia vocata in Phreatte.* Lambinus *quartum maleficium est, cujus crimen iis infertur, qui ob caedem non voluntariam exulabant, ab exilio revocatis, ut capitis causam dicerent, quale dicitur Athenis esse etiam id judicium, quod exercetur in Phreattone.* Ramus *tum quae reis factae caedis in reditu ab exilio objiciuntur, quale est Athenis illud judicium, quod ἐν Φρεαττοῖ dicitur.* Camerarius *si ei qui caede facta solum verterit exilii causa, interea dum abest, aliquid, quod reditum impedire possit, objiciatur, ut si, quemad-*

modum dicitur in oratione Demosthenis contra Aristocratem, ob fortuitam caedem exulanti objiciatur caedes facta consulto. Giphanius annotat. *Quarta de caede controversia est, adversus eum, qui semel de caede accusatus, et quia de invito facta exilio multatus, alteram postea caedem fecerit: qui si revertatur, eo nomine accusetur. Haec igitur est repetita velut accusatio; propter alteram caedem adversus ab exilio redeuntem instituenda.* Camerarius formam Φρεαττοῖ comparat cum aliis veluti Μεγαροῖ et Πυθοῖ. Pausanias 1, 28, 12. Ἔστι δὲ τῷ Πειραιῶς πρὸς θαλάσσῃ Φρεαττύς· ἐνταῦθα οἱ πεφευγότες, ἢν ἀπελθόντας ἕτερον ἐπιλάβῃ σφᾶς ἔγκλημα, πρὸς ἀκροωμένους ἐκ τῆς γῆς ἀπὸ νεὼς ἀπολογοῦνται. Cf. Pollux 8, ſ. 120. Harpocration h. v. Scriptum reperitur nomen etiam Φρεάττοι, Φρεάτοι et Φρεατοῖ. Vetus Interpres habet *velut Athenis dicitur et quod in puteum compulit judex.*

ἐν τῷ παντὶ χρόνῳ] Aretinus *et in omni tempore.* Vetus interpres παρόντι reddidit, *in praesenti tempore.* Idem deinceps pro αὐτοὺς ſcriptum αὐτοὺς reperit et vertit *ipsos.*

πεντάδραχμα] Giphanius annotat Athenis fuiſſe quadraginta viros, qui cognitionem haberent decem tantum drachmarum. Laudat auctorem Pollucem 8, 100. ubi haec traduntur: Οἱ δὲ τεσσαράκοντα πρότερον μὲν ἦσαν τριάκοντα, οἳ περιιόντες κατὰ δήμους τὰ μέχρι δραχμῶν δέκα ἐδίκαζον, τὰ δ' ὑπὲρ ταῦτα διαιτηταῖς παρεδίδοσαν. μετὰ δὲ τὴν τῶν τριάκοντα ὀλιγαρχίαν, μίσει τοῦ ἀριθμοῦ τῶν τριάκοντα, τεσσαράκοντα ἐγένοντο. De iisdem 40 viris repetit libro 9, ſ. 101. Eosdem κατὰ δήμους δικαστὰς dicit et ex Ariſtotelis republica Athenienſium deſcribit Harpocration.

Ceterum idem Giphanius de partitione hac judiciorum ita judicat: *Quae partitio qua ratione nitatur, non possum satis intelligere. Cur, inquam, non vel plura vel pauciora fora Aristoteles faciat. Athenis quidem de rebus capitalibus quinque celeberrima erant fora, Areopagus, Delphinium, Palladium, Phreattium et Prytaneum; rerum civilium Heliaea, Parabystum, Trigonum et Metychium. Judicium quoque arbitrorum, quos Diaetetas vocant. — Rectior igitur et melior tribunalium partitio haec fuerit, ut quemadmodum causae et res aliae sunt ca-*

pitales, aliae vero civiles, fora quoque sint alia rerum capitalium, alia civilium: quae summa tribunalium seu judiciorum sit divisio, caussis seu rebus, de quibus fiunt judicia, accommodata, quomodo et Plato in libris de Legibus, et Juris consulti nostri partiuntur etcet. Accuratam judiciorum enumerationem et numeri necessariorum definitionem dare Philosophus noluisse videtur, contra exempla ad descriptionem generalem accommodata sumsit ex republica Atheniensium, ubi et plurima et accurate descripta illi judicia esse videbantur.

3. τοὺς μὲν κλήρῳ, τοὺς δ' αἱρέσει] Lambini conjecturam κληρωτοὺς, τοὺς δ' αἱρετοὺς non improbabilem recepit Sylburgiana atque hinc recentiores.

οἱ τρόποι τοῖς εἰρημένοις] Aretinus *in praedictis*, Victorius *iidem sunt atque illi qui dicti:* scilicet is inseri voluit οἱ αὐτοί εἰσι. Lambinus *iis quos supra diximus consimiles sunt:* Ramus *quapropter hi modi antea descriptis — respondent.* Giphanius *modi supra explicatis similes.* Vitium vulgatae bene vidit Camerarius, qui vulgatam ita accipi debere ait: οἱ τρόποι ἄρα τοῖς εἰρημένοις εἰσὶν ἴσοι, ὅσπερ ἐλέχθησαν, id est τῶν εἰρημένων. Hinc patet, unde ducta sit Conringii conjectura inepta, qua τῶν εἰρημένων scribendum esse censuit. Non magis ferri potest Victorii ratio; non sunt enim hi τρόποι iidem, sed numero pares, ergo ἴσοι.

4. εἶναι τὰ δικαστήρια] Conringius τῶν δικαστηρίων malebat; Aretinus etiam *Quot igitur modi judiciorum esse possint.* Ramus *Quot igitur modis fieri potuit, judicia divisa sunt.* Giphanius *quot igitur modi judiciorum esse possint.* Apparet ita, unde conjecturam duxerit Conringius. εἶναι dictum videtur pro καθίστασθαι, et nihil mutandum.

Ad Aristotelis Politicorum Librum V.

Ad Caput I.

ὅτι δὲ διὰ τίνων — ἑκάστη] Haec inepte repetunt brevius dicta verbis istis σωτηρίαι τίνες καὶ κοινῇ καὶ χωρὶς ἑκάστης εἰσίν; unde suspicor esse interpretationem Grammatici. Video nunc Giphanium ita ad h. l. annotare: *Miror hanc παλιλογίαν in Aristotele. Nam haec duo idem valent, eodemque pertinent, de caussis conservandarum rerumpublicarum. Quare haud scio, an non rectius alterum tolli possit.* Equidem seclusi, dum libri scripti plures damnent. Idem Giphanius monuit his verbis ἃν προειλόμεθα respici ad locum libri 4. c. 2.

2. ὑπολαβεῖν] Victorius *animo comprehendere principium.* Aretinus *Oportet autem prius illud principium assumere.* Lambinus *Primum autem existimare oportet:* Ramus *Atque illud est inprimis fundamentum constituendum:* quasi ὑποβαλεῖν scriptum legisset. Giphanius *Primum autem caput existimare oportet.* Camerarius *reprehendere principium, id est repetere ea, quae initio dicta sunt vel ante omnia autem principio est hic quasi insistendum.* Vetus Interpres deinceps ἔτι δ' ἁμαρτανόντων scriptum reperit et vertit *adhuc autem peccantibus.*

γεγένηνται — πάντων] Aretinus *sunt — et in his confitentur quidem omnes.* Idem sequens ἐγένετο vertit *constat;* et verba ἔτι γὰρ ἐλεύθεροι — νομίζουσιν omisit.

εἶναι νομίζουσι] Verbum posterius tolli jussit Camerarius, quod sententiam conturbet et in vetere libro suo non extet. Ego vero nihil abjiciendum, contra aliquid deesse

cenſeo, quod ſenſum abſolvat, videlicet vocem ἴσοι, quam in annotatione expreſſit Victorius *arbitrantur ſe ſimpliciter omninoque eſſe aequales.* Camerarius etiam ἁπλῶς interpretatur *ſimpliciter plane, prorſus, non diſtincte.* Reliqui etiam Interpretes omnes *pares* addiderunt; quare non dubitavi ἴσοι inſerere. Caſaubonus ὁμοίως ὁμοίους maluit.

3. ἣν ἑκάτεροι τυγχάνουσι] Camotiana ἣν omiſit et poſt ἔχοντες inſeruit καί. Eadem cum Victoriana, Zuingeriana τυγχάνωσιν, quod ex Iſingr. Sylburgiana correxi. Ecce vetus Interpres: *quam forte habent utrique.* Igitur ſcriptum legit ἣν ἴσως ἑκάτεροι τυγχάνουσιν. Non inepte!

ἀνίσους ἁπλῶς] Aretinus *ſimpliciter praeferantur* vertit.

4. τῶν στάσεων εἰσίν·] Vulgo ſequitur ὅθεν στασιάζουσι ineptiſſime, cum tamen ſit manifeſtum, ad ſequentia membra, ὁτὲ μὲν γὰρ πρὸς τὴν πολιτείαν — ὁτὲ δὲ, οὐ πρὸς τὴν καθεστηκυῖαν, deeſſe verbum, ſine quo ſenſus manet imperfectus et obſcurus. Hinc factum eſſe puto, ut ſcriptura διχῶς, quam in uno tantum Codice et in vetere verſione reperit Victorius et vulgato antea δικαίως ſubſtituit, mutaretur; poſteaquam vero prava lectio invaluerat, (ea eſt in Camotiana aliisque, probata ab Aretino, Lambino et Giphanio, recte tamen repudiata a Sylburgio, Ramo, Heinſio, Conringio) non mirum plura etiam a librariis mutata fuiſſe verba, et interpretes pleroſque omnes a ſenſu loci aberraſſe. Scilicet καταστήσωσι dedit Iſingr. Sylburgius, Ramus, Heinſius, Conringius; noſtrum cum Victorio et Camotiana, Victoriana et Zuingeriana tuetur Caſaubonus. Aretinus diverſam lectionem Codicis ſui ſecutus verba ὅθεν στασιάζουσιν omiſit, deinceps iterum iſta πρὸς τὴν πολιτείαν, ὅπως, poſtea verbum μεταστήσωσι, denique vertit locum ita, quaſi εἰς additum legiſſet ante ὀλιγαρχίαν et δημοκρατίαν et πολιτείαν et ταύτας. Equidem verba ὅθεν στασιάζουσι ſuſtuli ex ſede antiqua, et poſterius verbum inſerui et ſuam in ſedem reſtitui poſt ὁτὲ μὲν γάρ. Ita fit ſententia perfecta et perſpicua, et verbum μεταστήσωσι ſuam obtinet poteſtatem. Denique ita demum apparet, ſcripturam δικαίως eſſe falſam, διχῶς autem veram.

Duo enim genera mutationum in universum ponit, quorum species plures commemorantur.

ἢ πρὸς — πολιτείαν,] Repete στασιάζουσιν: quod faciendum iterum post sequentia Ἔτι περὶ — ἧττον.

5. Λύσανδρον — Παυσανίαν] Lysander Agesilai contumeliis inductus fuit in id consilium, varie memoratum a Plutarcho et Cornelio Nepote in vita Lysandri. De Pausania rege satis constat; quod vero is tentaverat, postea Cleomenes perfecit.

6. εἰς δὲ τὴν ἡλιαίαν] Vetus versio Versoris: *in praetorio autem eorum necesse est*, sed Thomae exemplum: *Apud Aelienses autem in praetorio eorum necesse est.* Aretinus: *apud Elienses vero necessarium est illorum etiam qui versantur in republica dignitates vadere, cum creatur magistratus.* Victorius: *In Heliaeam autem necesse est accedere magistratus, qui sunt in republica, cum plebiscito creetur magistratus aliquis.* Lambinus: *Jam vero in maximum illum et frequentissimum judicum consessum, quem Heliaeam Athenienses nominant, necesse est, etiam nunc magistratus ex iis, qui in reipublicae administratione versantur, pervenire, cum aliquis judex in demortui locum suffragio sufficiendus est:* Ramus: *in Heliaeam vero si quis magistratus faciendus sit, necesse est, eos magistratus assumi, qui adhuc in republica versentur. Atque etiam archon, qui unus est in hac Atheniensi republica, ad Oligarchiam pertinet.* Giphanius in versione omisit, sed in annotatione, uti interpretes plerique omnes, de Atheniensi judicio, quod Ἡλιαίας nomine appellatum fuit, haec accepit; sed posteaquam praefatus erat haec: *Quae hic de Heliaea et archonte adferuntur, sunt obscura maxime, quo ea pertineant seu spectent:* — definit tandem in his: *Quare de toto hoc loco mea quidem sententia valde mendoso in his verbis εἰς δὲ τὴν ἡλιαίαν usque ad haec ἔστι δὲ ἧττον amplius quaerendum.* In Heinsiana Editione haec tanquam Giphanii versio ponitur: *Ad Heliaeam autem magistratus cum suffragio creantur, ex his etiam nunc creari necesse est, qui rempublicam administrat.* Solus Camerarius vidit et admonuit haec de Epidamniorum republica adhuc intelligi debere. Is corrigi voluit ἔτι ἐπεὶ εἰς

τῷ πολιτεύματι, interpretatus: *in praecipuum vero ac maximum conventum accedendi necessitas imponitur magistratibus, qui adhuc rempublicam gerunt, cum magistratus aliquis suffragiis creatur.* Victorius scilicet et cum eo Camotiana, Zuingeriana ἔτι τῶν ἐν τῷ πολιτεύματι dedit; Isingr. Sylburgiana et quae has sequuntur; Lambinus, Ramus, Heinsius, Conringius, ἔτι ἐν τῷ αὐτῷ. Scripturae tres omnes habent difficultatem grammaticam, quamvis sensus satis elucescat. Equidem ὅσας ἐν τῷ πολιτεύματι — τὰς ἀρχὰς malim. Interim Victorii et Camotianae scripturam exhibui tanquam verae propiorem. Schlosserus aliam tentavit interpretationem inductus in errorem ab Heinsiana paraphrasi hac: *Quemadmodum in curia suprema (Heliaea ei nomen est) id quod olim, cum adhuc in ea imperarent pauci, ibi obtinebat, etiam nunc observatur: hoc est ut suffragiis creentur, qui in ea judicant, ita quidem, ut in ea parte, a priori constitutione ne hoc quidem tempore recedant. Ut praetorem nunc omittam: nam is quoque magistratus in eadem civitate ex populari mansit statu, quemadmodum et huic formae convenit potissimum.* Voluit igitur Schlosserus scripturam Basileensem ἔτι τῷ αὐτῷ πολιτεύματι ita verti: *In Heliaeam autem oportet adhuc secundum pristinum morem omnes magistratus adesse, quando novus cooptandus est.* Verum πολίτευμα aliud significat, quam πολιτεία; et qui sunt ἐν τῷ πολιτεύματι, habent summam imperii potestatem; contra cives omnes sunt ἐν τῇ πολιτείᾳ vel μετέχουσι τῆς πολιτείας. Igitur lectio Basileensis nullo modo potest ferri. Superest, ut de Heliaea videamus. De Atticae civibus adscriptis vel potius judicibus eorumque officiis constat imprimis ex juramento servato apud Demosthenem contra Timocratem p. 747. unde patet, eos etiam magistratibus ex ordine et legibus creandis invigilasse. Idem igitur nomen vel officium fuisse necesse est conventui vel judicio alicui apud Epidamnios, aut vocabulum est vitiosum et mutandum in ἁλίαν, quo nomine inprimis doricae originis civitates conciones signabant. Verum suspicor Philosophum voluisse hoc vel simili nomine significare ipsam illam βουλὴν, ad quam transtulerunt Epidamnii potestatem ademtam

φυλάρχοις; apud quos fuiſſe videtur ſolos jus approbandorum magiſtratuum. De Epidamniorum republica noſter libro 2. cap. 7. haec tradit obiter: ἀλλ' εἴπερ δεῖ δημοσίους εἶναι τοὺς τὰ κοινὰ ἐργαζομένους (id eſt τοὺς τεχνίτας) δεῖ καθάπερ ἐν Ἐπιδάμνῳ τε καὶ ὡς Διόφαντός ποτε κατεσκεύαζεν Ἀθήνησι, τοῦτον ἔχειν τὸν τρόπον. Sed rem ipſam ignoramus, quam in exemplo poſitam tangit Philoſophus. Nam vix hac pertinet, quod habet Aelianus v. h. 5, 16. Ἐπιδάμνιοι ἐπιδημεῖν καὶ μετοικεῖν παρεῖχον τῷ βουλομένῳ. Deinde libri 3. cap. 11. ſect. 1. obiter memorat apud Epidamnios et Opuntios unum eſſe magiſtratum, cui belli gerendi et rei bellicae cura demandata ſit, quaſi στρατηγία ἀΐδιος. Infra hoc ipſo in libro eſt cap. 4. μετέβαλε δὲ καὶ ἐν Ἐπιδάμνῳ ἡ πολιτεία ἐκ γαμικῶν: ὑπομνηστευσάμενος γάρ τις θυγατέρα, ὡς ἐζημίωσεν αὐτὸν ὁ τοῦ ὑπομνηστευθέντος πατὴρ, ὥσπερ συμπαρέλαβε τοὺς ἐκτὸς τῆς πολιτείας, ὡς ἐπηρεασθείς. unde patet id, quod etiam ex hoc loco poterat colligi, formam reipublicae Epidamniorum fuiſſe oligarchicam. Sunt enim οἱ ἐκτὸς τῆς πολιτείας ii, qui ſaepius dicuntur οἱ ἐκτὸς τοῦ πολιτεύματος, qui ad magiſtratus non admittuntur gerendos; verum eam ipſam ob cauſam ex definitione ſua Philoſophus eos negat eſſe veros cives, et μετέχειν τῆς πολιτείας. Ideo nominavit τοὺς ἐκτὸς τῆς πολιτείας. Corinthiorum colonia fuit Epidamnus; non mirum igitur oligarchiam ibi fuiſſe, ut apud Corinthios. Thucydides 1, 24. de Epidamniis haec: στασιάσαντες δὲ ἐν ἀλλήλοις ἔτη πολλὰ, ὡς λέγεται — τὰ δὲ τελευταῖα πρὸ τοῦδε τοῦ πολέμου, ὁ δῆμος αὐτῶν ἐξεδίωξε τοὺς δυνατούς. Hinc ortum bellum Peloponneſiacum. Apparet etiam ex hoc Thucydidis loco oligarchiam fuiſſe Epidamni.

ὁ εἷς ἦν] Aretinus: *quod unus ſolus ad magiſtratum ſumebatur.* Victorio ἄρχων eſt *praetor.* An hic ſit is, quem rei bellicae curam geſſiſſe antea monui ex noſtro, an diverſus, incertum videtur mihi. Potius tamen diverſum cenſuerim, quia ἄρχων vocatur; στρατηγοῦ enim perpetuo id nomen convenire non videtur.

πανταχοῦ] Camotiana πάντων, unde Sylburgius πάντας efficiebat. Sequentia ita vertit Victorius ita vulgo ſcripta:

μὴν τοῖς ἀνίσοις non tamen inaequalibus adest quod proportione sit. Aretinus: *disparibus tamen non existit proportio:* Lambinus *est autem inaequalitas et cum inaequales quidem sunt cives, non tamen inaequalibus tribuitur id, quod proportione sit aequale, et cum aequalibus tribuuntur inaequalia. Regnum enim* etcet. Ramus *Omnes itaque seditiones oriuntur ob inaequalitatem, nisi disparibus pro merito suum cuique ac debitum tribuatur.* Is igitur scriptum videtur legisse aut voluisse *εἰ μὴ τοῖς ἀνίσοις.* Giphanius haec omisit, quanquam in Heinsiana haec sub Giphanii nomine legantur: *cum imparibus non tribuitur, quod proportione debetur.* Idem Heinsius in paraphrasi posuit. Sed ista sententia non inest verbis, nisi scribatur *ᾧ μὴ τοῖς ἀνίσοις ὑπάρχει ἀνάλογον.* Quam equidem emendandi rationem ut facillimam et commodissimam unice probo, donec aliunde lectio melior allata fuerit. Itaque non dubitavi eam vulgatae substituere.

ἀΐδιος γὰρ βασιλεία] Haec cum Camerario refero ad *ἄρχοντα τὸν ἕνα* Epidamniorum, qui cum rege perpetuo comparatur.

7. *ὑπερέχει*] Camerarius ait in libro quodam vetere legi haec ita: *ὑπερέχειν — τῶν δυοῖν — ἑνός· κατ' ἀξίαν δὲ λέγω ἴσον, ὑπερέχειν τὰ τέτταρα τῶν δυοῖν καὶ ταῦτα τοῦ ἑνός,* nulla quidem sententiae dissimilitudine. Deinde pro vulgato ante Victorium *ἡ μίση* reponit ex suo libro *ἡμίση.* Aretinus vertit: *numero quidem ceu multitudine ac magnitudine idem et aequum, dignitate autem dico id quod est secundum rationem, ceu tria excedunt duo secundum aequalem numerum et hoc in uno. Dico autem quatuor excedere duo et hoc in uno. Aequa enim pars duo ex quatuor, et unum duorum. Ambo enim medietates.* Facile apparet, quam is scripturam sui Codicis sit secutus. Camotiana postremum *τοῖν δυοῖν* mutavit in *τῶν δυῶν.* Ceterum geminam *ἰσότητα,* quam in republica Solon a se instituta legibus bene miscuerat, ipso nomine blandientem et fallentem introduxisse dicitur apud cives suos ita, ut pauperes arithmeticam, optimates alteram omnibus in rebus expectarent. Narrat Plutarchus Sol. c. 14. *λέγεται δὲ καὶ φωνή τις αὐτοῦ περιφερομένη πρότερον, εἰπόντος, ὡς τὸ ἴσον πόλεμον οὐ ποιεῖ. καὶ*

τοῖς

τοῖς μὲν κτηματικοῖς ἀρέσκει καὶ τοῖς ἀκτήμοσι, τῶν μὲν ἀξίᾳ καὶ ἀρετῇ, τῶν δὲ μέτρῳ καὶ ἀριθμῷ τὸ ἴσον ἔχειν προσδοκώντων. De eadem Isocrates in Areopag. c. 8. p. 222. Lang. Μέγιστον δ' αὐτοῖς συνεβάλετο πρὸς τὸ καλῶς οἰκεῖν τὴν πόλιν, ὅτι δυοῖν ἰσοτήτοιν νομιζομέναιν εἶναι, καὶ τῆς μὲν ταὐτὸν ἅπασιν ἀπονεμούσης τῆς δὲ πρὸς τὸ προσῆκον ἑκάστοις, οὐκ ἠγνόουν τούτων τὴν χρησιμωτέραν· ἀλλὰ τὴν μὲν τῶν αὐτῶν ἀξιοῦσαν τοὺς χρηστοὺς καὶ πονηροὺς ἀπεδοκίμαζον, ὡς οὐ δικαίαν οὖσαν, τὴν δὲ κατ' ἀξίαν ἕκαστον τιμῶσαν καὶ κολάζουσαν προῃροῦντο, καὶ διὰ ταύτης ᾤκουν τὴν πόλιν, οὐκ ἐξ ἁπάντων τὰς ἀρχὰς κληροῦντες, ἀλλὰ τοὺς βελτίστους καὶ τοὺς ἱκανωτάτους ἐφ' ἕκαστον τῶν ἔργων προκρίνοντες.

Ὁμολογοῦντες δὲ] Deinceps vulgo legitur ἁπλῶς εἶναι δίκαιον τὸ κατ' ἀξίαν, διαφέρονται. Ex Camotiana, Isingr. Sylburgiana adsciverunt τὸ Lambinus, Ramus et Conringius, omissum a Victorio et Zuingero, et comma sublatum post ἀξίαν inseruerunt post δίκαιον. Praeterea Heinsius τὸ μὲν scribi jussit: ipse in paraphrasi posuit: *Jam cum omnes fateantur arithmeticum jus sive aequalitatem esse justam, non de ista, sed de geometrica, quod ante dictum est, contendunt.* Lambinus *cum inter eos autem conveniat de eo, quod justum est simpliciter, de eo quod justum est proportione, dissident.* Ramus praeeunte Aretino: *tametsi enim confitentur et existimant id quod secundum dignitatem est omnino justum esse, dissentiunt tamen, quemadmodum dictum prius est.* Hic quidem aperte falsus lectorem etiam fallit. Ita tamen etiam Giphanius. Victorius obscure tantum vertit. Camerarius tacet. Conringius cum Lambino et Heinsio sentit, uti par erat, sed emendatio ab eo proposita non satisfacit. Deleri enim jussit verbum εἶναι. Equidem scribendum censeo ὁμολογοῦντες δὲ ἁπλῶς τὸ ἴσον εἶναι δίκαιον, ἐν τῷ κατ' ἀξίαν διαφέρονται.

8. εὐγένεια γὰρ] Aretinus: *nobilitatem enim ac virtutem in verbis quidem omnes fere usurpant, at enim qui revera nobiles ac boni sunt, nusquam centum reperiuntur: divites autem multis in locis.* Scilicet in extremo Camotiana etiam εὔποροι habet pro ἄποροι. Reliquam varietatem miror, unde oriri potuerit. Pro vitioso ταῦτα δ' ἐν πλείοσιν videtur scri-

ptum legisse λόγῳ μὲν ἐν πλείοσιν, ἔργῳ δὲ (vel τῷ ὄντι δὲ) εὐγενεῖς καὶ ἀγαθοὶ οὐδαμοῦ ἑκατόν, εὔποροι δὲ πολλαχοῦ. Lambinus vulgatum ταῦτα δ' ἐν πλείοσιν recte correxit τἀναντία scribens, quem secutus Ramus *inopia* posuit. Deinceps Lambinus ἀπόροις in versione addidit *improbos*. Giphanius ταῦτα interpretatus paupertatem et divitias, verba εὐγενεῖς γὰρ — πολλαχοῦ non necessaria esse censuit, ut quibus explicetur tantum ratio his verbis εὐγένεια γὰρ comprehensa, neque tamen satis plene.

9. ἡ ἐκ τῶν μέσων πολιτεία] Giphanius monet esse eam, quam deinceps dicet proprie πολιτείαν.

Ad Caput II.

εἰσὶ δὲ — τρεῖς — ἃς] Giphanius ad h. l. ita: Locus hic de mendo valde mihi est suspectus, propterea quod principia seu causae motuum tres numero hic statuuntur, quas constat multo esse plures. Quare malim haec in neutro genere scribi τρία — ἃ — αὐτά. Nam tria quaedam esse ait Aretinus quae in hac disputatione de rerum publicarum motibus diligenter sint consideranda. Primum, quemadmodum sint affecti hi, qui seditiones et motus in republica movent et tumultuantur: alterum, quarum rerum causa seditiones moveant vel consequendarum vel evitandarum: tertium, quae causae et principia sint motuum seu seditionum. Vulgata scriptura ultimum tantum caput ex his tribus complectitur, de causis, inquam, et principiis motuum. Nam his verbis τὰς ἀρχὰς καὶ τὰς αἰτίας αὐτῶν tertium illud indicari et intelligi, perspicue intelligitur, cum ex his verbis καὶ τρίτον τίνες ἀρχαί, tum ex iis, quae paulo inferius: αἱ δ' αἰτίαι καὶ ἀρχαί. Haec igitur Aristotelis videtur esse sententia, quia de rerumpublicarum mutationibus jam quaeritur, primum de causis et principiis eorum esse videndum. Verum ante omnia tria quaedam capita sunt constituenda: quae profecto tria capita maximi sunt momenti, et in quibus omnis haec de motibus posita est quaestio. Quare et ipsa

omnia, non tertium tantum, communiter et universe causae quoque et initia motuum seu mutationum dici possunt, ut ne quid temere mutemus."

3. περὶ τῶν λεχθέντων] Aretinus *et pro his de quibus diximus — sunt ut septem, sunt etiam ut plura.* Formulam ἔστιν ὡς Victorius vertit: *contingit ut sint.*

δι' ἐριθείαν] Aretinus et Sepulveda *verecundiam*, Victorius *coitionem humilium*, Lambinus *mercenarium vitae tolerandae genus:* Ramus *contentionem*, Giphanius *vile vitae genus:* Idem monet verba ἄλλον τρόπον significare, *absque tumultu et seditione.* Vocabulum ἐριθεία in annotatione ait signare proprie munus textoris, sed latius patere et accommodari ad omnes sordidas opificum artes. ὀλιγωρία *valet*, inquit, *idem, ut ita dicam, quod parvi factio.* Camerarius ἐριθείαν interpretatur altercationem, rixas, certamina, ὀλιγωρίαν neglectum. De ἐριθεία dixi copiose in Lexico.

3. ἢ εἰς ἢ πλείους ἢ κατὰ τὴν πόλιν] Solus Giphanius aberravit vertens: *ubi quis opibus praestet amplius quam unus aut plures, aut quam reipublica sive civitas et opes reipublicae ferant.*

5. ὅπως μὴ ἐνίσονται] *Quae scriptura vera est.* Ita ad h. l. Camerarius; unde suspicor alibi aliter scriptum legi.

Ῥόδῳ] Res eadem videtur narrari infra cap. 4, 2. unde lux aliqua huic loco affulget. Vide dicenda ad eum locum et ad sect. 7. hujus capitis.

6. Θήβαις — Οἰνοφύτοις] Pugna haec duce Myronide Atheniensium accidit Olympiadis 80 anno 4. Cf. Diodori 11, c. 83. Locum eundem nominavit Thucydides 1, 108.

ἡττηθέντων] Aretinus *cum per — separati sunt.* De Megarensibus eorumque tyranno Theagene infra fiet mentio. Post Theagenem ejectum Megarenses paulum temporis σωφρονήσαντες coeperunt ὑβρίζειν teste Plutarcho Quaest. Gr. p. 183, ed. Reiskii. De Boeotis et Megarensibus Thucydides 5, 31. sub Olympiade 89, 3. haec tradit: Βοιωτοὶ δὲ καὶ Μεγαρεῖς ἡσύχαζον περιορώμενοι ὑπὸ τῶν Λακεδαιμονίων καὶ νομίζοντες σφίσι τὴν Ἀργείων δημοκρατίαν αὐτοῖς ὀλιγαρχουμένοις ἧσσον ξύμφορον εἶναι τῆς Λακεδαιμονίων πολιτείας.

Γέλωνος] Cum Geomori a plebe ejecti Gelonis opem imploraſſent. Compara Herodoti 8, 155.

ὥσπερ ἐν Ῥόδῳ συνέστησαν — δίκας] Sine dubio rem eandem narrat infra c. 4. ſ. 2. additis quibusdam, unde cauſam diſcidii clarius agnoſcere licet. Verum dubitari poteſt, an de eadem mutatione ſit accipiendus locus alter in hoc ipſo capite ſect. 5. ubi eſt: καὶ ἐν Ῥόδῳ ὁ δῆμος πρὸ τῆς ἐπαναστάσεως. quae Victorius vertit: *et in Rhodo populus, antequam ſedibus pelleretur.* Giphanius *ante conjurationem aut defectionem.* Heinſius *et in Rhodo ſtatus popularis, antequam ex Alcibiadis conſilio, qui exul bellum inferebat patriae, a foedere Attico deficerent, interiit.* Quod attinet ad verba, rectius ſane Giphanius *conjurationem aut defectionem* quam Victorius interpretatus eſt. Hic enim ἀνάστασιν et ἀναστάτας ποιῆσαι cogitaverat; quae diverſae ſunt ſignificationis. Conjurationem ſeu defectionem ipſam Heinſius cum Sepulveda retulit ad annum 1. Olympiadis 92. quo anno factam narrat Thucydides 8, c. 40. Verum Rhodii a Lacedaemoniis oppreſſi deſciverunt tum a partibus Athenienſium, nec id factum δι' ἀταξίαν καὶ ἀναρχίαν, quam memoravit Ariſtoteles. Defecit iterum Rhodus cum reliquis inſulis praeter Samum Olympiade 93. cum Athenienſes a Lacedaemoniis victi fuiſſent ad Aegospotamos. Certamen optimatium, qui Lacedaemoniis favebant, cum plebejis, qui Athenienſibus, renovatum anno 1. Olympiadis 96. et anno 2. Olympiadis 97. Diodorus 14, c. 79 et 97. cum quo facit Xenophon Hellenicor. 4, 8, 20. Quartam defectionem memorant hiſtorici, quam bellum ſociale ſecutum eſt, finitum anno 1. Olympiadis 106. Rhodios non ſolum injuria a Charete Athenienſium duce facta irritaverat, ſed Mauſolus etiam rex Cariae contra Athenienſes incitaverat. Eosdem poſtea bello accenſo auxiliis juverat una cum Chiis, Cois, et Byzantiis. Poſt bellum compoſitum ſociale optimates Rhodiorum, ab Artemiſia, Mauſoli regis, tum mortui, ſorore et uxore, incitati atque adjuti plebem adorti rerumque ſumma potiti praeſidium Artemiſiae arci Rhodiorum receptum impoſuerunt, narrante Demoſthene de Rhodiorum libertate p. 194. ed. Reiskii. Plebs autem Rhodiorum ab

optimatibus oppreſſa auxilium Athenienſium imploravit, idque ut petentibus darent oratione antea memorata Demoſthenes Athenienſibus perſuadere conatus eſt.

Hanc poſtremam defectionem arripuit Gallicus interpres et verba graeca cum vertiſſet ita: *A Rhodes, elle (la démocratie) n'exiſta plus à l'époque de la rupture de l'alliance:* hanc annotationem adjicit: *Tant que la démocratie y ſubſiſta, la conformité des gouvernemens unit étroitement Rhodes et Athènes. Mais les démagogues ſe livrèrent aux plus violens excès contre les riches. Il y avoit une contribution établie pour payer les matelots. Les démagogues mirent la main ſur le produit de l'impôt, et en firent des largeſſes au peuple. Les capitaines des galères demandèrent avec inſtance le prêt qui étoit dû aux équipages. Comme l'argent étoit dépenſé, les meneurs prirent le parti d'invectiver contre les commandans de marine. Ils leurs demandèrent des comptes, et les traitèrent devant les tribunaux. Ceux-ci au déſespoir, ſe firent ſoutenir par la célèbre Artémiſe, reine de Carie, qui avoit épouſé Mauſole ſon frère. Ils ſe rendirent les maîtres, et détruiſirent le gouvernement populaire. Mais, dit Théopompe, cité par Athénée, les nouveaux gouvernans ne ſe conduiſirent pas mieux. Hégéſiloque, le chef du parti oligarchique et ſes amis, pouſſèrent l'impudence, jusqu'à jouer au dés les plus belles femmes de la ville. — Le nouveau gouvernement commença par rompre les traités avec les Athéniens, et leur fit même la guerre. A la fin, le peuple indigné, ſecoua ſes chaines avec le ſecours des Athéniens. Demoſthène parla en leur faveur, et pria le peuple d'oublier les torts des Rhodiens, qui étoient ceux de leurs oppreſſeurs.* Verum haec praeter fidem hiſtoriae narrantur. Rhodii enim antea defecerant, et pace, quae bellum ſociale ſecuta eſt, Rhodiorum libertas firmata fuit. Poſtea demum optimates ab Artemiſia adjuti, imperium populare ſuſtulerunt; plebs autem Athenienſium auxilium imploravit. Haec igitur non poteſt eſſe atque intelligi ἐπανάστασις, quae ſublatum imperium populare ſecuta eſſe dicitur. Atque omnino ἐπανάστασιν male *defectionem* hic intelligi et verti puto, cum foederis aut ſocietatis cum Athenienſibus mentio nulla

praeceſſerit. Igitur malim vocabulum graecum interpretari conjurationem plebis contra optimates factam. Praeſtat tamen fateri, rem ipſam nos plane ignorare, et dubium eſſe, tribus his in locis eandem an aliam mutationem reipublicae Rhodiorum intelligi Philoſophus voluerit. Dubitari poteſt etiam an hanc poſtremam mutationem reſpexerit Theopompus libro decimo et ſexto hiſtoriarum apud Athenaeum libri 10, p. 444. (129 Schw.) ubi Hegeſilochus dicitur τὴν ὀλιγαρχίαν καταστήσασθαι μετὰ τῶν φίλων, et paulo poſt ὁ προστατεῖν τῆς πόλεως ἀξιῶν. Nulla enim temporis nota addita legitur. Obiter hic memorandum puto bellum inter Rhodios et Artemiſiam geſtum, quod Vitruvius 2, 8, 14. narrat, *cum Rhodii indignantes mulierem imperare civitatibus Cariae totius, armata claſſe profecti ſunt, ut id regnum occuparent.* Quae narratio pertinet ad annum 4 Olympiadis 96 vel 1 et 2 Olympiadis 97. Hoc enim poſtremo mortua eſt Artemiſia; regnavit autem omnino per annos duos. Oratio Demoſthenis de Rhodiorum libertate vindicanda dicta fuit anno 2 Olympiadis 97 quo plebs oppreſſa Athenienſium auxilium imploraverat. Artemiſia autem optimates contra plebem adjuvaſſe dicitur ab Ulpiano ad Demoſthenem; dubitat vero Demoſthenes, an ſi plebem Athenienſes tueri ſuſcepiſſent, Artemiſia optimatibus ſuccurrere dignatura ſit. Haec omnia quomodo cum narratione Vitruviana conciliem, equidem non reperio, niſi dicamus, plebem ab Athenienſibus adjutam ſuperaſſe optimates, et deinceps ipſam Artemiſiam fuiſſe aggreſſam.

8. Τάραντι — Ἰαπύγων — Μηδικῶν] Caedes haec et pugna accidit Olympiadis 76, 4. teſte Diodoro 11, 52. et Herodoto 7, 170. Pugna vero Salaminia Olympiadis 75. anno 1.

ἐν τῇ Ἑβδόμῃ) De pugna ipſa tradit Herodotus 6, 80. Pauſanias 2, 20. et Plutarchus de virtutibus Mulierum p. 270. ed. Hutten. Plutarchus rationem τῆς Ἑβδόμης his verbis aperit τὴν δὲ μάχην οἱ μὲν ἑβδόμῃ λέγουσιν ἱσταμένου μηνὸς οἱ δὲ νεομηνίᾳ γενέσθαι τοῦ νῦν μὲν τετάρτου πάλαι δὲ Ἑρμαίου παρ' Ἀργείοις, καθ' ἣν μέχρι νῦν τὰ ὑβριστικὰ τελοῦσι.

τῶν περιοίκων] Plutarchus l. c. ἐπανορθούμενοι δὲ τὴν ὀλιγανδρίαν οὐχ, ὡς Ἡρόδοτος ἱστορεῖ, τοῖς δούλοις ἀλλὰ τῶν περιοίκων ποιησάμενοι πολίτας τοὺς ἀρίστους, συνῴκισαν τὰς γυναῖκας. Reprehensio Herodoti non satis justa videtur in Plutarcho esse. Vidimus enim supra περιοίκους fere servorum in loco fuisse apud multos Graecorum. Vetus interpres *vernaculorum aliquos* vertit.

ἐκ καταλόγου] Apud Xenophontem Memorab. 3, 4, 1. queritur Nicomachides hoc ipso tempore, de quo loquitur Philosophus: ἐμὲ μὲν οὐχ εἵλοντο στρατηγόν, ὃς ἐκ καταλόγου στρατευόμενος κατατέτριμμαι καὶ λοχαγῶν καὶ ταξιαρχῶν καὶ τραύματα ὑπὸ τῶν πολεμίων τοσαῦτα ἔχων. Thucydidis 6, 31. τὸ δὲ πεζὸν καταλόγοις χρηστοῖς ἐκκριθέν. Scholia interpretantur ἀκριβέσιν ἀληθέσι, βεβασανισμένοις δοκιμασθὲν καὶ προκριθέν. Idem 8, 24. εἶχον δὲ ἐπιβάτας τῶν ὁπλιτῶν ἐκ καταλόγου ἀναγκαστούς. Hic κατάλογος seu delectus pertinebat proprie ad pedites vel ὁπλίτας, non ad equites; et qui ad militiam vocabantur ex catalogo, opponuntur voluntariis militibus. Fraudes in delectu factas obiter memorat Aristophanes Equitum versu 1369. Vetus Interpres vertit ἐκ κατ. *supputati*, vel ut Versor habet *suspicati*.

τῶν ἀπόρων γινομένων] Camot. et reliquae Edd. εὐπόρων, quod vertit Aretinus, Lambinus, Giphanius. ἀπόρων ex vetere versione propter sequens οὐ praetulit Victorius. Hoc probavit etiam Conringius, ita tamen, ut οὐσιῶν mutetur in ὀλίγων; alioquin rationem non apparere, qui fieri possit, ut ex democratia existat oligarchia. Sed ita scriptum oportuit καὶ τῶν ὀλίγων vel potius sine articulo καὶ ὀλίγων αὐξανομένων. Equidem vulgatum εὐπόρων praeferrem cum Schlossero, modo καὶ τῶν οὐσιῶν scribatur.

9. ἐριθείας — ἐριθευομένους] Aretinus cum vetere Interprete *verecundiam — quod electiones eorum in homines turpes et pudendos cadebant.* Victorius *coitiones tenuium civium — deligebant enim humiles.* Camerarius *rixarum et contentionum certamina — verbis et altercando dimicantes de honoribus.* Lambinus: *mercenarias operas — homines operis mercenariis vitam tolerantes.* Ramus *contentionem — ambitiosos et con-*

tentioſos. Giphanius *vile vitae genus — viles homines.* H. Stephanus in Theſauro Gr. L. annotato interpretum veterum errore malebat Gallorum *brigues* ἐριθείας, et *briguer* ἐριθεύεσθαι interpretari. Poſtremum vetus Interpres *verecundiam pati* vertit. — Heraea fuit Arcadiae civitas.

...ρεῷ] Victorius ὠρεῷ dedit. Civitas fuit Euboeae. Deinceps verba πολιτείαν καὶ omiſit Aretinus, haud ſcio an rectius. Hiſtoriam ignoramus aliunde.

διὰ τὸ παρὰ μικρὸν] Ridicule Aretinus *propter puſillanimitatem*, deinceps τῶν νομίμων *reipublicae* vertit. Vetus Interpres *propter illud quod penes parvum.* Formulam eandem Victorius comparavit ex libro 2. phyſicae ἀκροάσεως. Plutarchus Cleomenis c. 27. τῷ παρὰ μικρὸν ἡ τὰ μεγάλα τῶν πραγμάτων κρίνουσα τύχη.

οὐθενὸς ἦρχον] Victorius *imperium habebant homines nullius cenſus:* Ita etiam ceteri interpretes, niſi quod Camerarius in annotatione poſuit: *ut tandem ex nullo cenſu ad honores perveniretur.* Aretinus ita: *Apud Ambraciotas a parvo cenſu prius erant magiſtratus, tandem vero a nullo, quaſi nihil aut prope foret inter parum et nihil.* Unde fit manifeſtum vel Aretinum ἀπ' οὐθενὸς ſcriptum legiſſe, vel ita certe ſcribendum eſſe, ut ſenſus et ſtructura verborum conſtet. Sequens ἔγγυον dedit dum Victorio Zuingerus, ceteri ἔγγιον. Dicitur etiam ἔγγιστα forma contracta, contra ἐγγυτέρω, ἐγγυτάτω protracta. Alteram Stephanus non annotavit. Sed ecce vetus Interpres *tanquam propinquum ſit aut nihil differens.* Igitur is ſcriptum non ἔγγυον ᾖ ſed rectius ἐγγὺς ὂν ᾖ reperit, quod ſtatim recepi.

10. Στασιωτικὸν] Victorio *pronum ad ſeditiones:* Ita etiam ceteri interpretes. Proprie eſt *factiones parit.*

συνοίκους — ἢ ἐποίκους] Hi ἔποικοι dicuntur etiam ἐπήλυδες, unde diſcrimen eſt ſatis manifeſtum. Deinceps συνῴκισαν Camot. dat, quod expreſſit verſio Victorii, et praetulit Caſaubonus. De re compara Weſſelingium ad Diodori 12, 9 et 11, p. 483. et Heynii Opuſcula II, p. 27. ἄγος vetus Interpres *odium* vertit.

τοῖς συνοικήσασι] Repete ἐστασίασαν. De Byzantiis et Antiffaeis Lesbi infulae aliunde nihil conftat. De Zanclaeis et Samiis narrat Herodotus 6, 23. feqq. Verbum φωραθέντες vetus Interpres *depraedati* vertit.

11. Ἀπολλωνιάται] Horum hiftoriam ignoramus. De μισθοφόροις Syracufiorum narrat Diodorus 11, 73. fub Olympiadis 78, anno 2. De Amphipolitis Thucydides 4, 102. narrat fimilem quidem proditionem, ubi Chalcidenfium item fit mentio, fed diverfam Ariftoteles memorare videtur feditionem, uti cenfuit etiam Camerarius. Infra c. 5, f. 6. memoratur Cleotimus dux Chalcidenfium ἐποίκων auctor feditionis inter optimates Amphipolitas et colonos. Oligarchicum civitatis ftatum inde etiam difcimus.

12. ἔχῃ τι χώρα] Sylburgio vulgatum ἔχει corrigenti nemo paruit hucusque.

οἱ ἐπὶ Χύτρῳ] Strabo χύτριον vocat, Ephorus apud Stephanum Byz. οἱ δ' ἐκ Κλαζομενῶν κατῴκησαν τῆς ἠπείρου τὸ χυτὸν καλούμενον De Clazomenis ex continente in infulam translatis dixi ad Xenophontis Hellenica 5, 1, 31. et in Addendis p. 106. ubi tamen hujus loci tum non recordabar.

Νοτιεῖς] Notium ad mare magis fitum Colophoniorum imperio paruit. Cf. Thucydides 3, 34. Poft δημοτικοὶ vetus Interpres εἰσὶ repetit, et Πειραιᾶ more fuo *fuburbium* vertit.

καὶ ἄττα — εἰρημένη] Verba ἄττα δὲ omifit Aretinus.

Ad Caput III.

περὶ ἐρωτικὴν αἰτίαν] Rem eandem narrat copiofius Plutarchus in Praeceptis reipublicae gerendae p. 281. ed. Reiskii, p. 201. Hutten. Verba ἑταῖρος ὤν τις vetus Interpres vertit *leno quidam exiftens*, et verbum ὑπεποιήσατο *finxit*. Deinceps διέπειρ' ἀρχομένας vertit idem.

2. τὰ ἐν τοῖς ἄλλοις] Vulgatum τὰς cum Camerario correxi, ut ἁμαρτήματα intelligantur, nifi ἁμαρτίας malis ad τὰς intelligere. Aretinus vertit *correfpondens eft ad alias partes.* Vetus Interpres *ad ea quae.* De fenfu vide Addenda.

συναπολαύειν] Vetus Interpres συναπολαβεῖν ſcriptum vertit, *coaſſumere*. Deinceps Camotiana μετὰ τὰ δημοτικὰ habet, quod Aretinus vertit *poſt popularem ſtatum*. Quod vitium praeter Victorium Camerarius ex ſuo libro correxit. *Poſt medica* habet vetus Interpres. Intelligitur bellum cum Perſis et Xerxe geſtum.

τῆς τῶν πατρῴων] Camot. τῶν omiſit. Sequens ἀποφαίνοντος Aretinus cum vetere Interprete vertit *proferente*. Malim *edente*.

τὸν θησαυρὸν, ὃν εὗρε] Theſaurum vel a Perſis fugientibus defoſſum et reconditum, qualem Callias ὁ λακκόπλουτος inde dictus in puteo vel ciſterna defoſſum reperiſſe narratur a Plutarcho in Ariſtide, Suida, Heſychio et Photio, vel ab Athenienſibus in Euboeam, cujus oppidum erat Hiſtiaea, deponentibus conjuges cum liberis et opibus, cum de patria timerent.

3. ἐκ κηδείας] Aretinus *ex favore partium*. Vetus Interpres *e cura:* Victorius *e nuptiis:* Lambinus cum Giphanio *ex affinitate*, Ramus *propinquitatis cauſſa*. Deinceps Camot. θύοντες, quod ex ſuo libro correxit Camerarius, uti fecit Victorius.

οἱ δὲ ὡς ὑβρισθέντες] Intellige parentes ſponſae, quos brevitatis nimis ſtudioſus non nominavit Ariſtoteles. Rem ipſam copioſius narrat Plutarchus in Praeceptis politicis p. 288. ed Reiskii, p. 200. Hutten. unde verba οἰωνισάμενός τι σύμπτωμα interpretaberis: Ibi enim eſt: τοῦ κρατῆρος αὐτομάτως ἐπὶ ταῖς σπονδαῖς μέσου ῥαγέντος, οἰωνισάμενος καὶ καταλιπὼν τὴν νύμφην ἀπῆλθε μετὰ τοῦ πατρός. ὁ δὲ Κράτης ὀλίγον ὕστερον θύουσιν αὐτοῖς ὑποβαλὼν χρυσίον τι τῶν ἱερῶν κατεκρήμνισε τὸν Ὀργίλαον καὶ τὸν ἀδελφὸν ἀκρίτους.

ἐνέβαλον] Victorius vertit *ipſi in loculos pecuniam ſacram injecerunt*. Ita etiam Ramus. Aretinus *ſacrorum quiddam eo ſacrificante injecerunt*. Lambinus *res quasdam ſacras in eum locum, ubi ſacrificabat, occulte conjecerunt*. Giphanius demum annotato Plutarchi loco recte vertit: *rem divinam eo faciente occulte ſubjecerunt de rebus ſacris aliquam:* Intellige εἰς τὰ κανᾶ. Aelianus v. h. 11, 5. ex alio fonte excer-

ptam hiftoriam breviter ita narravit: Ἔθυόν τινες ἐν Δελφοῖς· τούτοις ἐπιβουλεύοντες Δελφοὶ εἰς τὰ κανᾶ, ἔνθα ἦν αὐτοῖς ὅτι λιβανωτὸς καὶ τὰ πόπανα, ἐνέβαλον τῶν ἱερῶν χρημάτων λάθρα· λαβόντες οὖν αὐτοὺς ὡς θεοσύλους ἀπήγαγον ἐπὶ τὴν πέτραν καὶ κατεκρήμνισαν κατὰ τὸν Δελφικὸν νόμον. Eadem fraude Aefopum a Delphiis interfectum narrant.

ἐξ ἐπικλήρων] Inepte Aretinus: *ex hereditate coorta seditio.* Victorius recte: *e virginibus paternorum bonorum heredibus.* Thucydides 3, 2. ubi narrat bellum a Pachete geftum et Mitylenen captam, originem referens obiter haec pofuit: καὶ αὐτῶν Μιτυληναίων ἰδίᾳ ἄνδρες κατὰ στάσιν πρόξενοι Ἀθηναίων μηνυταὶ γίγνονται τοῖς Ἀθηναίοις. In Agathiae Epigrammate Analectorum III. p. 64. narratur Pachetem in amorem incidiffe duarum Mitylenaearum mulierum, Lamaxidis et Hellanidis, quarum maritos cum occidiffet, eas fecum abduxit, deinde ipfe ab iis occifus. Forte hae funt illae ipfae duae ἐπίκληροι virgines, de quibus nofter narrat. Pro εὐπόρων vetus Interpres *egenorum* vertit.

περιωθισθεὶς] Victorius περιωρισθεὶς edidit *rejectus* vertens, Camotiana περιορισθεὶς, Ifingr. Sylb. et quae hinc fluxerunt Editiones noftrum habent. Vetus Interpres *coartatus.* Infra etiam eft γίνονται δὲ στάσεις καὶ ἐκ τοῦ περιωθεῖσθαι ἑτέρους ὑφ' ἑτέρων τῶν ἐν τῇ ὀλιγαρχίᾳ αὐτῶν καὶ καταστασιάζεσθαι κατὰ γάμους ἢ δίκας. ubi *excludere* Aretinus, *extrudere* vertit Victorius. Fuiffe qui h. l. περιορισθεὶς interpretarentur *in exilium ejectus* video ex H. Stephani Thefauro in h. v. Aretinus bene *quod cum affequi non potuiffet.* Περιωθεῖσθαι ex Thucydide 3, 67. annotavit idem Stephanus eodem fere fenfu poni, pro repulfam ferre, non impetrare rem petitam: καὶ μὴ τοῖς τῶνδε λόγοις περιωσθῶμεν ἐν ὑμῖν. Scholion interpretatur ἀπωσθῶμεν. Ceterum Doxandri Mitylenaei nomen reftituendum puto Plutarcho in Amator. Narrat. p. 71. ubi Corinthius Δέξανδρος nominatur.

4. ἐν Φωκεῦσιν] Aretinus *apud Ferentes* vertit. Mire! ἐπικλήρου Victorius *ex orba virgine.* Mnafeam Mnefonis patrem, curatorem impuberis Phalaeci, filii Onomarchi relictum a Phayllo nominat Diodorus 16, 38. Sed iidem vix

eſſe poſſunt, quos Ariſtoteles nominat. Initia belli aliter narrat Diodorus 16, 23.

ὑπομνηστευσάμενος] *deſpondere* Aretinus, Victorius et reliqui vertunt. Sequens ἐπηρεασθεὶς cum Aretino Victorius *deſpectus*, Lambinus *injuria et contumelia affectus*, Ramus *violatus*, Giphanius *injuria affectus*. Vetus Interpres *deluſus*.

τὰς ἐκτὸς τῆς πολιτείας] *expertes reipublicae* Victorius, rectius Lambinus *qui reipublicae adminiſtratione excluſi erant*. Aretinus *omnes qui praeſenti civitatis ſtatu infenſi erant*.

5. συντονωτέραν] *contentiorem* Victorius, *ſeveriorem reipublicae gubernandae formam* Aretinus: *acriorem et contentiorem*, Ramus *ad majorem ſeveritatem traducere*, Giphanius *intendiſſe rempublicam* inepte! Auctoritatem Areopagi facto iſto auctam in ſtatu fere ariſtocratico civitatis Pericles deinde omni modo minuere conatus eſt, opera Ephialtis demagogi uſus, ut rempublicam ad democratiae formam redigeret. De quo dictum ſupra ad Librum 2. Areopagi factum narrat Plutarchus Solonis c. 10. οὐκ ὄντων δὲ δημοσίων χρημάτων τοῖς Ἀθηναίοις Ἀριστοτέλης φησὶ τὴν ἐξ Ἀρειοπάγου βουλὴν πορίσασαν ἑκάστῳ τῶν στρατευομένων ὀκτὼ δραχμὰς, αἰτιωτάτην γενέσθαι τοῦ πληρωθῆναι τὰς τριήρεις. Areopagum ipſum Solon feciſſe ἐπίσκοπον πάντων καὶ φύλακα τῶν νόμων dicitur a Plutarcho Solonis c. 19. Iſocrates in Areopagitico c. 14, p. 227. Lang: ἐπέστησαν ἐπιμελεῖσθαι τῆς εὐκοσμίας.

ναυτικὸς ὄχλος] Eadem obſervatio eſt ſupra Libro 2. ubi de Areopagi auctoritate a Pericle imminuta.

καταλύειν τὸν δῆμον] Idem narrat Thucydides 5, 76. Plutarchus Alcibiadis c. 15. Diodorus 12, 80. Pauſanias 2, 20.

6. Συρακούσαις] Diodorus 13, p. 568. ed. Weſſel. Dioclem nominat auctorem mutatae reipublicae. De Phoxo aliunde non conſtat.

Περίανδρον — τύραννον] Cauſam infra narrabit: διὰ τὸ συμπίνοντα μετὰ τῶν παιδικῶν ἐρωτῆσαι αὐτὸν, εἰ ἤδη ἐξ αὐτοῦ κύει. Plutarchus in Amatorio p. 60. Hutten. p. 79. Reiskii, Περίανδρος δὲ ὁ Ἀμβρακιωτῶν τύραννος ἤρετο τὸν ἐρώμενον, εἰ μήπω κύει, κἀκεῖνος παροξυνθεὶς ἀπέκτεινεν αὐτόν. Ceterum huc pertinet locus Diogenis Laertii I, 98. Σωτίων δὲ καὶ Ἡρα-

κλείδης καὶ Παμφίλη ἐν τῷ πέμπτῳ — δύο φασὶ Περιάνδρους γεγονέναι, τὸν μὲν τύραννον, τὸν δὲ σοφὸν καὶ Ἀμπρακιώτην. Τοῦτο καὶ Νεάνθης φησὶν ὁ Κυζικηνὸς ἀνεψιοὺς τε εἶναι ἀλλήλους· καὶ Ἀριστοτέλης μὲν τὸν Κορίνθιόν φησιν εἶναι τὸν σοφόν. Quod ex Neanthe narrat ἀνεψιοὺς fuiſſe utrumque Periandrum, id eſt fratrum vel ſororum filios, poteſt confirmari ex Strabone 7, p. 459. Sieb: qui narrat a Tolgo Cypſeli filio coloniam in Ambraciam deductam fuiſſe. Clarius Antoninus Liberalis ex Athanadae Ἀμβρακικοῖς narrat c. 4. Τόργον τὸν ἀδελφὸν Κυψέλου κατὰ τοὺς αὐτοῦ χρησμοὺς λαὸν ἔποικον ἀγαγεῖν εἰς Ἀμβρακίαν ἐκ Κορίνθου. Strabo 10, p. 452. Κορίνθιοι πεμφθέντες ὑπὸ Κυψέλου καὶ Γοργάσου μέχρι τοῦ Ἀμβρακικοῦ κόλπου προῆλθον καὶ ἥτε Ἀμβρακία συνῳκίσθη· ubi Gargaſum vides nominari. Eundem Plutarchus Γοργίαν, Periandri Corinthiorum tyranni fratrem, appellare videtur in Convivio Sap: p. 42. ed. Hutten. uti cenſuit etiam Gallicus interpres ejus libri, *Dutheil*, in annotatione p. 302. laudans Scymni Chii verſum 452.

7. μένειν ἐπὶ τῶν ἴσων] Aretinus: *par habere cum ceteris non acquieſcunt.* Videtur igitur μετέχειν ἔτι τῶν ἴσων ſcriptum legiſſe.

πρὸς τὸ φανερῶς κρεῖττον] Aretinus: *ut ad illam quae praedominabatur proxime accedat.* Comma colloca poſt φανερῶν, poſt κρεῖττον tolle.

πρὸς πολλοὺς] Aretinus *alii vero permulti* vertens diverſam Codicis ſcripturam ſecutus videtur.

8. τετρακοσίων] Compara Thucydidem 8, 47 et 48. Verſio vetus Thomae *in trecentis*, Verſoris *in Cretenſibus* habet.

Ad Caput IV.

ἀσέλγειαν] Aretinus vertit *perfidiam*, Victorius cum Ramo *improbitatem*, cum Giphanio Lambinus *petulantiam, impudentiam* vetus Interpres. Sequens συστρέψασι Aretinus et Giphanius: *conſpirare ſimul compellunt:* Victorius *coire ſocietatem cogunt ad ſe defendendos:* Lambinus *coire et conſpirare cogunt:* Ramus *ad coitionem inter ſe et conjurationem faciendam impellunt:* Victorius comparavit locum Nympho-

dori ex libro 13. βαρβαρικῶν νομίμων apud Schol. Sophoclis ad Oedip. Colon. versum 337. ubi est de Sesostride Aegyptios omni modo effeminante: ὅπως μὴ συστραφέντες ἐπ' ἰσομοιρίαν ὁρμήσωσι. — Ceterum postremum ἔτω omisit vetus Interpres.

2. Κῶ] Postremum ante bellum Persicum Coorum tyrannum, qui sponte imperium populo tradidit, nominavit Herodotus 7, 164.

μισθοφορὰν γὰρ] Vetus Interpres *Et in Rhodo demagogi tractantes stipendia acquisiverunt*, sed exemplum Versoris habet: *et in rodo et demagogi tractare stipendia acq.* Sequens δίκας *injurias* vertit. Aretinus: *impositis enim pecuniis quae conductis militibus solveretur, potentes qui clam in populo per se eas retinebant, praefecti autem classis cum pecunias non haberent, ac nihilominus navigare ex lege cogerentur, veriti poenam judicii* etcet. Victorius *mercedem instituerunt*: In annotatione censet pecuniam publicam populo divisam, nec trierarchis, quae debebatur, solutam fuisse: hos vero, propter pericula litium, quae ipsis a creditoribus intendebantur, conspirasse contra plebem. Lambinus: *stipendium enim militibus praebebant*, et *triremium praefectis justa persolvere vetabant. Illi autem propter judiciorum gravium, quae ex lege, nisi navigarent, erant subituri metum*: Ramus: *cum stipendia averterent atque inter se dividerent, ob eam causam debita trierarchis praemia persolvi prohibebant — cum lege nihilominus navigare cogerentur, veriti judiciorum poenas.* Giphanius hanc putat obscuri loci esse sententiam. Demagogos stipendiorum militarium solvendorum praefectura sibi sumta et vindicata, caligatis quidem et gregariis militibus aes suum persolvere solitos, praefectos autem, qui fere ex honestiore essent loco, aere militari suo fraudare. Equidem in obscuritate tanta loci et historiae, quam supra 2, 5. obiter tetigit, cum Victorio sentio. Stipendium si dicere voluisset Philosophus, τοῖς ἐπιβάταις (de peditibus enim sermo esse vix potest) sine dubio addidisset. Sed solent Attici scriptores in Attica democratia μισθοφορὰν vocare, cum demagogi plebeculae pecunias publicas dividunt nomine ἐκκλησιαστικοῦ, δικαστικοῦ, θεωρικοῦ, et quae similia nomina largitionibus hu-

jusmodi demagogi praetexebant. Deinde trierarchi fraudati debita pecunia non judicia populi timuisse videntur ex lege, sed potius lites a debitoribus intendendas. δίκας enim, non γραφὰς dixit Aristoteles. Vide etiam dicta ad cap. 2, 7.

μετὰ τὸν ἀποικισμὸν εὐθύς] Haec omisit Aretinus, uti copulam καὶ ante κατελθόντες Camotiana et Isingr. Pro ἐκπίπτοντες malim ἐκπεσόντες. Vetus Interpres *qui secesserant.* Heraclea quae sit intelligenda, dubitari potest. Omnium celeberrima et divitiis commerciisque florentissima fuit Pontica, ut recte Camerarius. Contra Heracleam in Phthiotide sitam intelligit Schlosser, quae fuit fere perpetuo seditionibus intestinis et bellis Lacedaemoniorum et Atheniensium vexata, de qua plurima possem narrare ex Thucydide, Xenophonte, Diodoro aliisque. Nisi additum esset εὐθὺς μετὰ τὸν ἀποικισμὸν, non dubitarem huc referre locum Justini 16, 4. ubi post traditas Heracleae Ponticae origines haec refert: *Passi sunt inter plurima mala etiam tyrannidem: siquidem cum plebs et novas tabulas et divisionem agrorum divitum impotenter flagitaret, diu re in senatu tractata, cum exitus rei non inveniretur, postremum adversus plebem nimio otio lascivientem auxilia a Timotheo Atheniensium duce, mox ab Epaminonda Thebanorum, petivere. Utrisque negantibus, ad Clearchum, quem ipsi in exilium egerant, decurrunt.*

3. Μεγάροις] Schlosserus existimat historiam respici eandem, quam paulo aliter narrat Thucydides 1, 103. 114. et libri 4, 66. seqq. Sed obstant verba ἐνίκησαν μαχόμενοι τὸν δῆμον. Verbum δημεύειν *depopulari* vertit Vetus Interpres.

Θρασύμαχος] Idem Schlosser Cumam intelligi Italicam putans Ἀριστόδημος scribendum censuit, temeraria conjectura, cum dubitari possit de ipsa Cuma, quae debeat intelligi.

ἀναδάστες — λειτουργίαις] Vetus Interpres *aequo partiales facientes — sacrificiis.* Aretinus *vel patrimonia dividentes vel reditus muneribus publicis subjicientes.* Victorius: *vel patrimonia dividentes vel vestigalia publica muneribus et ministrationibus assignantes:* Lambinus: *dum aut eorum bona legibus agrariis populo dividunt, bonorumque aequationem inducunt, aut vectigalia functionibus munerum publicorum ex-*

hauriunt: Ramus: *alias enim eorum poſſeſſiones per aequationem bonorum populo dividunt, vel ad reipublicae ſubſidia vectigales faciunt:* Camerarius dubitat, num dicat Philoſophus demagogos fructus publicos ſeu vectigalia in munerum publicorum ſumtus impendere, an privatorum bonorum fructus ad illa attribuere? Giphanius de loci queſtus obſcuritate tamen hanc ejus putat eſſe ſententiam: Demagogos aut privatorum bona aut publica vectigalia dividere in plebem, privatorum quidem ex aequatione bonorum et condonandis debitis, publica vero vectigalia muneribus publicis. Cum Victorii interpretatione conſentit Lambinus, eamque ipſe etiam amplector; quanquam deſidero verbum aliquod, quod reſpondeat illis ἀναδάστους ποιοῦντες, quae commode repeti non poſſunt ad ſequens membrum ἢ τὰς προσόδους ταῖς λειτουργίαις, niſi προσόδους privatorum reditus intelligere malis, quos quaſi communes faciunt et populo dividunt demagogi, dum ditioribus munera publica imponunt vel aſſignant, quorum administratio magnos ſumtus exigit, quos de ſuo facere coguntur, et quorum pars maxima et fructus redit ad plebem, veluti γυμνασιαρχία et ſimiles λειτουργίαι.

4. στρατηγός] Hanc Ariſtotelis obſervationem egregiam per omne democratiae Atticae poſtremae tempus non ſolum Cleonis, ab Ariſtophane exagitati, multorumque aliorum antiquiorum demagogorum, ſed ipſius etiam Demoſthenis exemplo confirmatam reperimus.

ηὐξημένης] Aretinus *ſupervenientes* vertens aliud quid ſcriptum in ſuo libro legit. *propagata* Lambinus, *tantis eloquentiae ſtudiis excitatis* Ramus. Sequens ἐπιτίθενται Victorius vertit *imponunt libertati,* Aretinus rectius: *tyrannidem invadere non audent.* Vetus Interpres *ſuperponuntur,* quaſi ὑπερτίθενται ſcriptum legiſſet.

5. ἐκ τῆς πρυτανείας] Repete ἐγένετο τυραννίς. Aretino πρύτανις eſt *conſul.* Summam imperii fuiſſe olim penes eum, qui πρύτανις vocabatur, patet cum ex hoc loco, tum ex loco Pindari Pythio. 2, 106. ubi Hieronem πρύτανι alloquitur. Plutarchus in Politicis Praeceptis p. 113. βοιωταρχίαν et στρατηγίαν Atticam cum Rhodiorum πρυτανείᾳ comparat.

πρός

πρὸς τὰς πεδιακὰς] Herodotus I, 59. de Pififtrato: ὡς στασιαζόντων τῶν παράλων καὶ τῶν ἐκ τοῦ πεδίου Ἀθηναίων, καὶ τῶν μὲν προεστῶτος Μεγακλέους τοῦ Ἀλκμαίωνος, τῶν δὲ ἐκ τοῦ πεδίου Λυκούργου Ἀριστολαΐδεω, καταφρονήσας τὴν τυραννίδα ἤγειρε τρίτην στάσιν· συλλέξας δὲ στασιώτας, καὶ τῷ λόγῳ τῶν ὑπερακρίων προστὰς μηχανᾶται τάδε. Rem eandem narrat Plutarchus Solonis cap. 13. Erant autem οἱ πεδιακοί fere optimates et ditiores, ὑπεράκριοι vero vel διάκριοι pauperiores cives.

Θεαγένης] De eodem narrat Rhetoricorum I, 2, 19. Hujus filiam duxit Cylon Athenienfis ob tyrannidem occupatam occifus, tefte Thucydide I, 126. et Paufania I, 28, 1.

Δαφναίου] Rem accurate narrat Diodorus 12, 91. ubi compara annotationem Weffelingii.

6. Μεταβάλλουσι δὲ καὶ — νεωτάτην] Copulam καὶ in Heinfiana omiffam, deinde etiam in iis, quae hinc fluxerunt, addi juffit Conringius. Deinceps νεανικωτάτην fcribi voluit Camerarius, comparans ex libro 4. καὶ γὰρ ἐκ δημοκρατίας τῆς νεανικωτάτης καὶ ἐξ ὀλιγαρχίας γίνεται τυραννίς. Sane eandem faepius nofter τὴν ἐσχάτην poftremam et peffimam omnium dicere folet.

σπουδαρχιῶντες — καθιστᾶσι] *qui ftude. principari* vetus Interpres: *qui ambiunt magiftratus* Victorii, *ambientes populum magiftratuum gratia* Aretinus, *ambitiofi homines* Lambinus, *honoris ambitione et cupiditate incenfi* Ramus, *demagogi fummo ftudio eo rem deducunt* Giphanius inepte! Dicitur σπουδαρχιῶ, derivatum a σπουδάρχης, quo utitur Xenophon in Convivio, eaque forma Dio Caffius et Synefius ufus eft; a σπουδαρχία vero eft σπουδαρχιδάω, quam formam Dio Caffius cum altera fimul ufurpavit. Camerarius interpretatur ambitiofos et fummo ftudio appetentes magiftratuum honores, comparans Ariftophaneum in Acharn. verfu 595. πολίτης χρηστός, οὐ σπουδαρχίδης. Supra nofter φιλαρχεῖν et βουλαρχεῖν junxit, ubi nollem cum vulgo φυλαρχεῖν fcriptum.

τὰς φυλὰς φέρειν] Victorius recte *tribus creare.* Dicitur ut ψῆφον φέρειν, eaque formula de comitiis creandis magiftratibus Platonem in fexto Legum ufum annotat Camerarius.

Ad Caput V.

ἵνα μὲν] Refpondet non ἵνα δὲ fed μάλιστα δέ. De Naxiis Ariftoteles in republica eorum apud Athenaeum 8, p. 348. refert initium feditionis haec addens: καὶ μεγίστη τέ τε στάσις ἐγένετο προστατοῦντος τῶν Ναξίων Λυγδάμιδος, ὅς ἀπὸ ταύτης τῆς στρατηγίας τύραννος ἀνεφάνη τῆς πατρίδος.

2. ἔχει δὲ καὶ ἡ ἐξ αὐτῶν] Vulgatum ἄλλων correxit nefcio quis in margine Ifingr. eamque fcripturam probatam etiam a Conringio recepi. Deinceps vulgatum ἐ τῶν ὄντων mutavi in ἐκ ὄντων. Vetus Interpres *non exiftentibus* vertit.

ἐκεῖνοι — νεώτεροι πάλιν] Aretinus: *res novas moliri non ceffant, quoad ipfi quoque honorentur* reliquis omiffis.

καὶ ἔνθα μὲν — πολιτικωτέρα] Vetus Interpres *Et in Tho quidem*, fed Thom. *fed in eo quidem* vertit: fequens ἀπετελεύτησεν reddidit *remiffa fuit*. De Maffilia haec dici recte monuit Giphanius. πολιτικωτέραν Victorius et Lambinus *civiliorem* vertit, Aretinus hunc totum locum usque ad μετέβαλε omifit. Ramus: *atque hic quidem propius ad timocraticum genus acceffit oligarchia:* Giphanius: *et alibi quidem oligarchia facta eft politiae affinior.* Ita etiam Camerarius. Tenemus igitur paulo plus notitiae de republica Maffilienfium, quam antea, ubi vulgo obfcurata pars hujus orationis alio trahebatur. Ariftoteles in republica Maffilienfium apud Athenaeum 13, p. 576. ubi narraverat Euxeno Phocaeenfi regis Nani filiam Pettam nuptum datam effe, addit: καὶ ἔστι γένος ἐν Μασσαλίᾳ ἀπὸ τῦ ἀνθρώπυ μέχρι νῦν Πρωτιάδαι καλέμενοι. Πρῶτις γὰρ ἐγένετο υἱὸς Εὐξένυ καὶ Ἀριστοξένυ. Contra Plutarchus Solonis c. 2. ὡς καὶ ὁ Μασσαλίας κτίστης Πρῶτος ὑπὸ Κελτῶν τῶν περὶ τὸν Ῥόδανον ἀγαπηθείς. De republica ita Strabo 4, p. 11. Sieb: διοικῦνται ἀριστοκρατικῶς πάντων εὐνομώτατα, ἀνδρῶν ἑξακοσίων καταστήσαντες συνέδριον διὰ βίυ ταύτην ἐχόντων τὴν τιμὴν ὓς τιμέχυς καλῦσι· πεντεκαίδεκα δὲ εἰσὶ τῦ συνεδρίυ προεστῶτες· τύτοις δὲ τὰ πρόχειρα διοικεῖν δέδοται· πάλιν δὲ τῶν πεντεκαίδεκα προκάθηνται τρεῖς οἱ πλεῖστον ἰσχύοντες· τύτων δὲ εἷς τιμῦχος ὁ γίνεται μὴ τέκνα ἔχων μηδὲ διὰ τριγονίας ἐκ πολιτῶν γεγονώς. Οἱ δὲ νόμοι Ἰωνικοί· πρόκεινται δὲ δημοσίᾳ.

Postremam partem de triumviris male ad omnes senatores retulit Heeren in Histor. veterum rerumpublicarum p. 214. De aristocratia Massiliensium testatur etiam Cicero pro Flacco c. 26. *cujus ego civitatis disciplinam atque gravitatem non solum Graeciae sed haud scio an cunctis gentibus anteponendam dicam: quae tam procul a Graecorum omnium regionibus disciplinis linguaque divisa — sic optimatium consilio gubernatur, ut omnes ejus instituta laudare facilius possint quam aemulari.* Noster infra 6, c. 7. τὴν δὲ μετάδοσιν γίνεσθαι τῷ πλήθει τοῦ πολιτεύματος — ἢ καθάπερ ἐν Μασσαλίᾳ, κρίσιν ποιουμένους τῶν ἀξίων τῶν ἐν τῷ πολιτεύματι καὶ τῶν ἔξωθεν. Aristotelis narrationem de prima Massiliae origine transtulit Justini Trogus 43, 3. De Istro et Heraclea nihil aliunde innotuit nobis; nec Heraclea ex tam multis cognominibus urbibus quae sit intelligenda, constat.

3. Μετέβαλε] totum hunc locum diversum legit et vertit Aretinus: *et ubi paucorum potentia seditione inter nobilitatem ipsam coorta, ex eo, quod pars eorum ab honoribus excludebatur, si quidem pater filium impediebat, et frater fratrem, nec nisi qui senior foret, honorabatur. Insurgens enim populus per illorum discordiam, ac ducem nactus ex ipsa nobilitate pervicit. Imbecillis enim adversa pars erat.* Vetus Interpres pro ἐπιλαβόμενος reddidit *insurgens*, pro ἐπιθέμενος ἐκράτησεν *invalescens obtinuit.* De Cnidiorum oligarchia δεσποτικῇ infra mentio redit. De Cnido tacet historia, nisi quod Eudoxus Platonis discipulus patriam legibus ordinasse dicitur a Diogene 8, 86. Plutarcho et Theodoreto.

4. ἐν Ἐρυθραῖς — τῶν Βασιλιδῶν] Aretinus *apud Erithrienses — regiarum urbium.* Accentus vulgo prave positus βασιλίδων Aretinum decepit, uti monuit Camerarius. Vetus Interpres *reginarum* vertit. Sepulveda locum Strabonis 14, p. 939. laudavit, ubi narrat Codri regis Athenarum filium Androclum condidisse Ephesum et in pluribus Asiae urbibus regnasse, ejusque posteros βασιλεῖς vocatos fuisse. Qui an iidem sint, qui βασίλιδαι hic dicuntur, ipse dubitavit Sepulveda. Lambinus tamen vertit: *Et Erythris regis Androcli posteris oligarchiam obtinentibus.* Sed ecce Baton apud Sui-

dam in voce Πυθαγόρας Ἐφέσιος καταλύσας δὲ ἐπιβουλῇ τὴν τῶν Βασιλιδῶν καλουμένων (male editur καλουμένην) ἀρχὴν ἀνεφάνη τε τύραννος πικρότατος. Sequuntur multa de ejus crudelitate in optimates; in extremo additur ἦν δὲ πρὸ Κύρου τοῦ Πέρσου, ὥς φησι Βάτων. De Androclo hoc et Ephesiorum seditione contra ejus liberos narrat Ephorus apud Stephanum Byzantium in voce Βέννα. Anonymus Suidae in voce Ἀρίσταρχος refert Aristarchum Atheniensem, a cognatis evocatum Ephesum, μόναρχον ἐξουσίαν Ephesi exercuisse eo tempore, quo Harpagus Cyrum Cambysis filium ad seditionem cum Persis concitasset. Apud Herodotum 8, 132. memoratur Ἡρόδοτος ὁ Βασιλήδεω Chius, qui cum sodalibus Strattidi Chiorum tyranno insidiabatur. Res agitur tempore Xerxis. Videtur is Herodotus ex gente Βασιλιδῶν Chiorum fuisse. Certe Casaubonus ad Athenaeum p. 454. male hunc Aristotelis locum refert ad Cnopi tyrannidem, de qua Strabo l. c. et Hippias Erythraeus apud Athenaeum 6, p. 259. narrat.

καὶ ἐξ αὐτῶν] Vulgatum ἐξ αὐτῶν καὶ διὰ correxi. Sylburgius καὶ ἐξ αὐτῶν καὶ διὰ scribi voluit, quod Conringius improbavit, sed veram rationem non vidit. Victorius vertit *et suo vitio et propter concertationem assentantium ipsis.* Aretinus etiam longius aberravit: *mutantur etiam paucorum gubernationes ex se ipsis propter factiones ipsorum qui plus posse volunt: hoc autem dupliciter fit. Quandoque enim sibi asciscunt et conjungunt alios ex ipso numero paucorum — in quadringentis Phrinicus* Lambinus aperte nostram scripturam expressit vertens: *etiam ipsorum paucorum petentium culpa, cum propter contentionis studium populo blandiuntur atque assentantur.* Sed sensum obscuravit prava verbi δημαγωγεῖται interpretatione. Ramus eandem sententiam reddere voluit, sed male posuit *popularium principum contentionibus*, et δημαγωγίαν vertit *popularitatem.*

Χαρικλέα — Φρύνιχον] Improbos homines memorant oratores et historici istius aevi plerique omnes. De Phrynicho compara Thucydidem, de Charicle Xenophontem Hellenicorum 2, 3. et scriptores in annotatione laudatos. Vetus Interpres *qui circa Chariclea habitabant*, ubi Thom. *habuerunt.*

5. πολιτοφύλακες] Supra 2, 6. ἀνάγκη γὰρ ἐκ τῶν τὰ ὅπλα ἐχόντων καθίστασθαι καὶ στρατηγοὺς καὶ πολιτοφύλακας καὶ τὰς κυριωτάτας ἀρχὰς ὡς εἰπεῖν. Videntur igitur πολιτοφύλακες summam potestatem domi, ut στρατηγοὶ belli, habuisse.

οἱ ὁπλῖται] Aretinus *per cives*. igitur πολῖται scriptum legit: contra *milites* simpliciter Ramus et Giphanius, *milites levioris armaturae* Lambinus, Victorius recte *gravis armaturae milites*. Paulo inferius repetitur mentio oligarchiae Abydi, et ἑταιρίαι ejus memorantur, in iisque ἡ Ἰφιάδου ἑταιρία, cum adjunctione notitiae magistratus alicujus μισθίου, cui cum militibus summa imperii per pacem tradebatur. Abydus colonia Milesiorum fuit.

μὴ ἐκ τοῦ πολιτεύματος] *ubi judicia non sunt ex his qui rempublicam gubernant* Aretinus. Sic et Victorius et ceteri interpretes. Sequentia πρὸς τὰς κρίσεις male Aretinus vertit *quo eorum suffragia promereantur*, recte solus Giphanius *rempublicam ad judicia transferunt*.

6. ἀσελγῶς] *prodigaliter* Aretinus, *immoderate* Victorius, *intemperanter* Lambinus et Giphanius, *patrimonia sua in libidines et voluptates effundunt* Ramus, *luxuriose ac petulanter* Camerarius. De Hipparino, cujus filiam Aristomachen, sororem Dionis, in matrimonio duxerat Dionysius, tradit Plutarchus in Dione, de luxuria tamen hominis non memorans.

Ἀμφιπόλει] Ad hanc eandem narrationem pertinere videtur locus supra cap. 2, §. 11. ubi tamen ἄποικοι memorantur Χαλκιδέων.

τὴν πρᾶξιν — πράξας] Casaubonus ad Polybium p. 185. ed. Gronovii refert ad Nicodromum, et recte monet πρᾶξιν h. l. esse proditionem, uti apud Xenophontem et alibi. Interpretes omnes Aristotelis hic errarunt. De historia comparabis etiam Wesselingium ad Herodotum p. 479.

7. Ὅτι μὲν οὖν] Aretinus: *Hi homines consumtis patrimoniis aut res novas commovent — itaque seditiones concitantur aut ab ipsis aut ab illis, qui eorum facta non tolerant.* Vetus Interpres scriptum Ὅτι μὲν οὖν εὐθὺς ἐπιχειροῦσι κινεῖν reperit et vertit *mox conantur movere aliquid.*

ἢ οὗτοι] Si sequens κλέπτοντας bene habet, (deleri enim voluit Lambinus assentiente Conringio,) οὗτοι sunt ipsi fures, et praecedens αὐτοὺς refertur ad τοὺς ὀλιγαρχοῦντας seu participes oligarchiae. Victorius tamen in annotatione posuit: *aut hi ipsi fures inter se concertant*. Ita vertit Lambinus etiam et Ramus.

ὄντες πολλῶν] Lambinus τῶν πολλῶν conjecit, i. e. *in multitudinem dominatum obtinent*. Ramus: *per multos jam annos dominantur*. Neutram rationem probo, posteriorem omnium minime. Laudes Pharsalorum oligarchiae tributas confirmare videtur etiam id quod narrat Xenophon Hellenicorum 6, 1. Iasonem Pherarum tyrannum reliquas Thessaliae civitates partim vi alias dolo facile in potestatem suam redegisse praeter Pharsalum, cujus de legato Polydamante ad Lacedaemonios misso ita narrat Xenophon l. c. οὗτος δὲ καὶ ἐν τῇ ἄλλῃ Θετταλίᾳ ηὐδοκίμει καὶ ἐν αὐτῇ δὲ τῇ πόλει οὕτως ἐδόκει καλός τε κἀγαθὸς εἶναι, ὥστε καὶ στασιάσαντες οἱ Φαρσάλιοι παρακατέθεντο αὐτῷ τὴν ἀκρόπολιν καὶ τὰς προσόδους ἐπέτρεψαν λαμβάνειν, ὅσα ἐγέγραπτο ἐν τοῖς νόμοις, εἴς τε τὰ ἱερὰ ἀναλίσκειν καὶ εἰς τὴν ἄλλην διοίκησιν. Κἀκεῖνος μέντοι ἀπὸ τούτων τῶν χρημάτων τήν τε ἄκραν φυλάττων διέσωζεν αὐτοῖς καὶ τἄλλα διοικῶν ἀπελογίζετο κατ' ἐνιαυτόν. Hunc Polydamantem Pharsalorum πολιτοφύλακα fuisse censebat Schlosser; sed dubitari potest, an πολιτοφυλάκων dignitas fuerit instituta apud Pharsalios. Certe munus Polydamantis non perpetuum fuisse videtur, sed ab oligarchia inter se diffidentibus viro bono demandatum. Igitur malim equidem Polydamantem comparare cum ἄρχοντι μεσιδίῳ illo, quem memorat sectio 9.

8. ὅσους, τῶν γερόντων ὀλίγοι] Ex Heinsiana (cui anteivit Ramus) repetiit pravam distinctionem Conringiana et reliquae: ὅσους τῶν γερόντων, ὀλίγοι. quam tamen in annotatione Heinsius corrigi jusserat. Deinceps verba ἐννενήκοντα ὄντας omisit Aretinus.

τὴν δὲ αἵρεσιν δυναστευτικὴν] Aretinus *ob id quod erat potentium hic ordo*: Victorius: *delectu autem ipsorum, quo utuntur reguli*: Lambinus *et quia electio erat dynastiae propria*; Ramus: *quia dynasticà erat ejusmodi creatio*: Giphanius *quia*

creatio dynastiae propria, in annotatione turbulentam et factiosam sive dynastiae accommodatam interpretatus. Victorius in annotatione posuit *accommodatam potentiae paucorum.* Camerarius de loci obscuritate questus putat hanc ejus esse sententiam: *cum praesertim legerentur senatores potentum arbitrio, similiter ut apud Lacedaemonios.* Schlosserus *weil sie selbst die Wahl hatten:* et in annotatione monet, verba καὶ εἰμείαν — γερόντων non ad modum creandorum senatorum Lacedaemoniorum referri, qui diversus fuerit, sed ad numerum exiguum et perpertuitatem dignitatis. Quod falsum esse, apparet. Modum creandorum senatorum Lacedaemoniorum, apud quos summa potestas erat, supra Aristoteles παιδαριώδη vocavit, id est puerilem, eumque descripsit Plutarchus in Lycurgo. Legebantur illi a concione populi acclamando productis civibus. Praeterea nisi senes et virtute probatissimi cives non eligebantur. Electio igitur senatorum erat veluti summum de virtute civium judicium. Quid igitur si δικαστευτικὴν vel δικαστικὴν scribamus, ut electio Eliensium senatorum cum summo illo de virtute civium judicio, quo Lacedaemonii senatores eligebantur, comparetur? Certe modum et rationem creandi spectari a philosopho tenendum puto. In modo vero δυναστευτικῷ nihil aliud fere esse et dici potest, nisi quod ex arbitrio et pro lubitu domini et dynastae fit, aut quod ad tuendam dominationem pertinet. Posterior interpretatio ducit nos ad electionem ab ipsis senatoribus factam; verum ita comparatio senatorum Lacedaemoniorum non est apta. Itaque priorem amplecti oportet, et statuere electionem a populo fuisse factam. De Eleorum vero statu reipublicae parum aut nihil scripta veterum tradunt, praeter unum Thucydidem 5, 47. ubi obiter memorantur in Eleorum δημοκρατίᾳ οἱ δημιουργοί, καὶ οἱ τὰ τέλη ἔχοντες καὶ οἱ ἑξακόσιοι. Sed ad ipsum illud factum, quod Aristoteles commememorat, spectare videtur id, quod narrat obiter Plutarchus in Praeceptis Politicis p. 255. Hutten. καὶ βουλὴν τινὲς ἐπαχθῆ καὶ ὀλιγαρχικὴν κολούσαντες, ὥσπερ Ἐφιάλτης Ἀθήνησι καὶ Φορμίων παρ' Ἠλείοις, δύναμιν ἅμα καὶ δόξαν ἔσχον.

9. στρατιώταις] Recte Aretinus et Victorius *milite conducto* vertunt. Timophanes Timoleontis frater fuit, de quo Diodorus 16, 65. Plutarchi Timoleon c. 4. De oligarchica forma reipublicae Corinthiae testatur Plutarchus Dionis c. 53. — Deinceps οἱ δὲ ταῦτα δεδιότες scriptum vertit vetus Interpres.

ἄρχοντι μεσιδίῳ] Noster Nicomach. 5, 5. καὶ ζητοῦσι δικαστὴν μέσον, καὶ καλοῦσιν ἔνιοι μεσιδίους, ὡς, ἐὰν τοῦ μέσου τύχωσι, τοῦ δικαίου τευξόμενοι. ubi libri quidam μεσοδίκους habent.

τῶν περὶ Σάμον] Male Victorius *Alevadae cum Sami regnarunt.* Aretinus haec omisit. Lambinus *Alevadis Samiis principatum obtinentibus.* Ramus *in Alevadarum qui Samiis imperant principatu:* Giphanius in nomine Sami haesit, Camerarius autem plane scripturam vitiosam pronunciavit. Nec usquam Sami imperium Alevadae habuisse memorantur. Sed videtur Aretinus nomen posuisse in exemplo viri, qui Larissae imperium occupavit. Igitur Schlosserus περὶ Ἰάσονα conjicit, vel περὶ Σῖμον. Simus hic Larissaeus Philippo Thessalos prodidisse dicitur a Demosthene pro Corona p. 241. Alevadarum imperium, cum haec scriberet Philosophus, non amplius valuisse, arguit ipsa oratio. Plato autem initio Menonis eosdem Socratis aevo valentes adhuc memorat. Quid? quod Xenophon Hellenic. 6, 2, 7. de Iasone: προεῖπε δὲ καὶ τοῖς περιοίκοις πᾶσι τὸν φόρον ὥσπερ ἐπὶ Σκόπα τεταγμένος ἦν φέρειν. Ubi περίοικοι videntur esse Penestae. Iason tum Thessalorum dux fuerat electus, qui ταγὸς dicebatur. Scopas ex alia quam Alevadarum familia Simonidis carminibus fuit celebratus. Is igitur primum tributa περιοίκων ordinasse videtur, quae descriptio etiamnum Iasonis aetate id est Olympiade 101. valuisse videtur. Equidem quaedam excidisse suspicor, et exemplum oligarchiae Samiorum fuisse ab Aristotele commemoratum. Καὶ addi voluit Wesseling. ad Herodot. p. 691. Sed vide Addenda.

Ἰφιάδου] Demosthenes contra Aristocrat. p. 679. nominat Ἰφιάδου υἱὸν Sestium, obsidem apud Charidemum. Sed proprie huc pertinet locus Aeneae Tactici c. 25. Ἰφιάδης τε Ἀβυδηνὸς κατὰ Ἑλλήσποντον καταλαμβάνων Πάριον ἄλλα τε περὶ

τὴν ἀνάβασιν, νυκτὸς ἐπὶ τῷ τείχους λάθρα παρεσκευάσατο καὶ ἁμάξας πληρώσας φρυγάνων καὶ βάτων, παρέπεμψε πρὸς τὸ τεῖχος, ἤδη τῶν πυλῶν κεκλεισμένων, ὡς τῶν Πριηνέων ὄντας τὰς ἁμάξας etcet. ubi h. l. comparavit Casaubonus.

10. περιωθεῖσθαι] De verbo dictum supra ad Cap. 3, 4. *circumvenire* hic vertit vetus Interpres.

ὀλιγαρχία αὐτῶν] Margo Isingr. ὄντων substituit, non inepte. Post nomen Διαγόρας Victoriana, Zuinger. cum Camotiana δὲ insertum habent, quod omisit versio veteris Interpretis, Aretini et Victorii, Isingr., damnavit Sylburgius, seclusit Ramus, Lambinus, Heinsius, Conringius. ἱππέας vocari, qui ἱπποβόται Euboeae dicuntur supra 4, 3. et apud Herodotum 5, 77. putat Schlosserus. De Diagora et tempore mutatae reipublicae Eretriensium aliunde non constat.

στασιωτικῶς] Margo Isingr. στασιαστικῶς, quod ipse etiam praefero. Sequens nomen Εὐτίωνος scribit Camotiana et Isingr. Verum Sepulveda et Victorius cum Codice Camerarii nostrum dedit. *Enectionem* nominat Aretinus.

Ἀρχίου] Aretinus *Archini* habet. Camerarius eumque secutus Schlosserus putabat eundem esse, de quo multa Xenophon Hellenic. 5, 4. ad quem aliorum scriptorum loca collecta posui. Sed de adulterio et poena Archiae nil ibi traditum reperitur. Contra Perizonius huc retulit narrationem Aeliani v. h. 11, 6. Συνέβη τινὰ μοιχὸν ἁλῶναι ἐν Θεσπιαῖς, εἶτα ἤγετο διὰ τῆς ἀγορᾶς δεδεμένος· ἀφείλοντο οὖν αὐτὸν οἱ ἑταῖροι· ἐξήφθη οὖν στάσις καὶ συνέπεσε γενέσθαι φόνους πολλούς. Is praeterea nomen urbis in alterutro scriptore vitiosum esse suspicatur. Potest tamen fieri, ut Archias fuerit Thebanus, Thespiis autem in adulterio deprehensus et punitus fuerit. Equidem cum Perizonio quam Camerario sentire malim.

αὐτοὺς — ἐν τῷ κύφωνι] Comma post ἐχθροὶ sustuli, verbum enim φιλονεικεῖν casum accusativum non assumit. Verba vertit Aretinus: *cervicem ejus anulo ferreo includi fecerunt:* Victorius *ut vincti fuerint in foro ad cyphonem:* in annotatione tormenti genus interpretatus ex Aristophanis Pluto versu 476. ὦ τύμπανα καὶ κύφωνες, οὐκ ἀρήξετε; Sed ibidem versu 606. abire aliquis jubetur ἐς τὸν κύφωνα· ubi Scholia

et Suidas interpretantur ξύλον ἐπιτιθέμενον εἰς τοὺς τένοντας τῶν καταδίκων, ἵνα μὴ εὔρωσιν ἀνακύψαι, *lignum cervicibus damnatorum impositum.* Suidas Aeliani locum posuit, ubi est: δεδέσθω ἐν κύφωνι πρὸς τῷ ἀρχείῳ ἡμερῶν εἴκοσι. Lambinus vertit: *vinctus numellae astringeretur:* Ramus *ut deligarentur ad palum,* Giphanius cum Sepulveda *ut ad palum fuerint vincti.*

11 ἐν τῇ πολιτείᾳ: — δυσχεραινόντων] Camotiana cum Aretino δυσχεραινόντων dedit. οἱ ἐν τῇ πολιτείᾳ sunt, ut recte annotat Victorius, principes et oligarchi ipsi, non isti, qui reguntur ab illis: eum secuti sunt interpretes omnes, ex quibus tamen ineptissime vertit Giphanius. πολιτεία hic dicitur, quod est saepius πολίτευμα.

καὶ λανθανούσης] Camotiana ἢ λανθανούσης. De censu aucto per annonae ubertatem compara locum infra c. 7, 6.

12. ἐννόμων δημοκρατιῶν] Aretinus *ex institutis popularibus in ipsa propria.* quasi ἐννόμων δημοκρατικῶν scriptum legisset. Victorius *in proprios et solutos.* Lambinus *fiunt reipublicae administrationes dominantes, hoc est, quae in arbitrio nutuque paucorum et populi vertuntur:* Ramus: *quae dominorum libidinibus opprimuntur.* Giphanius: *quae suo arbitratu omnia administrant.*

Ad Caput VI.

ἐπεὶ δοκεῖ, — ὀλιγαρχία εἶναι] Vocabulum ὀλιγαρχία omittit Camotiana Isingr. Aretinus copulam καὶ omisit. Verum de toto hoc membro Camerarius merito dubitavit, cujus sententiam, si vera sit scriptura, hanc esse suspicatur: cum eadem proposita esse videantur oligarchiae et aristarchiae, quod uterque status sit paucorum, nullo tamen modo eundem spectare finem utrosque, neque esse eorum consilia eadem, quod hi pauci ad sua commoda, illi optimates ad publicum bonum dirigant universa. Giphanius ita: Quod hic dicitur Aristocratiam videri esse Oligarchiam, quia modo fuerat loco commodiore expositum, ea re haec clausula mihi supervacanea videtur, etsi in omnibus editionibus, et-

iam in veteri translatione reperitur. Equidem cum utroque viro docto sentio; igitur seclusi verba suspecta; vulgatum tamen ταῦτα in ταὐτὰ mutavi. Ramus Camerarii rationem secutus vertit: *in utraque enim rempublicam pauci gubernant, tametsi non ejusdem rei causa, qui quia in utraque reipublica pauci sunt, ideo videtur aristocratia oligarchia esse.*

πεφρονηματισμένων] Aretinus *aliter sentientium*, vetus Interpres *astutorum*, Victorius et Lambinus *magnos spiritus gerentium*, Ramus *cum ampla de se et magnifica judicia spiritus altiores attulerint:* Giphanius *animo elatorum.* Camerarius optime *efferri animo in virtutis singulari opinione.* Deinceps ὁμοίων cum Casaubono malebat Conringius. De Partheniis Tarenti conditoribus ex Antiocho eadem tradit Strabo 6, p. 289. Sieb: aliunde et paulum diversa Justinus 3, 4. Pro verbis Τάραντος οἰκισταὶ vetus Interpres reddidit *Tarentum inhabitare.*

2. τῶν βασιλέων] Praecipue tamen ab Agesilao, narrante cum Xenophonte in Hellenicis Plutarcho in Lysandro.

Κινάδων — Ἀγησιλάου] De Cinadone narrat Xenophon Hellen. 3, 3. Deinceps vulgatum Ἀγησιλάῳ correxi, quod tamen Aretinus *per Agesilai tempora*, Victorius *regnante Agesilao* item ceteri interpretes vertunt. Vetus Interpres *sub Agesilao.* Vocem ἀνδρώδης Victorius *magno animo praeditus*, Lambinus *animo virili ac robusto*, Ramus *forti et excelso animo*, Giphanius *magni et alti animi.*

Εὐνομίας] Rem narrat copiose Pausanias 4, 18, 2. ubi de Tyrtaeo: καὶ τέτοις διέλυε Τυρταῖος μὲν τὰ διάφορα. Ex Εὐνομίᾳ poemate fragmentum apud Plutarchum Lycurgi c. 6: decerptum putat Schlosser.

Παυσανίας — Ἄννων] De Pausania historia nota; de Hannone compara Justinum 21, 4. et Plutarchum in Praecept. polit. p. 141. Hutt.

3. ἀρχὴ γάρ] Aretinus cum Victorio *autem* vertit, et Victorius monet esse pro δὲ positum γάρ. Ceterum in hoc loco duo vitia reperisse sibi videbatur Conringius; primum quidem in verbis ἐν αὐτῇ τῇ πολιτείᾳ, ubi ἐν αὐταῖς scribendum censet. Sed apparebit statim vulgatam bene habere, si

cum Lambino interpreteris: *cum politiae tum aristocratiae propterea, quod in ipsa reipublicae administratione jus negligatur ac migretur.* Alterum vitium putat esse in verbis τῆ δικαίῳ παρέκβασιν: nihil enim sequi nisi de vitio commisso in mistione. At si pro δικαίῳ posueris ἴσῳ, statim videbis locum medela non indigere. Nam τὸ δίκαιον esse ἴσόν τι, et praecipue aequalitate spectari, centies in his libris repetiit Philosophus; igitur hoc loco δίκαιον posuit pro ἴσον.

4. Διαφέρουσι γὰρ — τούτῳ] Giphanius ad h. l. ita: *Versiculus hic, propter verbum τούτῳ, quo quid significetur, non satis liquet, satis est obscurus. Praeterea vetus interpres nisi codices sunt mendosi, legit ταῦτα. Ea quoque quae sequuntur, διὰ ταῦτ' εἰσὶν item non satis inter se connecti videntur, et item mox iterari διόπερ ἀσφαλέστεραι. Etsi igitur in verbis propter has causas obscuritas est, tamen sententia totius loci haec esse videtur, quae in his duobus capitibus sit posita* etcet. Equidem nihil vitiosum esse censeo; sed τούτῳ intellige τῷ μεμίχθαι πως τὰ δύο, de quibus antea; item illa διὰ τοῦτο interpretor διὰ τὸ μεμίχθαι ἢ καλῶς ἢ κακῶς; deinde διόπερ significat διὰ τὸ ἀποκλίνειν μᾶλλον πρὸς τὸ πλῆθος; tum αἱ τοιαῦται est pro αἱ οὕτω μεμιγμέναι καὶ πρὸς τὸ πλῆθος μᾶλλον ἀποκλίνουσαι πολιτεῖαι, (quae et communi et proprio nomine πολιτεῖαι vocantur) ἀσφαλέστεραι εἰσί. Denique illa κρεῖττον τὸ πλεῖον Giphanius interpretatur *major est tenuiorum multitudo in politiis quam in Aristocratiis. Tenuiores vocat τὸ πλεῖον, eo quod eorum semper maximus est numerus.* Recte! Conringius haesit in particula γὰρ post διαφέρουσι posita; jam antea enim praecessisse γάρ; nec quae sequuntur, priora illustrare. Verum in hoc nullum esse suspicioni locum bene monuit Schlosser, qui καὶ τούτῳ scribendum esse suspicatus est, propterea quia in ἀριστοκρατίᾳ praecipue ratio habeatur τῆς ἀρετῆς, quod contra fiat in oligarchia et democratia, ubi magis ad divitias aut ad libertatem omnia referantur. Hanc equidem opinionem approbare non dubito.

5. ἔχειν τὰ αὑτῶν] Victorius *habere singulos quae sua sunt* vertit, in annotatione interpretatus: patrimonium tueri contra impetus improborum: *per quod sua cuique obtinere*

licet Lambinus: *cum enim suum cuique pro dignitate tribuitur et conservatur, id demum constans est* Ramus, *sua quemque retinere* Giphanius. Equidem cum Ramo sentio, nec de securitate possessionis reique familiaris sermonem esse puto.

6. εἰς ἀρχεῖα πλείω] Victorius vertit: *in minorem migravit et in plures curias:* Aretinus: *in minorem facta est mutatio et in plures gubernatores:* Lambinus: *res ad angustiorem et minorem redacta est, et ita ad plures magistratus:* Ramus: *cum majore censu antea magistratus crearentur, respublica postea ad minorem censum et plures magistratus est traducta.* Giphanius: *cum a multo quidem censu crearentur magistratus, respublica ad minorem censum et plures magistratus est traducta.* In annotatione Giphanius exemplum hoc ita retulit: cum principes omnia ad se bona pertraxissent, plebs autem bellis praeterea exhausta esset, praesidio — oppresso, exaequatis ita bonis et communicatis cum plebe, factum est, ut cum antea pauci ex maximis censibus ad magistratus admitterentur principes et divites, postea cum pluribus et plebe magistratus communicarentur. De quo exemplo amplius quaerendum. Haec Giphanius diverso plane ordine quam in Graecis sunt. Nemo praeterea de loci difficultate admonuit praeter Schlosserum, de quo postea. Sed postremam etiam partem hujus sectionis vitiosam et lacunosam arguit illud membrum ἕως ἀφεῖσαν etcet. Nam particula ἕως cum antecedentibus non coit. *donec agri parte cesserunt, qui plus aequo ejus habebant* vertit Victorius. *At populus bello exercitatus ac potentior effectus quam illorum custodes nobilitatem compulit agros qui contra legem tenebantur dimittere* Aretinus, qui vitium loci incrustavit mutata structura, ita ut suspectum illud ἕως non appareat. Lambinus: *populus — potentior ac superior evasit, donec ii omnes qui plura possidebant, agris cesserunt:* Ramus multo plura mutavit: *At cum populus — potentior factus esset, tota regione qui majores opes haberent, expulit.* Giphanius *donec hi agris discederent, qui majorem partem tenerent.* Video egregium Heynium in Opusculis Acad. Vol. II. p. 148. totum hunc locum latinum posuisse tanquam exemplum politiae in oligarchiam

mutatae: *Nam quia magistratus deferebantur ex ampliore, et majore censu, ad pauciores res deducta est et per plura magistratuum genera. Quia vero porro nobiles totius soli Thurini agros praeter legem occupaverant (facta enim ut diximus republica oligarchica facile iis erat opes majores consequi) populus in bello exercitatus praesidiis seu locis munitioribus est potitus, donec ii omnes, qui plura possidebant, agris cesserant.* Ex his manifestum esse putabat Thuriorum rempublicam tantum vitio factam esse oligarchiam, cum ab initio politia fuisset instituta. Quo vero modo paulatim in oligarchiam transierit, narrari ait paulo post ab Aristotele. Qua de re postea videbimus. In hujus loci versione ab Heynio proposita multa discrepant a verbis graecis, ut facile agnoscas conatum ingenii satagentis obscuritatem loci dilucidare, sed nulla annotatio adjecta est, quae doceat rationem interpretationis. Denique Schlosserus locum ita vertit: *so fiel diese (Regierung) bloss wenigen in die Hände, und die Gewalt der Beamten wurde grösser, — da wurde es dem Volke, das sich in dem Krieg geübt hatte, möglich, die Wachen zu überwältigen, und die übermächtigen Oligarchen mussten endlich das Land verlassen.* Intelligit is ad verbum μετέβη antecedens εἶναι vel πολίτευμα, uti plerique etiam reliqui interpretes πολιτείαν intelligunt; quod tamen fieri posse mihi non videtur; deinde ἀρχεῖα πλείω ampliores, potentiores et diuturniores magistratus interpretatur; quod multo minus facere licet. Accedit etiam alia difficultas, quam miror a nemine annotatam. Scilicet non modo plura orationis membra apta inter se et connexa non sunt, lacunaeque vestigia manifesta habent, sed deest etiam priori membro et propositioni consecutio et apodosis. Medicinam vitii demonstrati certam nondum reperi. Suspicionibus igitur erit periclitandum! Primum illud molestum est in toto loco, quod obscurum est consilium scriptoris in exemplo apposito Thuriorum. Posuerat enim antea politiam et oligarchiam solere mutari ἐφ' ὁπότερον ἂν ἐγκλίνῃ ἡ πολιτεία, adjecta ratione, quod pars utraque civitatis, id est plebs et nobiles satagunt rempublicam pertrahere ad se; alterum membrum distinctionis est de

rebuspublicis in statum contrarium mutatis, veluti cum oligarchia in popularem, politia in oligarchicum statum transit; utrique speciei hic ratio sua apponitur. Statim subjicitur exemplum Thuriorum his verbis *συνέβη δὲ τὸ εἰρημένον ἐν Θ.* quae possunt referri ad quatuor membra *προτάσεως* illius; nec video, cur interpretes plerique ad postremum tantum membrum, in quo est politia, retulerint. Ex ipso igitur subjecto exemplo quaerere genus et formam reipublicae oportet, ad quam Thuriorum civitas fuerat instituta. Videamus nunc ipsa verba, ubi primum haeremus in his *εἰς ἔλαττον μετέβη — πλείω.* Nam cum *ἀρχαὶ ἀπὸ πλείονος τιμήματος* aperte oligarchiam indicent, contrarium est in illis *εἰς ἔλαττον — πλείω,* quae censum minorem et magistratus plures sine dubio significant. Unde conjectura est facilis, pertinere hoc exemplum ad illustranda duo posteriora membra *προτάσεως* de forma rerumpublicarum in contrariam mutata. Verba igitur *διὰ μὲν γὰρ τὸ — εἶναι τὰς ἀρχὰς* causam habent non status ipsius illius, ubi *τὸ τίμημα ἔλαττον,* igitur *τὰ ἀρχεῖα πλείω* erant, sed mutationis factae in contrariam formam. Cum vero de oligarchia sint verba *διὰ μὲν γὰρ τὸ ἀπὸ π. τ. εἶναι τὰς ἀρχὰς,* ut etiam illa in altero membro *διὰ δὲ τὸ τὴν χώραν ὅλην τοὺς γνωρίμους συγκτήσασθαι,* causam mutationis in contrarium factae repetere oportet ex protaseos membro tertio: *ὡς ἀδικούμενοι γὰρ περισπῶσιν εἰς τοὐναντίον οἱ ἀπορώτεροι.* Huc dialectica ratio nos recta satis via deduxit; superest in verborum structura difficultas, quocum sit copulandum verbum *μετέβη.* Quodsi scripsisset Philosophus, ut initio posterioris exempli de iisdem Thuriis est, *συνέβη δὲ τοῦτο καὶ ἐπὶ τῆς Θουρίων πολιτείας,* eodem fere modo hic *συνέβη δὲ τὸ εἰρημένον ἐπὶ τῆς Θουρίων πολιτείας,* structura erat expedita et facilis. Repetere enim licebat vocem *πολιτεία* et conjungere cum verbo *μετέβη,* hoc sensu: *respublica transiit ad minorem censum et ad plures magistratus, id est, respublica et magistratus cum pluribus, etiam qui minore essent censu, fuit communicata.*

Nunc alterius membri *διὰ δὲ τὸ τὴν χώραν ὅλην — παρὰ τὸν νόμον* si partem contrariam, ut in priore factum est, quaerimus, statim apparet reliquam partem loci a verbis inde

ὁ δὲ δῆμος eſſe vel lacunoſam vel vitioſam. Res ipſa quidem, contraria et oppoſita membro illi orationis διὰ δὲ τὸ τὴν χώραν haud dubie indicatur verbis ἕως ἀφεῖσαν — ἔχοντες, quae ſignificant optimates vi coactos ceſſiſſe agrorum parte illa, quam praeter jus et legem occupaverant. Verba tamen ipſa luxata ſunt nec cum reliquis bene apta et connexa. Praeterea modus et via verbis obſcurata vitioſis vel lacunoſis latet, qua plebs id fuerit conſecuta, ut optimates decedere agris cogerentur. Rationis partes duas quaſi per tranſennam video, uſum et exercitationem bellicam, quae plebis vires auxerit; hoc enim ſignificant iſta ὁ δῆμος γυμνασθεὶς ἐν τῷ πολέμῳ; altera rationis pars ineſſe videtur in illis: τῶν φρουρῶν ἐγένετο κρείττων, quae ſignificare videntur *plebem validiorem vel ſuperiorem factam praeſidio militari*, quod optimatium imperium tuebatur, et oligarchiae argumentum manifeſtum habet. Sed dubitari poteſt de modo, quo vel *validior* vel *ſuperior facta fuerit plebs praeſidio militari?* Si poſteriorem verſionem optaveris, (dicitur enim ſaepiſſime de victoribus) cogimur exiſtimare, contentionem inter plebem et optimates tandem ad arma et pugnam deveniſſe, ex qua cum plebs ſuperior diſceſſiſſet, non deſtitit a conſilio antea quam optimates agrorum parte praeter legem occupata ceſſiſſent. Niſi contentio armis decreta fuit, multo difficilius eſt excogitare modum et rationem, quo invito etiam praeſidio militari, partes optimatium tuente, plebs optimatibus agrorum reſtitutionem extorſerit. Verumtamen vim potius armorum adhibitam arguere videntur verba graeca omnia. Quo enim commemoratum dicemus uſum bellicum plebis? Quo pertinent iſta τῶν φρουρῶν ἐγένετο κρείττων ἕως et reliqua? Sententiam igitur loci non adeo difficile eſt ex verborum reliquiis conſequi et divinare, ſed vitioſa emendare, vel lacunam interpolare equidem non poſſum. Acquieſco igitur in eo, quod demonſtraſſe mihi videor, ſtatum Thuriorum reipublicae fuiſſe eo quidem tempore, de quo nunc loquitur Philoſophus, ariſtocraticum, magis tamen vergentem ad oligarchiam, quod ſignificant verba ἡ γὰρ πολιτεία ὀλιγαρχικωτέρα ἦν; eamque deinde vi et viribus plebis bellico uſu auctis

auctis in ſtatum popularem ſeu democratiam fuiſſe mutatam.

7. τοῖς γνωρίμοις] Camerarius eosdem putabat eſſe, qui et ὅμοιοι id eſt pares vocati fuerint et eximio nomine Spartiatae; quod equidem verum eſſe non puto. ὅμοιοι erant et dicebantur Spartiatae omnes, qui a prima inde educatione leges obſervaverant, patriaeque inſervierant, ut ad Xenophontis Hellenica demonſtratum eſt: γνώριμοι vel optimates divitiarum ratione plerumque dicuntur, praeſertim in ſtatu oligarchico.

κηδεύειν ὅτῳ θέλωσι] Vulgatum θέλωσι correxi, quod niſi repetito ἂν excuſari non poteſt. Aretinus vertit: *et cui velit gratificandi.* Rectius Victorius *filias in matrimonium dare cuicunque viſum fuerit ipſis:* optime Lambinus Ramus et Giphanius *affinitatem contrahere cum quocunque libuit:* Vetus Interpres *curare d[illegible]ocunque volunt.*

κηδείας] Male Aretinus *clientelas.* Dorida Locrenſem in matrimonio duxerat Dionyſius. Cf. Diodori 14, 44. ibique Weſſelingii annotationem.

ὅτι αἴτιον] Aretinus: *idque inter cauſas mutationis minuta parvitas appellatur:* Deinceps Lambinus τὸ παρὰ μικρὸν malebat, uti ſupra dixerat Philoſophus. Sequens περιῶνται Victorius *contemſerint* vel *neglexerint,* Aretinus et Ramus *omittunt,* Lambinus *projiciunt ac deſerunt,* Giphanius *neglexerint.* Plutarchus Praecept. politic. p. 184. τὰ μικρὰ τοῖς πολλοῖς προΐεσθαι χαριζόμενον ἐπὶ τῷ τοῖς μείζοσιν ἐνίστασθαι. Denique κόσμον Aretinus *formam,* Lambinus *ordinem atque ornatum,* Giphanius *ordinem,* Ramus *ſtatum* vertit.

8. ἐτῶν στρατηγεῖν] Victorius in Codice uno μὴ στρατηγεῖν ſcriptum reperit; quod probari non poteſt. *ne quis imperium militare, ni interfuerint quinque anni, gereret neque ad eum magiſtratum eligeretur.*

τῶν φρουρῶν] Omiſit Aretinus, nec video equidem, in reliqua hiſtoriae obſcuritate, quo valuerit praeſidii gratia, cum ſtatim ſequatur, poteſtatem eligendi στρατηγοῦ fuiſſe penes populum. Sed potuerunt tamen reſpicere ad eorum operam

utilem futuram in consiliis suis exequendis et in potestate oligarchorum frangenda.

τοὺς ἐν τοῖς πράγμασιν] *qui regebant rempublicam* interpretatur Victorius, *qui rebus gerendis erant praepositi* Lambinus, *qui domi rem gererent* Ramus, *qui rempublicam administrarent* Giphanius. Xenophonti Hellenic. I, 6, 13. sunt οἱ τὰ πράγματα ἔχοντες. Sed plane ita Thucydides de Mitylenaeis 3, 28. οἱ ἐν τοῖς πράγμασι, ubi bene reddunt *qui reipublicae praeerant.*

σύμβουλοι] *magistratus qui praeerat suffragiis* Aretinus, *comitiis magistratus praefecti* Ramus. νομοφύλακας apud Ciceronem de Legibus 3, 20. comparabat Heyne Opuscul. II, p. 151.

δυναστείαν] dominatum paucorum seu oligarchiam interpretatur Giphanius cum Victorio; reliqui interpretes repetierunt vocabulum graecum. Heyne (Opuscul. II, p. 148.) putabat, narrari nunc modum, quo Thuriorum respublica mutata fuerit in oligarchiam istam, de qua narrationem superiorem sect. 6. interpretatur. Qua de re ibi fuit disputatum. Equidem hoc in loco nec politiam nec democratiam agnoscere possum, quanquam videam, virum egregium, mihique ob innumera in me beneficia venerandum, haec posuisse p. 149. *Ceterum in Thuriorum republica populi jus et partes fuisse ex eo ipso Aristotelis loco* (hoc nostro) *intelligitur; nam suffragiis ille suis magistratus creasse, militares etiam leges vel magistratu renitente abrogasse narratur.* Aristoteles exemplum Thuriorum apposuit propositioni de mutato statu aristocratico; quem fuisse reipublicae Thuriorum, sed vergentem ad oligarchiam, supra vidimus. Ibidem mentio fit praesidii militaris, quo superato plebs bello exercitata optimates coegit agros praeter legem occupatos restituere; quo factum est, ut plures cives rempublicam etiam minore censu capessere possent. Incertum tamen est, an plane respublica democratica tunc facta fuerit, quanquam id ex propositione Aristotelis consequi debere videatur. Tum vero narratio Diodori 12, 11. de populari statu Thuriorum referenda est ad illud tempus, de quo loquitur ibi Aristoteles.

De statu Thuriorum aristocratico iterum nunc commemorat Philosophus, ejusdem praesidii militaris facit mentionem, cujus duces fuisse a populo electos nunc demum addit. Adolescentes, qui consilium audax ceperant, dicuntur πολεμικοὶ et confisi plebis suffragio; quare suspicari licet, fuisse eos plebejos, et narrationem pertinere ad idem tempus, quo supra plebs usu bellico exercitata dicitur superior facta esse praesidio bellico, et optimates ad restituendos agros injuste occupatos redegisse. Quae conjectura nisi fallit, δυναστείαν oportet h. l. de statu populari interpretari, in quo primas partes egerunt auctores mutationis, id est illi adolescentes audaces et bellicosi. Verum, si consideres ea, quae tradit Aristoteles capitis sequentis sect. 4. et quae ibi annotantur de voce δυνάστης, potior videbitur sententia, aristocratiam vel politiam mutatam fuisse in oligarchiam adstrictiorem, et in dominatum paucorum illorum adolescentium transiisse. Ultra progredi conjecturis non lubet, nec tutum est. Schlosseri vero argutationes ad h. l. excutere non vacat; pleraeque omnes falsa nituntur interpretatione.

9. ὁτὲ δὲ ἔξωθεν] Lambinus brevitatem Aristotelis ita supplevit ἔξωθεν. ἐξ αὐτῶν μὲν διὰ στάσεων, ἔξωθεν δὲ, ὅταν. quam rationem in versione secutus est. Verba ἐπὶ Ἀθηναίων κ. Λ. male vertit Aretinus *contigit Athenienfibus et Lacedaemoniis.*

Ad Caput VII.

ὅτι εἴπερ] Haec omisit Camotiana, ὡς Isingr. *si sciamus* — *scimus* vertit Aretinus, quasi εἴπερ ἔχοιμεν scriptum legisset.

ὥσπερ ἄλλοτε] Dicitur apud Atticos saepius εἴπερ ἄλλοτε. Deinceps verba λανθάνει γὰρ — γινόμεναι omisit Aretinus, qui μετάβασις vertit *corruptio;* unde Camerarius suspicabatur in ejus libro fuisse scriptum ἡ ἐξαπάτη vel ἥδε πλάνη. Camotiana habet λανθάνει γὰρ ἡ δαπάνη. et Victorius in versione habet *fallit enim sumtus*, in annotatione vero posuit *migratio a legibus.* Vetus Interpres *praevaricatio* (Versoris

exemplum *principio*) dedit et pro μετάβασις *seditio*. Equidem orationem concinniorem fore puto, si scribamus ὥσπερ γὰρ τὰς οὐσίας, — οὕτω λανθάνει ἡ μετάβασις διὰ τ. etcet. Potest tamen etiam vulgata ferri. Quid μετάβασις discrepet a παρεκβάσει, facile apparet; haec enim est partium singularum innovatio, illa totius mutatio. Giphanius inepte utrumque vocabulum *detrimentum* interpretatur.

2. ὥσπερ ὁ] Lambinus οἷόσπερ malebat, quod ipse etiam praefero vulgatae scripturae.

καὶ πάντα] Camotiana πάντων, quod ferri non potest; quanquam Camerarius, si scribatur εἰ ἑκάστου μικρὸν καὶ πάντων, fieri orationem concinniorem, putaverit. Is nimirum Camotianae lectionem tantum norat, rectam scripturam Victorianae et Isingr. ignorabat. Exemplum pertinet ad acervum vel soritem dictum, sophisticum interrogationis genus.

πρὸς τὸ πλῆθος συγκειμένοις] Aretinus: *quae finguntur quodammodo et adumbrantur ad populum*: Victorius: *quae tegendi pravum suum consilium gratia adversus populum ab inimicis excogitata sunt.* Ramus *sophismatis ad circumveniendum populum confictis et excogitatis*; Lambinus *quae captiose et callide ad multitudinem fallendam comparantur;* Giphanius *quae capiendi causa adversus plebem sunt instituta.* Quae ratio mihi unice vera videtur; quoniam deinceps πολιτειῶν σοφίσματα dicuntur; igitur non sunt proprie demagogorum fraudes, uti putabat Camerarius, quas ait supra esse demonstratas, nimirum in caussis mutationum et conversionum publicae rei. Victorius improbata hac ipsa interpretatione censebat intelligi eum locum, qui est in libro quarto, ubi demonstratur, quibus potissimum in rebus hi exerceant suam malitiam, significaturque ipsas numero quinque esse. Recte etiam Giphanius monuit respicere Aristotelem ad locum libri 4, 13. ubi est: ἔτι ὅσα προφάσεως χάριν ἐν ταῖς πολιτείαις σοφίζονται πρὸς τὸν δῆμον πέντε τὸν ἀριθμόν.

3. Ἔστι δὲ ὁρᾷν] Lambinus cum Isingr. Sylburgiana, vetere Interprete et Giphanio Ἔτι praeferunt; ille vertit: *Praeterea intelligendum est:* hic *praeterea videndum.*

τὰς μὲν μὴ μετέχοντας τῷ] Expectabat lector τοῖς μὲν μὴ μετέχουσι referenda ad antecedens διὰ τὸ εὖ χρῆσθαι. Sed copulavit accusativum cum sequentibus τῷ μὴ ἀδικεῖν. Igitur comma post μετέχοντας vulgo positum sustuli.

ἡγεμονικὰς] *qui ceterorum duces esse possent in discordiis* Victorius, *praestantiores ipsorum* Aretinus, *qui sunt ad principatum apti* Lambinus, *qui principatu digni sunt* Ramus, *principes eorum* Giphanius.

πρὸς αὐτὰς δὲ — ὁμοίων] Hoc est alterum membrum orationis respondens illi priori, quod incipit τὰς μὲν μὴ μετέχοντας. Deinceps ὁμοίους Camerarius interpretatur *pares dignitate, id est in sua civitate nobiles et principes viros.*

4. δυναστείας — δυνάσται] Victorius *dynastias — potentes* vertit, Aretinus *potentias — potentes.* Lambinus, Ramus et Giphanius vocabulum graecum tenuerunt. Sunt quos Xenophon Hellenic. 4, 4, 5. vocat τὰς ἐν δυνάμει ὄντας. Idem Cyrop. 3, 1, 16. jungit ἀνδρείᾳ, ἱππικῷ, πλουσίῳ, δυνάστῃ ἐν πόλει de privatis loquens. Iterum Hellenic. 7, 1, 42. ἐνδυναστεύει ὁ Ἐπαμινώνδας, ὥστε μὴ φυγαδεῦσαι τὰς κρατίστας μήτε πολιτείαν μεταστῆσαι· i. e. auctoritate sua perficit Epaminondas. Cf. Wesseling. ad Diodorum p. 599. Denique ex illo postremo membro ἢ οἱ τὰς μεγίστας ἔχοντες — ἄρχωσι apparet, ut puto, δυναστείαν supra sect. 8. Capitis 6. non esse de democratia interpretandam, sed potius de oligarchia adstrictiore.

5. διὰ χειρῶν ἔχουσι μᾶλλον] *magis reipublicae prospiciunt* Victorius vertit, *vigilantius intendunt ad reipublicae custodiam* Aretinus, *accuratius ambabus ut ita dicam manibus atque adeo mordicus retinent statum reipublicae* Lambinus, *diligentius vigilantiusque custodiunt* Ramus, *magis tractant* Giphanius omnium pessime, *majore cum diligentia administrando omnia, rempublicam gerunt accuratius* Camerarius. Comparat H. Stephanus in Thes. Gr. L. locum Thucydidis 2, c. 13. τά τε τῶν ξυμμάχων διὰ χειρὸς ἔχειν. quod Scholia interpretantur recte δι' ἐπιμελείας ἔχειν. Plutarchi Praec. Polit. p. 173. H. καὶ τοῦτο χρὴ διανοούμενον ἔχειν τὰ δημόσια διὰ χειρός. Hinc verbum διαχειρίζειν ductum est. Simile illud Cicero-

nis ad Diverf. I, 10. *inimicum meum fic amplexabantur, fic in manibus habebant, fic fovebant, fic me praefente ofculabantur.*

καταλύωσιν] *remittant* Victorius, *dissolvant* cum Aretino Lambinus, *non deferant custodiam* Giphanius. Dicitur ut καταλύειν ἄσκησιν, τέχνην, latine *desinere artem*. Aristophanes καταχειμάζειν τὴν φυλακὴν dixit.

παρειληφέναι] Victorius *antequam corripiat etiam hos (contentio)*; Aretinus *et qui extra contentiones funt, eos antecapere*: Lambinus *priusquam in contentionem incidunt*. Ramus *cavendum est ne reliqui cives fefe ad eorum contentiones aggregent*. Giphanius recte: *antequam et ipfos implicent*.

6. πρὸς τὸ παρελθὸν κατὰ τοῦτον χρόνον] Aretinus *ac praefens tempus ad praeteritum conferre. Nam in quibusdam civitatibus cenfus agitur annuatim*. Vetus verfio teftante Victorio omifit verba κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον. Lambinus fimiliter omifit cum Giphanio. Ramus *communis ac praefentis cenfus amplitudinem cum praeterito cenfu comparare*, fere ut Aretinus, quafi fcriptum legiffet τὸ πλῆθος κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον πρὸς τὸν παρελθόντα. Equidem verba fupervacanea fecludere cum Ramo, Heinfio, Conringio et aliis malueram, et deinceps auctore Lambino et affentiente Ramo et Conringio verba κατ᾽ ἐνιαυτὸν bis ponere, antequam infpexiffem ipfe veterem Interpretem, ubi laetabundus vidi, verba κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον hic omiffa, ftatim deinde poft κατ᾽ ἐνιαυτὸν inferta recte legi, ut in Sepulvedae verfione. Quare non dubitavi verba tria transponere. Ceterum Giphanius comparavit locum Xenophontis de Republica Athenienfium 3. fect. 5. ubi αἱ τάξεις τοῦ φόρου, tributi defcriptio et ordinatio quinto quoque anno facta dicitur ab Athenienfibus. Pertinebat illa defcriptio ad focios infulares imperio Athenienfium vi fubjectos.

πολλαπλασίωσιν] Debet effe a verbo πολλαπλασιόω, quod in Platonis Republ. 7. c. 8. extat. Solenniores funt formae πολλαπλασιάζω, et πολλαπλασιασμὸς vel πολλαπλασίασις. In Platonis quidem Reip. libro 9. p. 272. pro πολλαπλασιώσει liber Parif. dat πολλαπλασιάσει.

6. *εὐπορίας δὲ νομίσματος*] Vetus interpres *τιμήματος* scriptum reperit et *honorabilitatis* vertit. Sepulveda *νομίσματος* ut superfluum damnavit; verum abesse non posse, nisi *εὐπορίας* in *εὐετηρίας* mutare malueris, facile judicabit lector comparato loco supra 5. f. 11. *πολλάκις τὸ ταχθὲν πρῶτον τίμημα πρὸς τοὺς παρόντας καιροὺς ὥστε μετέχειν — εὐετηρίας γιγνομένης δι' εἰρήνην ἢ δι' ἄλλην τινὰ εὐτυχίαν, συμβαίνει πολλαπλάσιυ γίγνεσθαι τιμήματος ἀξίας τὰς αὐτὰς κτήσεις.* Parit enim ubertas annonae pecuniae et divitiarum copiam *εὐπορίαν νομίσματος*, itaque pretia possessionum et agrorum, quibus census aestimatur, augentur.

7. *ἐκείνας*] Si facultates privatorum valde creverint, censusque primam descriptionem excesserint. Ita recte Victorius.

καὶ μοναρχία] Omisit cum Camotiana Aretinus vetus Interpres et Sepulveda. Deinceps *μακρὰς καὶ πολυχρ.* eadem Camot. habet.

βραχυχρονίους καὶ] Sic vulgatum *ταχὺ* cum Lambino et Ramo correxi. Jam ante Sepulveda vertit *quam ad breve tempus magnos*. Vestigium veri latet in versione vetere, ubi est *quam breviter magnos*.

8. *καὶ μάλιστα μὲν*] Aretinus *maxime vero*. Camotiana nempe *καὶ* omittit. Sequens *παραστάσεις* vetus Interpres vertit: *sequestres facere stationes ipsorum* ubi Thom. *sequestratas* habet: Aretinus *clientelas* vertit, quasi *προστάσεις* scriptum legisset; Victorius *amandationes longiores extra fines*, Lambinus *eos peregrinari jussos e civitate summovere:* Ramus *procul ab urbe summovendus et relegandus erit:* Giphanius *facere ut ipsi urbe discedant*. Heinsius similiter *exilium aut relegationem* posuit. Camerarius ait *παράστασιν* hoc loco praesentis animi vehementiam significare, ejusque metu censere Aristotelem liberandam civitatem ablegando nimium potentes et opulentos: ita Polybio dici *παραστατικὴν διάθεσιν* ferociam libro 2. Vel *παραστάσεις* nunc quoque praesentium obversationes velle removeri, sicut usurpari hoc nomen supra libro 1. dixerat. Ad librum 1. Camerarius p. 65. de hoc loco ita censuit: *in quinto autem libro potentiores ablegandos, ut honesto nomine absint, et illam obversationem prae-*

sentium in peregrinationem convertendam esse censet. Budaeum is ibi sequi dubitavit, qui exilium interpretatus erat ex Hesychio, qui Παράστασις, φυγή, καὶ τὸ φυγαδεῦσαι παραστήσασθαι, ad quem locum laudant interpretes Spanhemium ad Juliani p. 139. Equidem cum Camerario sentio et ablegationem aliquam honesto nomine factam vel ad exercitum et bellum gerendum vel ad legationem obeundam intelligi censeo. Παραστήσασθαι enim est aliquem semovere vel amandare vel ad munus aliquod obeundum vel in exilium mittendo. Additum enim vocabulum ἀποδημητικῶς relegationis suspicionem omnem excludit.

ἐπισκοπουμένην] Aretinus elegantius: *qui sit quasi in specula velut ad mores civium intuendos.* Talem instituit Solon Areopagiticum senatum Athenis.

τὸ εὐημεροῦν] Aretinus *et si quid excellat elatumque sit in civitate, per partes observare.* Victorius *cujus res valde secundae sunt partem.* Lambinus *partem civitatis prosperitate vitae et fortuna secunda exsultantem et ferocientem vicissim cavere:* Ramus *si qua pars in civitate secundis rebus insolescat, studiose consideranda et observanda est.* Giphanius *parti, quae praeter caeteras floreat, adhibenda est cautio.* Vide Addenda.

τούτου δ' ἄκος] Aretinus *cujus remedium est.* Victorius item et Ramus addito *mali,* et Lambinus addito *primum,* Giphanius *cujus rei medicina.* Supra fuit ἄκος τοῦ μὴ γίγνεσθαι similiter. Euripides Helenae 1061. σωτηρίας δὲ τοῦτ' ἔχει τὶ νῶν ἄκος; Est igitur ἄκος etiam remedium, quod adhibetur ad imminens malum et periculum cavendum vel avertendum.

ὡς, ἐὰν οἴωνται] Vetus Interpres ὥστε scriptum vertit *quare si putant.*

10. ἐνδέχοιτο γὰρ ἄν·] Haec signo parentheseos addito seclusi Lambino praeeunte; ceteri haec verba cum sequentibus male copularunt. Sequens ἀμφοτέρους erunt fortasse qui in ἀμφότεροι mutatum velint. Interim post βούλονται apposui comma. Postea ἔσται Aretinus vertit *accidit.*

11. Τοῦ μὲν οὖν — παράδοσις] Intellige ἕνεκα τοῦ. Aretinus vertit: *editio fiat a civibus omnibus pecuniarum suarum.* Igitur scriptum παρὰ πάντων τῶν πολιτῶν legit.

ἀντίγραφα] Fuit is, qui ἀντίγραφα perscribebat, ἀντιγραφεὺς dictus, teste Polluce. Victorius apposuit locum Ciceronis pro Flacco c. 19. de Temno Asiae: *Cum civitate mihi res est acerrima et conficientissima litterarum, in qua numus commoveri nullus potest sine quinque praetoribus, tribus quaestoribus, quatuor mensariis, qui apud illos a populo creantur.*

καὶ λόχους] Tribus descripta erat in λόχους et φρατρίας; saepius tamen in scriptoribus Atticis λόχου fit mentio, ubi de militia et delectu militari sermo est. φύλαρχος enim nomina civium, qui militarem aetatem habebant, in tabulis perscripta habebat et descripta per λόχους et φρατρίας. Hinc in historicis graecis fit mentio φυλῶν vel λόχων et λοχαγῶν, ubi pugna aliqua describitur.

καὶ μὴ μόνον] Vulgo deerat καὶ, quod ex versione Aretini et Victorii inserui. Lambinus malebat μὴ μόνον τῷ.

λανθάνει γιγνόμενον·] Haec ita explicat Giphanius: *Quod Athenis usitatum fuit, ubi ad sustinenda munera publica cives bona sua inter se permutare cogebantur etiam inviti.* (Haec ἀντίδοσις dicebatur.) *Atque ita saepe accidebat, ut ditissimus a tenuiore ad permutationem provocatus cogeretur vel munus tenuiori impositum suscipere, vel sua illi bona tradere. Et haec est occulta bonorum dividendorum et aequandorum ratio, de qua hic Aristoteles.*

κωλύειν λειτουργεῖν] Camot. Isingr. addunt λανθάνειν, quod nec vetus Interpres, nec Aretinus nec Victorius agnoscit. Lambinus e vetere libro ἀναγκάζειν inseri et κολούειν scribi voluit, itaque vertit: *iis, qui locupletium copias et opes imminuere ac decurtare volunt, eos cogere, ut muneribus publicis fungantur.* Sententia plane contraria! Damnavit verbum λανθάνειν etiam Camerarius et Sepulveda. Λαμπαδαρχία est, si quis sumtus facit in ludum vel de cursionem cum lampadibus, quam ipsam Attici λαμπάδα dicere solent. Judicium Aristotelis de sumtibus in ejusmodi munera publica factis extat apud Ciceronem de Officiis 2, 16, 6. ubi miror fuisse, qui Aristonis nomen substituere vellent.

12. ἢ σφῶν αὐτῶν] *si quis divitum eos contumelia affecerit, major poena est constituenda, quam si ipsi inter se idem*

feciſſent Aretinus. Victorius *ſi quis — hujuscemodi tenues homines contumelia vexarit, in hos majores poenas ſtatutas eſſe, quam ſi quempiam ordinis ipſorum.* Is ſcilicet ſecutus eſt diſtinctionem vulgarem ſed pravam τῶν εὐπόρων, εἰς τούτους μείζω quam latine ſcribentes non ſenſerunt viri docti; graece enim non dicitur ἐπιτίμια εἰς τούτους ἐστὶ, ſed τούτοις. Igitur comma poſt τούτους poſui; dicitur enim ὑβρίζειν εἴς τινα. Lambinus *ſi quis e numero locupletium eos contumelioſe laedat, graviores in illos poenae debent eſſe conſtitutae, quam ſi quis ex egentibus alterum egentem contumelia afficiat.* Poſtremo in membro is plane a vero aberravit! Nec melius Giphanius *ſi quis contumelioſe inſoleſcat, in hos majores poenae eſſe debent, quam ſi illorum ipſorum.* Ad poſtrema verba σφῶν αὐτῶν ſupplendum cenſeo εἴς τινα ὑβρίσῃ.

δόσιν — γένος] Prius vocabulum ad alienos, alterum ad cognatos et agnatos pertinet. Supra 2, c. 7. reprehendit Ariſtoteles Lycurgum, quoniam teſtamento alienis donare patrimonium non vetuerat.

13. προεδρίαν] *vel pares vel majores etiam partes* recte Ramus vertit, *aut pares aut potiores partes tribuere* Giphanius. οἱ ἐκ τῆς πολιτείας ſunt, qui alibi οἱ ἐν τῷ πολιτεύματι dicuntur et οἱ κύριοι τῆς πολιτείας, ut hic ἀρχαὶ dicuntur κύριαι τῆς πολιτείας, *in quibus jus auctoritasque reipublicae conſiſtit* Aretino.

14. χρὴ ποιεῖσθαι τὴν αἵρεσιν] Hanc ſcripturam Camotianae cum Aretino et Caſaubono vulgatae διαίρεσιν praetuli, quoniam ſtatim eadem dictio redit, ubi tamen Aretinus aliter ſcriptum legiſſe videtur; vertit enim *cujus facienda ſit electio.*

ἀστρατήγητος δὲ] Haec vulgo deſunt, ſed in Camotiana eſt ἀστρατηγήτας δὲ. in Iſingr. μὴ στρατηγικὸς δὲ, unde Sylburgius efficiebat noſtram ſcripturam; alteram probavit Camerarius. Omiſit etiam Sepulveda.

15. μετέχουσι, τῆς δ' ἐπιεικείας] Ad verbum μετέχουσι intellige πάντες. Deinceps τἀναντία habet Camotiana.

ἡ δ' ἐπιστήμη κοινὴ πᾶσιν] *ſcientia hujus* Aretino. Haec ſcientia eſt illa δύναμις τῶν ἔργων τῆς ἀρχῆς, annotante Camerario.

καὶ φιλία] Ita et Camotiana; deterius *φιλίας* ex Ilingr. Sylburgiana susceperunt Ramus, Heinsius et Conringius. Deinceps *συμφέροντα κατὰ δύο* vulgatum ex Camotiana correxi probante Conringio.

ὑπηρετοῦσιν] *suis utilitatibus non serviunt* Victorius, *sibi ipsis non obtemperant* Aretinus, *suae rationi suoque judicio non obtemperant* Ramus, *ne sibi ipsi quidem serviunt* Giphanius. Sequens *ἐνίους* posui pro vulgato *ἐνίοις*, quod ferri non poterat.

16. *μέγιστον στοιχεῖον*] Camerarius cum Victorio ex Isocrate ad Nicoclem comparavit locum: *ταῦτα γὰρ στοιχεῖα πρῶτα καὶ μέγιστα χρηστῆς πολιτείας ἐστίν.* Deinceps *ὃ δὴ λανθάνει* scriptum vetus Interpres reddidit *quod utique latet.*

17. *ἀποβαλεῖ*] Camotiana *ἀποβάλλει.* Deinceps verbum *ποιήσει* vulgo alieno loco intrusum post *ῥῖνα* retraxi, admonente etiam versione Victorii, Lambini, Giphanii. Eadem comparatione utitur Rhetoric. I. 4. *ὥσπερ καὶ ἡ γρυπότης καὶ ἡ σιμότης οὐ μόνον ἀνιέμενα ἔρχεται εἰς τὸ μέσον, ἀλλὰ καὶ σφόδρα γρυπὰ γιγνόμενα ἢ σιμὰ οὕτω διατίθεται τὴν ῥῖνα, ὥστε μηδὲ μυκτῆρα δοκεῖν εἶναι.*

συμβαίνει δὴ] Post longiorem parenthesin recte *δὴ* ponitur, quanquam Aretinus *δὲ* reddiderit. Sequens *ἄλλας* seclusi, admonente Victorio, et omisit Giphanius. Conringii *περὶ ταύτας πολιτείας* multo minus ferri potest.

18. *ἐστὶν ὡς ἔχειν ἱκανῶς*] Vulgatum *ἐστιν, ὥστ' ἔχειν* cum Sylburgio correxi: et vetus Interpres *est ut habere sufficienter.* Victorius vertit *fieri potest ut belle se habeat.* Aretinus *sufficientèr sese habere contingit.*

τῶν δημοτικῶν] Ita recte Victorius cum Aretino; quaedam Edd. antiquae habent *τὸν δημοτικὸν*, quod Camerarius in *τὸ δημοτικὸν* mutatum voluit.

φθείροντες τοῖς — νόμοις] Ante Victorium erat *τοὺς — νόμους*, quod ille ex Codd. et vetere versione correxit. Aretinus *dissolventes leges* vertit, Camerarius *nimis intendendo legum constitutionem corrumpunt illas et simul ipsam reipublicae formam pervertunt.* Lambinus *χαίροντες τοῖς νόμοις* maluit et vertit *legibus ad praestantiam et exsuperantiam accommodatis delectantur.* Ramus *qui de excellentia leges evertunt.*

Giphanius Victorium sequitur. Equidem ἐπιτείνωσι vel simile verbum malim.

19. ὅπως τὸ πλῆθος] Aretinus: *ut multitudinem dominam legum efficiant: ob id enim faciunt semper civitatem opulentis repugnantem.* Scriptum igitur legit: ὅπως τὸ πλῆθος κύριον τῶν νόμων ποιῶσι· διὰ γὰρ ποιοῦσιν ἀεὶ τὴν πόλιν μαχομένην τοῖς εὐπόροις. Ceterum brevitatis causa Aristoteles omisit alterius membri enarrationem, quoniam facile ex contrario democratiae exemplo intelligetur, quomodo peccetur in oligarchiis. Itaque non opus est Lambini supplemento: ἐν δὲ ταῖς ὀλιγαρχίαις, οἱ ὀλιγαρχικοί. Recte etiam monuit Conringius, haec ad integrandam sententiam totam non sufficere, sed pluribus verbis opus fuisse. Quae quidem omnia cum ex contrario democratiae exemplo facile a lectore attento intelligantur et assumantur, Aristoteles iis omissis praeceptum tamen ad utrumque exemplum accommodavit. Quare nec Conringii supplemento opus est in his δοκεῖν λέγειν ὑπὲρ (τῶν addidi de meo) εὐπόρων, ubi adjungi voluit τοὺς δημοτικοὺς, ut respondeat sequenti τοὺς ὀλιγαρχικούς. Equidem hoc ipsum ὀλιγαρχικοὺς referendum censeo ad membri prioris vocabulum οἱ δημαγωγοὶ, uti verba ἐν δὲ ταῖς ὀλιγαρχίαις respondent illis ἐν μὲν ταῖς δημοκρατίαις.

ὅτι ἂν ἔχω κακὸν] Aretinus *et consilio annitar ut male habeat:* quasi scriptum legisset ὅπως ἔχῃ κακῶς. Sequens ὑποκρίνεσθαι Victorius, Aretinus et ceteri omnes interpretes *simulare et fingere* interpretantur. Haud scio an rectius interpretemur *verbis et factis prae se ferre et ostendere.* Quanquam etiam infra est de regio imperio: τὰ δ' ἄλλα τὰ μὲν ποιεῖν τὰ δὲ δοκεῖν, ὑποκρινόμενον τὸ βασιλικὸν καλῶς.

21. γεγυμνασμένοι καὶ πεπονηκότες] *exercitati et laboribus firmati* Victorio, *gymnasiis laboribusque exercentur* Aretino, *exercitati laboribusque assuefacti* Lambino, *gravibus et duris laboribus exercentur* Ramo: Giphanius *exercentur et excoluntur,* et in annotatione male ponit haec duo verba idem valere et posita esse ἐκ παραλλήλου; quod minime est verum. Verum sensum reddidit Aretini versio.

22. καὶ εἰς ὃ χρήζων] *et ad quod glifcit* Aretinus, *et ad quod libido fert* Victorius, *et quo libido trahit* Lambinus, *ad quod vult, fertur* Ramus, *fuo commodo et libidini convenienter* Giphanius: Locum Euripidis in fabulis editis reperiri negabat Victorius; contra Camerarius ad h. l. ita: *vel* εἰς ὁ χρήζει, *fecundum veteris exempli quamvis inemendatam fcripturam. Vel intelligendum eft* ἐστὶν, *ut fit,* εἰς ὃ χρήζων ἐστὶ, *vel fortaffe verum eft* καὶ ὡς ὁ χρήζων. *Locus apud Euripidem hic extat in fabula cujus titulus* Ἱκέτιδες, *ubi Thefeus commendans laudando genus populare inter alia haec ait verfu* 438. *feqq.*

Τοὐλεύθερον δ' ἐκεῖνο· τίς θέλει πόλει
Χρηστόν τι βούλευμ' εἰς μέσον φέρειν ἔχων;
Καὶ ταῦθ' ὁ χρήζων λαμπρός ἐσθ', ὁ μὴ θέλων σιγᾷ.

Sed recte jam olim admonuit Victorius, verbum quidem illi loco fed fententiam minime eandem ineffe. Idem vir doctus demum eo delapfus eft, ut putaret Ariftotelem, cum auctoritatem Euripidis afferret, loquendi modum potius fpectaffe, faepius ufurpatum ab Euripide, velut in Iphigenia Taurica verfu 605. Oreftes ait ἡμᾶς δ' ὁ χρήζων κτεινέτω. Musgravius inter Fragmenta Euripidea ex hoc loco retulit locum ita fcriptum ὡς ὁ χρήζων. i. e. *bonus is qui vult!* (Editionis Lipf. T. II. p. 486.) Vetus Interpres vertit: *et ad quod abundat,* plane diverfam fcripturam fecutus.

δουλείαν] Locum Ciceronis pro Cluentio c. 53. pofuit Giphanius: *Legum miniftri magiftratus: legum interpretes judices: legum denique idcirco omnes fervi fumus, ut liberi effe poffimus.*

Ad Caput VIII.

3. δημιουργίας καὶ τὰς θεωρίας] *adminiftrationes et procurationes* Aretinus, *publica munera et facra minifteria* Victorius, *munera publica et reipublicae procurationes* Lambinus: *reipublicae curationem et cognitionem magiftratibus mandabant* Ramus, *imperia et magiftratus* Giphanius, qui in annotatione monet, alibi quidem certa magiftratuum genera his ver-

bis significari, hoc tamen loco universe summos quosque magistratus indicari videri. Camerarius etiam δημιουργοὺς publica munera interpretatur, monet tamen Dorienses hoc vocabulo proprie de magistratibus summis usos esse. Θεωροὶ qui fuerint, optime docet locus Plutarchi in Demetrio: οἱ Πυθῶδε καὶ Ὀλυμπίαζε τὰς πατρίους θυσίας ὑπὲρ τῶν πόλεων ἀπάγοντας ἐν ταῖς Ἑλληνικαῖς ἑορταῖς. Praeterea dicuntur ita, qui ad consulendum oraculum dei mittuntur, ut Theognis: τόρνου καὶ στάθμης καὶ γνώμονος ἄνδρα θεωρὸν εὐθύτερον χρὴ μεν, Κύρνε, φυλασσόμεναι etcet. De δημιουργίαις mirum videri potest, Aristotelem dorico vocabulo uti de summo aliquo magistratu, non nominata republica aliqua Dorica. Sed στρατηγιῶν καὶ δημιουργιῶν καὶ τῶν ἄλλων ἀρχῶν ἀμελήσας dicitur etiam Socrates in Apologia Socratis sect. 26. Apud Athenienses δημιουργοὺς Hesychius interpretatur δημάρχους, quos in locum Ναυκράρων Solonis Clisthenes induxerat, quorum munus describunt Harpocratio et Scholia ad Aristophanis Nubes versu 37. descripta a Suida et Eudocia. Quorum demarchorum auctoritas major esse debuit illis temporibus, quibus dispersi cives Attici per demos adhuc habitabant; nec memini apud historicos graecos in narrandis seditionibus et turbis popularibus demarchorum fieri mentionem, nisi forte apud Xenophontem Hellenicorum I, 7, 2. Tamen cum a Platone post στρατηγίαν commemoretur δημιουργία, debet non inter minimos magistratus fuisse δημιουργός. Sed vide dicta ad libri 4, c. 4, sect. 14.

4. τοῖς δὲ τὴν τῆς τιμῆς] Repete δύναμιν ad articulum τήν. At ita debebat etiam antea esse τοῖς μὲν τὴν τῆς βασιλικῆς ἀρχῆς.

ἐκ τῶν τιμῶν] Nescio vulgari sensu an politico honores id est magistratus dicat. De Phidone Argivorum tyranno praeter Herodotum 6, 27. et Pausaniam 6, 22. qui Olympiadi quartae assignat, vide Strabonem 8, p. 151. Sieb: cum interpretibus. Phidonem Corinthium, legislatorem antiquissimum supra 2, 6. commemoravit Aristoteles, quem puto esse, de quo Scholia Pindari ad Olymp. 13, 17. ἐπειδὴ Φείδων τις, Κορίνθιος ἀνὴρ, εὗρε μέτρα καὶ σταθμία. sed eadem ad versum 27.

ex Didymo, uti videtur, aliter docent ὅτι Φείδων ὁ πρῶτος κόψας Κορινθίοις τὰ μέτρον Ἀργεῖος ἦν. Quin ipse Herodotus l. c. inventorem mensurae Phidonem eundem putavit cum tyranno Argivorum esse. Insidias quas fecerit Corinthiis narrat Plutarchus in Narrat. Amator. p. 71. Hutt.

De Phalaridis initiis parum hodie constat. Himeraeos ut ab eo sibi caverent admonuit Stesichorus apud Nostrum Rhetor. 2, 20. De Panaetio, quem Aristoteles infra iterum nominat, tacet historia graeca. De reliquis nota omnia.

5. ἢ κατὰ γένος] Repete ἀρετήν. Atque hinc defenditur vulgata lectio loci supra sect. 2. καθ' ὑπεροχὴν τοιαύτης γένους, ubi Giphanius dubitabat, an τοιαύτης deleri debeat. Ex Heinsiana in Conringianam fluxit κατὰ γένος.

κτίσαντες ἢ κτησάμενοι] Zuingeriana et Conringiana editio κτίσαντες habent, nescio quo auctore. κτησάντες dedit Ramus.

6. Βούλεται δὲ ὁ βασιλεὺς] *Requiritur autem a rege* Victorius, *videtur rex custos esse natura* Lambinus, et in annotatione ait verborum sensum esse *debet rex custos esse.* Ramus *rex natura sua custos est:* Giphanius *solet autem rex vigilare:* Supra 2, 1. est: βούλεται ἤδη τότε πόλις εἶναι ὅταν αὐτάρκη συμβαίνῃ τὴν κοινωνίαν εἶναι τοῦ πλήθους. ubi vide.

εἰ μὴ τῆς ἰδίας ὠφελείας χάριν] Camotiana εἰ μή τις habet: unde Camerarius ita ad verba ὠφ. χάριν annotavit: *Quae scriptura si vera est, figuravit autor orationem ἐναλλαγῇ καὶ ἐλλείψει, hac sententia tyrannidi non sunt curae communia bona, seu nihil curat quicquam tyrannus, quod publicum est, nisi faciat hoc aliquis suae utilitatis causa.* Sepulveda τις deletum voluit.

πλεονεκτημάτων τὸ μὲν χρήματα] Gemina dicit πλεονεκτήματα, alterum χρήματα, alterum εἰς τιμήν; illud tyrannicum, hoc regium est. Statim apparet verba esse vitiosa, et χρημάτων scribendum esse; de quo me admonuit vetus Interpres *pecuniarum* vertens. Cf. dicenda ad Cap. 9, 17. infra.

7. τὸ τὸ τέλος] Victoriana et Zuingeriana τῷ τὸ τ. et deinceps καὶ τῷ τῷ πλήθει habent. Pro τρυφὴν Camotiana τροφήν. quod veterem interpretem Giphanius putat reddidis-

ſe: *ut ſumtus faciat in educando.* Equidem nihil ſimile reperi in verſione antiqua ſaepius memorata. Vitium correxit Sepulveda.

ἐκ τοῦ ἄστεος — διοικίζειν] Aretinus *vacuam habitatoribus civitatem facere.* Victorius *ſedibus ſuis exturbare.* Lambinus *alio ubi habitet relegare*, Ramus *e civitatis excellentiore parte propellere variisque locis diſſipare.* Giphanius *ex urbe pellenda et releganda.* Vetus Interpres verba κακοῦν τὸν ὄχλον vertit *ſuſpectam habere turbam*, ἐκ τοῦ ἄστεος *a munitione*, denique διοικίζειν *demorari in domo.* Diogenes Laertius in Periandro I, 98. οὗτος πρῶτος δορυφόρους ἔσχε καὶ τὴν ἀρχὴν εἰς τυραννίδα μετέστησε, καὶ οὐκ εἴα ἐν ἄστει ζῆν τοὺς βουλομένους, καθά φησιν Ἔφορος καὶ Ἀριστοτέλης. Concinit narratio Nicolai Damaſceni in Excerptis Valeſii p. 450. δορυφόρους εἶχε τριακοσίους, ἐκώλυέ τε τοὺς πολίτας δούλους κτᾶσθαι, καὶ σχολὴν ἄγειν, ἀεί τινα αὐτοῖς ἔργα ἐξευρίσκων· εἰ δέ τις ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς καθίζοιτο, ἐζημίου, δεδιὼς μήτι βουλεύοιντο κατ' αὐτοῦ. Pleraque haec inventa tyrannica tribuit Ariſtoteles Periandro hoc ipſo in libro extremo. Alia vide in Addendis.

Nunc de verbo διοικίζειν videamus, quod ſignificat unam illarum tyrannicarum artium, quibus diſſociare domoque et habitatione dirimere ſolent cives. Eandem in Mantineae urbis civibus, cum ex oligarchia ad democratiam ſtatum reipublicae redegiſſent, itaque Athenienſium partibus magis faverent quam Lacedaemoniorum, victores Lacedaemonii adhibuerunt, eosque ut antea non una in urbe habitare ſed per pagos diſperſos colere voluerunt. Quam rem cum narraret Xenophon Hellenic. 5, 2, 7. uſus eſt hoc eodem verſu καθῃρέθη μὲν τὸ τεῖχος, διῳκίσθη δὲ ἡ Μαντίνεια τετραχῆ, καθάπερ τὸ ἀρχαῖον ᾤκουν. Quod factum reſpicit etiam Plato in Convivio Cap. 16, 10. ubi Ariſtophanem inducit narrantem corpora humana olim fuiſſe integra et ſexu utroque membrisque ſexualibus praedita, deinde vero ob peccatum diviſa et ſexu diremta: νυνὶ δὲ διὰ τὴν ἀδικίαν διῳκίσθημεν ὑπὸ τοῦ θεοῦ, καθάπερ Ἀρκάδες ὑπὸ Λακεδαιμονίων. Sed dicitur etiam διοικίζεσθαι ἐκ Κολυττοῦ εἰς τὴν Φαίδρου οἰκίαν apud Lyſiam oratorem p. 902. de voluntaria mutatione habitationis.

9. πο-

9. πολυμερῆς, ἕκαστον αὐτῶν] Intellige tanquam sit scriptum πολλὰ μέρη ἐχούσης, ἕκαστον αὐτῶν, ut recte vertit Victorius.

διὰ τὸ προπηλακίσαι] Aretinus post διὰ interfertum γὰρ vertit, idemque post ὁ μὲν omisit, sequens vero ἐπηρεάσαι *compellatum*, Victorius *contemnere*, Lambinus *Harmodio stuprum inferre conati erant*: Ramus *Harmodiumque ipsum necavissent*: Giphanius *Harmodium damno affecissent*. Vetus Interpres προπηλακίσαι *propulsasse* et ἐπηρεάσαι *illusisse* vertit. Rem narrat Thucydides 6, 54. ex hoc vero Aristotelis loco Scholion Aristophaneum ad Acharn. versum 977.

ὁ μὲν γὰρ] Scholion Aristophaneum μὲν omittit. Aretinus vertit haec: *impetus in eos factus est ab Harmodio quidem*.

Ἐπιβέλευσαν] Plures insidiarum harum participes fuisse significare voluit plurali numero; Aretinus *insidiae factae sunt*. Rem brevius narravit supra c. 3, 6. ubi vide annotata.

10. Ἡ δὲ Φιλίππε] Victorius vertit *Philippi nex*. Proprie repetendum ex superioribus ἐπίθεσις. Deinceps vetus Interpres brevius vertit *sub Attalo*. Rem narrat Diodorus 16, 93. Plutarchus Alexandri c. 10. accuratissime Trogus Pompejus Justini 9, 6. his verbis: *Hic Pausanias primis pubertatis annis stuprum per injuriam passus ab Attalo fuerat: cujus indignitati haec etiam foeditas accesserat. Nam perductum in convivium solutumque mero Attalus non suae tantum verum et convivarum libidini velut scortum vile subjecerat, ludibriumque omnium inter aequales reddiderat. Hanc rem aegre ferens Pausanias querelam Philippo saepe detulerat. Cum variis frustrationibus non sine risu differretur, et honoratum insuper ducatu adversarium cerneret, iram in ipsum Philippum vertit ultionemque, quam ab adversario non poterat, ab iniquo judice exegit.*

Ἀμύντε — Δέρδα] Plures quidem utroque nomine viros historia graeca nominat, sed rem ipsam ignoramus, de qua loquitur Philosophus. Derdam aliquem nominat Thucydides I, 57. Xenophon Hellenic. 5, 2, 38. ubi vide annotata p. 287. καύχησ. εἰς τ. ἡλ. vertit vetus Interpres *insultavit ad staturam*.

Εὐνοῦχος — παρελέσθαι] Aretinus: *Eunuchus ab Evagora Cyprio, quod — elegerat.* Rem narrat Diodorus 15, 47. quem vide cum annotatione Wesselingii. παρελέσθαι *recusavit* vertit vetus Interpres.

[ὑπὸ] τῶν μονάρχων τινὰς] Praepositionem deesse monuerat Victorius; igitur inserui. Sed Aretinus haec quatuor verba omnia omisit.

11. Κραταίς] Nomen variatur scriptura inter Κρατίας, Κραταίας et Κρατεύας. Rem aliter narrat Plato Alcib. alterius sect. 7. ὅτι Ἀρχέλαον τὸν Μακεδόνων τύραννον τὰ παιδικά, ἐρασθέντα τῆς τυραννίδος οὐδὲν ἧττον ἤπερ ἐκεῖνος τῶν παιδικῶν, ἀπέκτεινε τὸν ἐραστὴν, ὡς τύραννός τε καὶ εὐδαίμων ἀνὴρ ἐσόμενος. κατασχὼν δὲ τρεῖς ἢ τέτταρας ἡμέρας τὴν τυραννίδα, πάλιν αὐτὸς ἐπιβουλευθεὶς ὑφ᾽ ἑτέρων τινῶν ἐτελεύτησεν. Quomodo regnum injuria occupaverit narrat idem in Gorgia p. 82. ed. Heindorfii. Cf. Aeliani v. h. 2, 21 et 8, 9. Wesselingii Diodorum 14, p. 671.

πρόφασις, διότι] Camotiana et Aretinus interserunt ἡ. Ceterum non audiendus est Giphanius, qui καίπερ ἐλάττω scribendum aut καὶ pro καίπερ positum esse censuit.

Σίρραν καὶ Ἀρράβαιον] Camerarii annotationi Ἀρριβαῖον praescriptum reperio; et Giphanius ita scribendum censuit, addens Suidam in vita Euripidis inter conjuratos Archelai etiam Arribaeum Macedonem commemorare. Quod quid sit, videbimus mox ad sect. 15. de Euripide. Schlosser recte comparavit locum Strabonis 7, p. 465. ed. Siebenk: Λυγκησταὶ ὑπ᾽ Ἀρραβαίῳ ἐγένοντο τῶν Βακχιαδῶν γένους ὄντι· τούτου δ᾽ ἦν θυγατριδῆ ἡ Φιλίππου μήτηρ τοῦ Ἀμύντου Εὐρυδίκη, Ἴρρα δὲ θυγάτηρ. Alterutro loco nomen vitium contraxit. Regem Epiri Ἀρρύμβα, Ἀρρόβαν memorant Diodorus, Plutarchus et Justinus, quod nomen idem cum Ἀρραβαίῳ esse videtur. Vide Addenda.

Ἐλιμείας] Camotiana Ἐλιβείας. Cf. dicta ad Xenophontis Hellenica 5, 2, 38. ubi Δέρδας Ἐλιμείας ἄρχων dicitur, et Amyntas Macedoniae rex memoratur.

τῷ υἱεῖ Ἀμύντᾳ] suone an regis Elimeae filio? Schlosserum video aperte falsum versione latina, dum filiam Archelai minorem natu collocat filio ejus Amyntae, de quo

fuerit antea ſermo. Interpretatio pendet a verbis ſequentibus *οἰόμενος καὶ τὸν ἐκ Κλεοπάτρας.* Aretinus enim ita vertit: *exiſtimans per hunc modum minime ſibi fore adverſaturum ex Cleopatra genitum.* Omiſit igitur copulam *καὶ*, ut ipſe Amyntas ex Cleopatra natus dicatur. Ita etiam Lambinus: *fore hoc pacto ut ille praeſertim ex Cleopatra natus minime a ſe diſſideret.* Giphanius: *ratus illum et Cleopatrae filium ſic minime ſibi adverſaturum.* Victorius: *putans ſic illum minime ſibi adverſaturum et natum e Cleopatra.* Recte Ramus: *ſperans illum cum Cleopatrae filio hac de re nullam contentionem facturum:* niſi quod inepte verba *ea de re* interſeruit. Itaque ſuſpicari licet Amyntam fratrem fuiſſe filii Archelai ex uxore Cleopatra nati; fratrum igitur contentionem et rixas cavere voluiſſe Archelaum collocata filia minore natu in matrimonio Amyntae filio. Quodſi Amyntas intelligatur filius regis Elimiae, tum aliam ejus cognationem et aemulationis cauſam cum filio Cleopatrae comminiſci oportet. Juſtinus 7, 4. ponit inter Macedoniae reges Amyntam Bubaris Perſae affinem, hujus filium Alexandrum Xerxis liberalitate amplum, deinde Amyntam, filium Menelai, fratris Alexandri. Hic ex Eurydice tres filios ſuſtulit Alexandrum, Perdiccam et Philippum Alexandri magni patrem, et filiam Euryноen; ex Gygaea autem Archelaum, Aridaeum, Menelaum. Succeſſit Amyntae filius natu maximus Alexander, qui fratrem Philippum obſidem Illyriis, deinde vero Thebanis dedit. Alexandro ejusque fratre dolis matris Eurydicae interfectis, ſucceſſit Philippus ab initio tutorem magis pupilli Perdiccae filii agens quam regem. Is Olympiadem Neoptolemi regis Moloſſorum filiam uxorem duxit, conciliante nuptias Arrymba rege Moloſſorum, fratre patruele Neoptolemi, altore virginis, qui ſororem ejus Olympiadis Troada in matrimonio habuit, quique deinde, ab affini Philippo hoc ipſo regno ſpoliatus, in exilio conſenuit. Regnum Arrymbae ereptum privigno ejus, Alexandro, Olympiadis fratri tradidit, quem antea ad ſtupri conſuetudinem pellexerat. Repudiata tandem Olympiade, Attali, de quo ſupra Ariſtoteles, ſororem in matrimonium recepit, et Cleopatram ex

Εὐνῦχε — παρελέσθαι] Aretinus: *Eunuchus ab Evagora Cyprio, quod — elegerat.* Rem narrat Diodorus 15, 47. quem vide cum annotatione Wesselingii. παρελέσθαι *recusavit* vertit vetus Interpres.

[ὑπὸ] τῶν μονάρχων τινὰς] Praepositionem deesse monuerat Victorius; igitur inserui. Sed Aretinus haec quatuor verba omnia omisit.

11. Κρατεύε] Nomen variatur scriptura inter Κρατέας, Κραταίας et Κρατεύας. Rem aliter narrat Plato Alcib. alterius sect. 7. ὅτι Ἀρχέλαον τὸν Μακεδόνων τύραννον τὰ παιδικά, ἐρασθέντα τῆς τυραννίδος οὐδὲν ἧττον ἤπερ ἐκεῖνος τῶν παιδικῶν, ἀπέκτεινε τὸν ἐραστήν, ὡς τύραννός τε καὶ εὐδαίμων ἀνὴρ ἐσόμενος. κατασχὼν δὲ τρεῖς ἢ τέτταρας ἡμέρας τὴν τυραννίδα, πάλιν αὐτὸς ἐπιβουλευθεὶς ὑφ' ἑτέρων τινῶν ἐτελεύτησεν. Quomodo regnum injuria occupaverit narrat idem in Gorgia p. 82. ed. Heindorfii. Cf. Aeliani v. h. 2, 21 et 8, 9. Wesselingii Diodorum 14, p. 671.

πρόφασις, διότι] Camotiana et Aretinus interserunt ἡ. Ceterum non audiendus est Giphanius, qui καίπερ ἐλάττω scribendum aut καὶ pro καίπερ positum esse censuit.

Σίρραν καὶ Ἀῤῥάβαιον] Camerarii annotationi Ἀῤῥιβαῖον praescriptum reperio; et Giphanius ita scribendum censuit, addens Suidam in vita Euripidis inter conjuratos Archelai etiam Arribaeum Macedonem commemorare. Quod quid sit, videbimus mox ad sect. 13. de Euripide. Schlosser recte comparavit locum Strabonis 7, p. 465. ed. Siebenk: Λυγκησταὶ ὑπ' Ἀῤῥαβαίῳ ἐγένοντο τῶν Βακχιαδῶν γένους ὄντι· τούτου δ' ἦν θυγατριδῆ ἡ Φιλίππου μήτηρ τοῦ Ἀμύντου Εὐρυδίκη, Ἴῤῥα δὲ θυγάτηρ. Alterutro loco nomen vitium contraxit. Regem Epiri Ἀῤῥύμβαν, Ἀῤῥύβαν memorant Diodorus, Plutarchus et Justinus, quod nomen idem cum Ἀῤῥαβαίῳ esse videtur. Vide Addenda.

Ἐλιμείας] Camotiana Ἐλιβείας. Cf. dicta ad Xenophontis Hellenica 5, 2, 38. ubi Δέρδας Ἐλιμίας ἄρχων dicitur, et Amyntas Macedoniae rex memoratur.

τῷ υἱεῖ Ἀμύντᾳ] suone an regis Elimeae filio? Schlosserum video aperte falsum versione latina, dum filiam Archelai minorem natu collocat filio ejus Amyntae, de quo

fuerit antea sermo. Interpretatio pendet a verbis sequentibus οἰόμενος καὶ τὸν ἐκ Κλεοπάτρας. Aretinus enim ita vertit: *existimans per hunc modum minime sibi fore adversaturum ex Cleopatra genitum.* Omisit igitur copulam καὶ, ut ipse Amyntas ex Cleopatra natus dicatur. Ita etiam Lambinus: *fore hoc pacto ut ille praesertim ex Cleopatra natus minime a se dissideret.* Giphanius: *ratus illum et Cleopatrae filium sic minime sibi adversaturum.* Victorius: *putans sic illum minime sibi adversaturum et natum e Cleopatra.* Recte Ramus: *sperans illum cum Cleopatrae filio hac de re nullam contentionem facturum*: nisi quod inepte verba *ea de re* interseruit. Itaque suspicari licet Amyntam fratrem fuisse filii Archelai ex uxore Cleopatra nati; fratrum igitur contentionem et rixas cavere voluisse Archelaum collocata filia minore natu in matrimonio Amyntae filio. Quodsi Amyntas intelligatur filius regis Elimiae, tum aliam ejus cognationem et aemulationis causam cum filio Cleopatrae comminisci oportet. Justinus 7, 4. ponit inter Macedoniae reges Amyntam Bubaris Persae affinem, hujus filium Alexandrum Xerxis liberalitate amplum, deinde Amyntam, filium Menelai, fratris Alexandri. Hic ex Eurydice tres filios sustulit Alexandrum, Perdiccam et Philippum Alexandri magni patrem, et filiam Eurynoen; ex Gygaea autem Archelaum, Aridaeum, Menelaum. Successit Amyntae filius natu maximus Alexander, qui fratrem Philippum obsidem Illyriis, deinde vero Thebanis dedit. Alexandro ejusque fratre dolis matris Eurydicae interfectis, successit Philippus ab initio tutorem magis pupilli Perdiccae filii agens quam regem. Is Olympiadem Neoptolemi regis Molossorum filiam uxorem duxit, conciliante nuptias Arrymba rege Molossorum, fratre patruele Neoptolemi, altore virginis, qui sororem ejus Olympiadis Troada in matrimonio habuit, quique deinde, ab affini Philippo hoc ipso regno spoliatus, in exilio consenuit. Regnum Arrymbae ereptum privigno ejus, Alexandro, Olympiadis fratri tradidit, quem antea ad stupri consuetudinem pellexerat. Repudiata tandem Olympiade, Attali, de quo supra Aristoteles, sororem in matrimonium recepit, et Cleopatram ex

Olympiade natam nuptai dat Alexandro, quem Epiri regem fecerat, cujusque iram occupare voluit data filia. Quas ipsas nuptias cum ludis celebraret, a Pausania Philippus est occisus. Ex Cleopatra susceptum filium, memorat Justinus 9, 7. ubi filiam in sinu matris interfectam ab Olympiade narrat, matremque ipsam ad suspendium compulsam. Fratres ex noverca genitos Archelaum, Aridaeum et Menelaum a Philippo occisos narrat Justinus 8, 3. Verum Cleopatra haec huc non pertinet; et in regibus Macedoniae enumerandis Justinus lacunam fecit. Contra veram nominat Plato in Gorgia l. c. ubi natales Archelai enarrat. Fuit enim Archelaus nothus filius Perdiccae ex serva Alcetae, fratris Perdiccae, natus, qui non solum hunc ipsum Alcetam cum filio Alexandro dolo occidit, sed fratrem etiam, Perdiccae et Cleopatrae germanum filium septem annos natum, cujus tutelam gerebat, puteo injectum interfecit. De hac igitur Cleopatra loqui Aristoteles videtur. Sed quis sit ὁ ἐκ τῆς Κλεοπάτρας, filius Cleopatrae natus, scilicet post illum, quem tutor Archelaus septennem interfecerat, nondum constat.

ἀφροδισιαστικὴν χάριν] Monuit Victorius de usu verbi χάρις et χαρίζεσθαι a poetis et prosaicis scriptoribus adhibiti de consuetudine venerea cum maribus et feminis.

12. οὐ κατῆγεν] *pulsum patria non reduxit* recte Victorius, male Aretinus *deducebat*. Historiam ignoramus. Vide Addenda ad 5, 5, 9.

Πάρων — καὶ Ἡρακλείδης] Invitis libris omnibus Victorius admonente Fabio Benevolentio posuit Πύθων, quod nomen alterius fratris habet Demosthenes contra Aristocratem p. 659. Diogenes 3, 46. Plutarchus c. Colot. p. 629. ed. Reiskii. Addo Plutarchi Praec. Politic. p. 181. Hutten. καὶ Πύθων ἐπὶ τῷ Κότυν ἀποκτεῖναι θαυμαζόμενος καὶ τιμώμενος ὑπὸ τῶν Ἀθηναίων. Vetus Interpres *Pireon* habet in exemplo Versoris, *Paron* Thomae. Causam caedis nemo edidit. Cotyos regnum occupavit Philippus rex, arbiter inter filios diffidentes advocatus, teste Justino 8, 3. Victorii exemplum deserui cum Sylburgio, Ramo, Heinsio et Conringio. De Adamante nihil aliunde cognitum habemus.

15. ἐνεχείρησαν] Camotianae ἐνεχείρισαν correxit etiam Camerarius. Verum dedit Victoriana. Aretinus vertit *impetum fecerunt.*

Πενθιλίδας] Vulgatum Πενθαλίδας (*magistratus* vertit Aretinus) in vitiosius Πενταλίδας mutarunt Ramus, Heinsius, Giphanius et Conringius, cum Isingr. dedit Sylburgius. De Penthilidis, Orestae posteris, qui Peloponneso ejecti ab Heraclidis, Lesbo imperarant, egregie docuit Gallus *Meziriac* in Commentario ad Ovidii Heroid. T. II. p. 373. ubi veram nominis scripturam docuit a Penthilo ducti. Πενθίδαι in Plutarcho de Solertia animal. p. 205. vitiose nominantur. Idem septem ἀρχηγέτας coloniae Lesbum deductae cum octavo duce Echelao nominat in Conviv. Sap. p. 49. Πενθίλου filiam, sororem Draconis, in matrimonio habuit Pittacus Mitylenaeus tyrannus teste Diogene I, 81. qui superbiam ejus notat. Penthilum stirpis auctorem Orestae nothum filium dicit Pausanias 2, 18. eundem facit Lesbiae coloniae auctorem 3, 2, 1. Grain vero filium Echelati, filii Penthili, auctorem coloniae in Aeolidem Asiae deductae. Strabo 13, p. 872. Γρᾶιν et Ἀρχέλαον vocat. Pausanias praeterea 5, 4, 2. Penthili filium Damasiam, hujus vero Agorium commemorat, iterumque 7, 6, 2.

Σμέρδις] Victoriana et Zuingeriana Σμέρδης. Nostrum cum Camotiana praetulit Sylburgius, Lambinus, Heinsius, Ramus, Conringius. De hoc non magis constat quam de Megacle. Verbum ἐξελκυσθεὶς pedibus tractum interpretatur Victorius, qui comparavit locum Nicomacheorum 7, 6, καὶ ὁ ἑλκόμενος ὑπὸ τοῦ υἱοῦ, παύεσθαι ἐκέλευε πρὸς ταῖς θύραις· καὶ γὰρ αὐτὸς ἑλκύσαι τὸν πατέρα μέχρις ἐνταῦθα. Rem ipsam ignoramus.

Δεκάμνιχος] Suidas sub nomine Euripidis haec habet: ἐτελεύτησε δὲ ὑπὸ ἐπιβουλῆς Ἀρριδαίου τοῦ Μακεδόνος καὶ Κρατεύα τοῦ Θεσσαλοῦ ποιητῶν. ὄντων καὶ φθονησάντων αὐτῷ, πεισάντων τε τὸν βασιλέως οἰκέτην κύνας ἐπαφεῖναι αὐτῷ. ubi Codex a Kustero comparatus scriptum habebat: οἰκέτην Λυσίμαχον, δέκα μνῶν ἀγορασθέντα, τοῦ βασιλέως, οὓς αὐτὸς ἔτρεφε, κύνας ἐπαφεῖναι. Alibi Suidas servum regis qui canes poetae immiserit, Pro-

merum nominat. Sed miror Kustorum, qui non inspexerit et comparaverit vitam Euripidis a Michaele Moschopulo concinnatam, ubi haec eadem ita traduntur: ἐτελεύτησε δ᾽ ἐξ ἐπιβουλῆς Ἀῤῥιδαίου τοῦ Μακεδόνος καὶ Κρατεύα τοῦ Θετταλοῦ ποιητῶν αυτων καὶ φ. αὐτῷ, καὶ πεισάντων τὸν βασιλέως οἰκέτην ὄνομα Λυσίμαχον, δέκα μνῶν ἀγορασθέντα, τὰς βασιλικὰς, ἃς αὐτὸς ἔτρεφε, κύνας ἐπαφεῖναι τῷ Εὐριπίδῃ. Hic est Aridaeus vel Ἀῤῥιδαῖος, quem in Aristotelis loco sect. 11. vulgato nomini Ἀῤῥαβαῖος substitui voluit Giphanius falso nominans inter conjuratos contra Archelaum. Auctor enim is, quem Suidas exscripsit et Moschopulus (sive hic Suidam potius excerpsit) Arrhidaeum et Crateuam Euripidis occisores facit, praeterea poetas, Euripideae gloriae aemulos et invidos, Macedonem alterum, alterum Thessalum. Quas ineptias quis ferat? Sed nondum satis metamorphoseon. Decamnichus Aristotelis mutatus est in Lysimachum, pretio minarum decem emtum. Statim apparet etymologiam nominis Δεκάμνιχος (a δέκα, μναῖ) secutum esse auctorem fictionis. Ita graece δεκαμναῖος et δεκάμνους dicitur, a quo formam diminutivam Δεκάμνιχος ductam voluit homo ineptus. Crateuam autem ridicule in poetam vertit, qui fuisse videtur homo summo genere natus, qui quidem filiam Archelai in matrimonio petere sit ausus. Aridaeus si est idem, quem Arrhabaeum dicit Aristoteles, ex hominis inepti fabula conjicere licet, eundem socium fuisse caedis Archelai; praeterea narratio Philosophi satis docet, hominem fuisse nobilem vel adeo regio genere natum vel regem. Decamnichum quidem servum regis fuisse, probabile fit ex genere poenae, quod dedisse dicitur.

ἐχαλέπαινεν — τοῦ στόματος] Narrationem attigit Stobaeus Serm. 39. p. 237. Εὐριπίδης ὀνειδίζοντός αὐτῷ τινος, ὅτι τὸ στόμα δυσῶδες ἦν, πολλὰ γὰρ, εἶπεν αὐτῷ, ἀπόῤῥητα ἐγκατεσάπη. Barnesius in vita Euripidis, ut poetae sui famam tueretur, narrationi Aristotelicae fidem abrogare voluit, nugatores vocans auctores et qui eos temere sequantur. Contra nugas illas narrationis de auctoribus caedis Euripideae tam manifestas, quas antea monstravi, ne verbo quidem tetigit; quin

ipse falso posuit Euripidem una cum Archelao, vel eodem tempore fuisse occisum.

14. *τῶν αἰτίων*] Ineptam scripturam *αἰτιῶν* contra monitum Camerarii et Sylburgii repetierunt tamen Ramus, Heinsius, Conringius.

ἐκρέμασεν οὐ κελεύσαντος] Ctesias Persic. c. 29. Diodorus 11, 69. Justinus 3, 1. narrant Xerxem ab Artapano cupido imperii interfectum; quo facto Artaxerxi, ad quem imperium pervenerat, persuadere conatur patrem fuisse a fratre Dario occisum. Igitur Darius etiam occiditur. Deinde ipsi Artaxerxi facit insidias in societatem assumto Megabyzo, qui consilium regi prodit, simulque auctorem necis patris et fratris indicat. Hinc ipse Artapanus cum filiis occiditur. Si Philosophus ad hanc historiam respicit, difficilis est loci interpretatio, nec egregius Wesselingius ad Diodorum divinabat, quo haec brevius dicta spectarent. Lambinus emendationem proposuit hanc *οὐκ ἐκρέμασε κελεύσαντος Ξέρξου — ἀμνημονοῦντι*, eamque versione expressit: *quod eum in crucem agere a Xerxe jussus ei non paruisset, existimans fore, ut ille sibi ignosceret tanquam oblito propterea quod coenabat.* Lambinum secutus est Giphanius in versione, probante Conringio, et Schlosserus. Ramus aliter: *qualis fuit Artapanis in Xerxem conjuratio, ne ob Darii, quem Xerxis injussu cruci suffixerat, necem, poenas dare cogeretur, quamvis speraret regem ipsum sibi veniam daturum velut ejus facinoris immemorem, quia convivam illum coenis acceperat, supplicii tamen metu commotus interemit.* Heinsius diverse: *Nam injussu Xerxis id fecisse dicebatur, timebatque ne delicto ejus rei ignosceret, offensamque ex animo deleret vel propterea, quod epulo exceptus postea ab eo esset.* Sed omnes hae rationes pugnant cum verbis graecis, pugnant cum historia, qualis extat apud scriptores nominatos. Recte vero Victorius interpretatur: *quod Darium laqueo interemisset non mandante id Xerxe ipso, sperassetque eum sibi veniam daturum, oblitum, mandassetne id annon, quia ea de re sermo fuerat inter pocula.* In verbis graecis omnis difficultas et obscuritas est in eo, quod verbum adjunctum nullum legitur nomini *Ξέρξου*, nec in proximo ad-

eſt, quod repeti poſſit, niſi poſtrema illa periodi antecedentis: ἀνῃρέθησαν, οἱ δὲ ἐπιβουλεύθησαν. quorum neutrum commode repeti poteſt, vel propterea, quia lectori optio in hiſtoria tam breviter narrata dari nec poterat nec debebat. Igitur verbum excidiſſe puto. Quod ſi fuerit Ξέρξῃ ἐπεβούλευσεν, omnia ſtatim clara et lucida fiunt. Artapanus enim dicitur iram et vindictam Xerxis timuiſſe, ſi reſciviſſet Darium non ſolum injuſſu ſuo, ſed innocentem etiam ob calumnias Artapani fuiſſe ab hoc interemtum. Xerxen igitur nominavit, quem alii Artaxerxen; quod fieri multoties a ſcriptoribus graecis notum eſt. Vulgo tamen interpretes omnes intelligunt verbum aliquod, quod necandi ſignificationem habet. Cauſam eandem obſcuritatis habet ſequens etiam locus, ubi οἱ δὲ διὰ καταφρόνησιν poſtulant adjiciendum ἐπιθέσεις vel ἐπιβουλαί; ſequitur tamen ὥσπερ Σαρδανάπαλον, ubi intelligere oportet ἔκτεινε vel ſimile verbum.

ἰδών τις] Arbacem Medum nominari ab hiſtoricis monuit Camerarius. Sequentia ita ſcripta vel quaſi ita ſcripta vertit Aretinus ὁρῶν καὶ αὐτὸν ἀεὶ μεθύοντα τούς τε πολίτας οὕτως ἔχοντας. Sane verba οὕτως ἔχοντας videntur reſpicere ad μεθύοντα antecedens; ſed ſtructura τούς τε — καὶ uſitata ſuadet, ut vulgatum ordinem tueamur.

15. Σεύθης] Xenophon Anab. 7, 2, 32. Μήδοκον vocat regem, in Hellenic. 4, 8, 26. eſt Ἀμάδοκος, ubi videbis adſcripta.

Ἀριοβαρζάνῃ] Xenophon Cyrop. 8, 8, 4. ὥσπερ Μιθριδάτης τὸν πατέρα Ἀριοβαρζάνη προδούς. quod exemplum ſi reſpexit Ariſtoteles, miror patris mentionem omiſſam.

θράσος ἐστί] i. e. parit audaciam, ut Camerarius. Contra Giphanius θάρσος malebat animos et ſpiritus majores interpretatus.

16. Τῶν δὲ] Vulgatum τε corrigenti Sylburgio non paruerunt Editores, quanquam vetus Interpres Aretinus et Victorius *vero* verterint.

ὥσπερ κἂν — περιττῶς] Aretinus: *ut ex re geſta memorabili atque egregie famam ac celebritaem nominis conſequantur* Aretinus in brevius omnia contrahens. Victorius *quemad-*

modum aliud quodpiam eximium factum — susciperent. Ramus *hi vero veluti munere quodam majore et excellentiore moti.*

17. οἷς ἀκολουθεῖν] *adesse* vertit Aretinus recte, ceteri *comitari.* Deinceps Aretinus *non facile quidem fieri in multis.* Ceterum μέλλῃ durum est inter duos plurales positum medium.

ὡς ὅπῃ περ ἂν] Aretinus *quantumcunque progredi posset.* Victorius *quocunque progredi potuerit.* Lambinus *quoquo progredi posset :* Ramus *quocunque progredi posset :* Giphanius *quo vel cunque posset progredi vel pervenire.* Ad antecedens ὡς intelligendum ὄν, quod potuit excidere post ἱκανόν.

18. Συρακούσιοι] Post ejectum Thrasybulum per annos ferme LX. libertatem consecuti servarunt usque ad Dionysii tyrannidem ἄλλας πολιτείας τυραννουμένας ἢ φρουρὰς ἐχούσας ἐλευθερώσαντες ut ait Diodorus libro XI. monente Camerario.

19. Ἔνια δ' ἐξ αὐτῆς] Repete τρόπον φθείρεται ἡ τυραννίς. Male Camotiana ἐξ αὐτοῦ dedit. Vetus Interpres *Aliquando autem ex se ipsa —' qui circa Gelonem* vertit.

οἰκείων συστησάντων] *domestici vero ac necessarii per factionem repugnabant* Aretinus : *cum autem necessarii coiissent* Victorius, *conspirassent* Lambinus et Giphanius, *domestici autem quamvis conjurabant non quidem ut tyrannis funditus evelleretur, sed ut Thrasybulus tolleretur, attamen turbatis cum rebus velut idoneum tempus nacti una omnes expulerunt* Ramus. Verum συστήσαντες οἱ οἰκεῖοι non sunt conspirantes; hi enim sunt συστάντες, ut paulo postea recte cives Syracusani οἱ συστάντες dicuntur. Est igitur συστῆσαι h. l. res ita ordinare et componere, uti consiliis Thrasybuli obviam iretur.

οἱ δὲ συστάντες αὐτῶν] Recte Camerarius cives Syracusanos intelligit, et κατ' αὐτῶν scribi jubet. Altera enim ejus conjectura ἄλλοι δὲ συστάντες αὐτῶν minus bene difficultatem expedit. Aretinus tamen vertit *alii inter haec conspirantes eam occasionem nacti.* Victorius *hi facto agmine suorum.* Ceterum de Gelonis filio aliunde non constat, nec de ratione conjurationis contra Thrasybulum factae.

21. τοῖς θυμοῖς] *excandescentiae parere* Victorius, *ut ira deferantur* Aretinus. *irae pareant atque obsequantur* Lambinus. *ira autem inprimis inflammantur homines, si contumeliam acceperint* Ramus. *ut iram sequantur sive ei indulgeant* Giphanius. Equidem putabam ad verbum ἀκολουθεῖν intelligi vocabulum τὴν ὀργήν. Si philosophus enim voluisset nos intelligere τοῖς θυμοῖς dictum pro ira, statim subjecisset τοὺς ὑβρισθέντας; nunc vero sequitur διὰ τὴν ὕβριν. Animus vel θυμὸς est sedes irae et quaecunque sunt cupiditates violentiores. Pro συμβαίνει vetus Interpres σημαίνει scriptum reperit et vertit *significat*.

ἀλλὰ μᾶλλον τὸ μῖσος] Ingeniosa est Schlosseri conjectura, haec ita interpretanda esse, ut repetas χρῆται λογισμοῖς. Itaque media sunt veluti per parenthesin dicta accipienda.

τῆς τε ὀλιγαρχίας] Intellige αἰτίας τῆς φθάρσεως vel καταλύσεως; *evertendae* recte addidit versio Lambini et Rami. Sequens διαιρεταὶ non expressit Aretinus *tyrannides quaedam* ponens. *dijunctae et dividuae* Lambinus, *exiguo intervallo distinctae* Ramus. *dijunctae* Giphanius.

22. ἀπαρτίζειν] Vetus Interpres *ut correspondeat:* Aretinus *ut se possint attollere:* Victorius *ut adaequetur ad:* Lambinus *ut imperii — dignitati sit par et aequalis:* Ramus *ut amplitudinem — virtute pari ac dignitate tueatur.* Giphanius *ut imperii magnitudinem et dignitatem exaequet.*

23. ἐγίνετο] Aretinus *est* vertit, item Victorius, Lambinus, Ramus, Giphanius, Heinsius. Videntur igitur omnes γίγνεται probasse. Deinceps βασιλεία est in Camotiana, sed βασιλεὺς vertit etiam Aretinus.

Ad Caput IX.

[δῆλον] ὡς] Omissum ab Aretino vocabulum seclusi, quod Aristoteles sic inserere non solet. ὡς pertinet ad sequens εἰπεῖν. Vitium vidit etiam Conringius, qui καθόλου non inepte censuit scribendum.

κύριοι — αὐτοί τε] Ex nomine βασιλείας intelligendi οἱ βασιλεῖς.

ἡ περὶ Μολοττοὺς] Justinus 17, 3. *Molossorum primum in ea regione* (Epiro) *regnum fuit. Post Pyrrhus Achillis filius, amisso per absentiam Trojanis temporibus paterno regno, in his locis consedit, qui Pyrrhidae primo postea Epirotae dicti sunt. — Primus* (Arrybas Athenas antea erudiendi gratia missus) *itaque et leges et senatum annuosque magistratus et reipublicae formam composuit, et ut a Pyrrho sedes, sic vita cultior populo ab Arryba statuta* De hoc regno et serie regum docet etiam Plutarchus in vita Pyrrhi et Pausanias I, 11. seqq.

εἰπεῖν] Plutarchus Lycurgi c. 7. de Theopompo hoc: ὃν καί φασιν ὑπὸ τῆς ἑαυτοῦ γυναικὸς ὀνειδιζόμενον, ὡς ἐλάττω παραδώσοντα τοῖς παισὶ τὴν βασιλείαν ἢ παρέλαβε, Μείζω μὲν οὖν, εἰπεῖν, ὅσῳ χρονιωτέραν. Idem ad principem indoctum p. 118. Reiskii, p. 90. Hutten: ὀνειδιζόμενος ὑπὸ τῆς γυναικὸς, εἰ τοῖς παισὶν ἐλάττονα παραδώσει τὴν ἀρχὴν ἧς παρέλαβε, Μείζω μὲν οὖν εἶπεν, ὅσῳ καὶ βεβαιοτέραν. Giphanius comparavit locum Lampridii de Alexandro Severo: *Cum ei objicerent nimiam civilitatem et Mammaea mater et uxor Memmia ei saepe dicerent; molliorem tibi potestatem et contemtibiliorem imperii fecisti, ille respondit, sed securiorem et diuturniorem.*

2. Ἔστι δὲ ταῦτα πάλαι] Aretinus: *Sunt autem haec illa perniciosa, quae supra retulimus omni conatu a tirannis fieri:*

πάντα φυλάττειν] Camotiana πάντα omisit. Verbum sequens *cavere* vertunt Aretinus, Victorius et reliqui interpretes; quod est φυλάττεσθαι. At hic forma est activa, itaque *diligenter observare* interpretor.

φρόνημα] Aretinus *intelligentia*, Ramus *prudentia*, Victorius recte *spiritus magni*, Giphanius *animi magni*, Lambinus minus bene *spiritus feroces*. Sequentia Aretinus vertit *neque scholas neque conventus aliquos scholasticos:* Victorius *neque ludos litterarum neque alios conventus otiosorum hominum coll.* Lambinus *neque coetus eruditos neque alios conventus otiosos:* Ramus cum Giphanio *neque scholas neque alios oblectandi otii causa liberos conventus.* Equidem σχολὰς de conventibus in λέσχαις et similibus in locis agitatis intelligo.

3. τοὺς ἐπιδημοῦντας] Vetus Interpres *praefectos populi*, Aretinus *satellites*, Ramus *satellites et tyrannidis ministri in publicum prodeuntes ante oculos omnium perpetuo versentur et pro foribus obambulent:* Aretinum reprehendit Victorius, ipse vertens: *et peregrinos semper in aperto esse*. Sequentia tamen καὶ διατρίβειν περὶ θύρας ad cives refert; eumque transitum et subitum et durum ait esse. περὶ θύρας esse dictionem a Graecis, veluti Xenophonte in Cyri disciplina et alibi, de Persarum institutis regiis usurpatam, idem recte admonuit. Lambinus rectius *cives qui non absunt peregre*, Giphanius *qui domi remaneant*. Sed ita difficile est ad intelligendum, quomodo cives omnes, qui peregre non abierint, possint semper in foribus palatii versari. De principibus Persarum hoc traditur a Xenophonte et aliis, non de omni civium genere.

οἱ ποταγωγίδαι καλούμενοι] Vulgatum αἱ ποταγωγίδες καλούμεναι cum Sepulveda et Budaeo correxi. Victorius locos duos Plutarchi in Dionis vita c. 28. et de Curiositate p. 522. Reisk. p. 147. Hutt. ipse comparavit quidem, ubi genere masculo dicuntur hi delatores (προσαγωγεῖς vel προσαγωγίδαι) nihilo tamen magis Budaeo assentitur, sed utitur exemplo Catilinae, qui teste Sallustio mulieres sibi adsciverat, quarum opera uteretur non solum in consiliis virorum sibi prodendis, verum etiam in virilis audaciae facinoribus exequendis. Deinde ipsum Aristotelem inferius inter tyrannorum instituta et instrumenta nominare mulieres, quarum opera domestica facta et consilia prodantur. Victorio assentiri videtur Wesseling ad Diodorum 11, p. 455. Verum Aretinus vertit: *hi qui deductores nuncupantur*. Et mulierum opera versatur tantum in principum virorum consiliis et factis exquirendis; ad populares conatus indagandos opus est virorum curiositate. Hesychius denique genus masculum probat, ubi ait: ποταγωγίδας, συκοφάντας, ἢ τοὺς κατὰ τῆς ἀρχῆς τι λέγοντας ἢ πράττοντας. quanquam glossa sit manca, res tamen ipsa intelligi potest. At ecce vetus Interpres non solum vulgatum αἱ ποτ. καλούμεναι in suo libro scriptum habuit, sed orationem etiam ita continuatam καὶ οἱ ὠτακουσταί,

ὡς ἐξέπεμπεν Ἱέρων. Quae scriptura diligenter consideranda. Dicitur ita Hiero Syracusis opera ποταγωγιδῶν et ὠτακουστῶν simul usus esse.

ὠτακουσταὶ] Eodem nomine usus Plutarchus de Curiositate Darium ait primum habuisse ejusmodi delatores per imperium Persarum dispositos.

4. διαβάλλειν ἀλλήλοις] Camerarius malebat ἀλλήλους et comparabat e Platonis republica: μὴ διάβαλλε ἐμὲ καὶ Θρασύμαχον, ne committas me cum Thrasymacho. Aretinus alterum καὶ post σύγκρουσιν omisit.

ὅπως ἦτε φυλακὴ] Vulgatum μήτε cum Victorio correxi, probante Giphanio. Vulgatum interpretantur quidam cum Sepulveda: *ne cives si consilium in tyrannum inierint, militem conducere possint, qui contra tyrannum praesidio ipsis sit.* Alii vero: *paupertate civium id effici, ut tyranno non sit necesse alere praesidium, sed absque eo possit secure inter cives versari, ut pauperes et infirmos.* Utraque vero ratio plane abhorret a consuetudine tyrannidis et viribus civium a tyrannis oppressorum.

πρὸς τῷ καθημέραν ὄντες] Vulgatum τὸ ex Camotiana correxi, *et illi quotidianis molestiis occupati* Aretinus vertit, Victorius *in cotidiano victu parando occupati.* Giphanius recte comparavit locum Platonis de Republ. 8. p. 230. οὐκοῦν καὶ ἵνα χρήματα εἰσφέροντες πένητες γιγνόμενοι πρὸς τὸ καθ' ἡμέραν ἀναγκάζωνται εἶναι καὶ ἧττον αὐτῷ ἐπιβουλεύωσιν. ubi similiter scribendum πρὸς τῷ.

Κυψελιδῶν] Suidas sub hac voce posuit locum Theophrasti e libro περὶ καιρῶν hunc: ἐοίκασι δὲ καὶ αἱ πυραμίδες ἐν Αἰγύπτῳ καὶ ὁ τῶν Κυψελιδῶν Κολοσσὸς καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα τὴν αὐτὴν καὶ παραπλησίαν ἔχειν διάνοιαν (πρὸς τὸ μὴ ὑπάρχειν ἐφόδιον τοῖς ἐπιβουλεύουσιν.) De pyramidibus sensit cum Aristotele Herodotus libro secundo. Κυψελιδῶν ἀνάθημα memoravit etiam Plato Phaedri p. 215. ad quem locum vide Scholion Ruhnkenianum et annotationem Heindorfii.

Ὀλυμπιοῦ] Non necesse est Ὀλυμπιείου scribere cum viro docto in Miscell. Observ. Belg. VII, p. 74. De Olympio

hoc a Piſiſtratidis coepto Vitruvius in Praefatione libri VII. ad quem plura dixi.

τῶν περὶ Σάμον — Πολυκράτεια] *Polycratis opera quae Sami ſunt* Victorius, *et Policratis opera circa Samum* Aretinus, *et opera Samia a Polycrate facta* Lambinus, *et Samia Polycratis opera* Ramus, *et opera ſeu monimenta in Samo Polycratia* Giphanius. Hae verſiones omnes graeca accurate non reddiderunt, quae ſi non ſunt vitioſa, pluribus tyrannis tribuit Ariſtoteles monumenta illa Samia, quae vulgo Polycratis nomen gerebant. Herodotus 3, 60. tria Samiorum opera maxime miranda enarrat, ſed Polycrati non attribuit. Plinius praeterea 34, c. 8. labyrinthum Sami a Theodoro Samio factum obiter memorat, nulla Polycratis mentione facta.

5. καὶ ἡ εἰσφορὰ τῶν τελῶν] Valde vereor, ut hic locus ſit ſanus. τέλη enim ab εἰσφοραῖς diverſa ſunt; nec exemplum appoſitum inter ea eſt, quae in Oeconomicis de Dionyſio commemorantur. Aretinus vertit: *Haec enim omnia fuerunt inſtituta ad otium et quietem populorum tollendam et ad inducendam paupertatem per tributorum penſionem, ut etiam Siracuſis factum eſt! Dionyſio enim eam civitatem tenente contigit Siracuſanos — cunctas facultates ſuas in ſolvendis tributis conſumſiſſe.* Victorius: *Et collatio pecuniae.* Lambinus: *Ejusdem generis eſt et tributorum collatio vectigaliumque penſitatio.* Ramus: *Exactio etiam tributorum eodem referenda eſt;* Giphanius *vectigalium quoque collatio — ut Dionyſio omne patrimonium contribuerint.* Camerarius *impendium tributorum.* Giphanius memorat exemplum ſimile Cypſeli ex Suida in loco ſupra laudato, ubi ex Agaclyto ſcriptore haec narrantur: φασὶ γὰρ τὸν Κύψελον εὐξάμενον, εἰ Κορινθίων τυραννήσειε, τὰς οὐσίας πάντων εἰς δέκατον ἔτος ἀνιερώσειν, τὰς δεκάτας τῶν τιμημάτων εἰσπραξάμενον κατασκευάσαι τὸν σφυρήλατον κολοσσόν. Idem noſter narrat in libro ſecundo Oeconomicorum: Κύψελος ὁ Κορίνθιος εὐξάμενος τῷ Διΐ, ἐὰν κύριος γένηται τῆς πόλεως, τὰ ὄντα Κορινθίων πάντα ἀναθήσειν, ἐκέλευσεν αὐτοὺς ἀπογράψασθαι· ἀπογραψαμένων δὲ τούτων τὸ δέκατον μέρος παρ' ἑκάστου ἔλαβε, τοῖς δὲ λοιποῖς ἐκέλευσεν ἐργάζεσθαι. Περιελθόντος δὲ τοῦ ἐνιαυτοῦ, τὸ αὐτὸ ἐποί-

σιν· ὥστε συνέβαινεν ἐν δέκα ἔτεσιν ἐκείνῳ τε ἅπαντα ἔχειν, ἅπερ ἀνήρωσε, τούς τε Κορινθίους ἕτερα κεκτῆσθαι. Hic idem modus est, quo Dionysius hic in Siculos usus esse dicitur, sed multo acerbior, quoniam is quintam opum partem in tributo exegisse traditur. Verum uti supra dixi locum hunc mihi lacunosum videri, ita exemplum Dionysio tributum ad Cypselum pertinere suspicor, numero annorum vitiato, cum librarius notam ε alteri ι substituisset. Causam suspicionis jam supra edidi; cui non adversatur comparatio loci Theophrastei quem Suidas superioribus subdidit his verbis: Ἕτεροι δ' εἰς ἀνδραποδιστικὰ καταδαπανῶντες, οἷον στρατοὺς ἐξάγοντες καὶ πολέμους ἐπαναιρούμενοι· καθάπερ καὶ Διονύσιος ὁ τύραννος· ἐκεῖνος γὰρ οὐ μόνον ᾤετο δεῖν τὰ τῶν ἄλλων καταναλίσκειν, ἀλλὰ καὶ τὰ αὑτοῦ, πρὸς τὸ μὴ ὑπάρχειν ἐφόδιον τοῖς ἐπιβουλεύουσιν. Tum sequitur exemplum pyramidum Aegyptiarum et Cypselidarum colossus. Sed omissa est narratio de Dionysii exactionibus pecuniariis tributorum, quae non videntur discrepasse ab iis, quas Aristotelis Oeconomica narrant. Ceterum ridicule Schlosserus hunc locum ita vertit, quasi Dionysius opes suas quinque annorum spatio omnes ex civium Syracusanorum tributis confecisset.

πολεμοποιός] Plato Politiae 8. πολέμους τινὰς ἀεὶ κινεῖ, ἵν' ἐν χρείᾳ ἡγεμόνος ὁ δῆμος ᾖ.

– αὐτὸν καθελεῖν] Haec omisit Camotianus, Isingr. et vetus versio. *cum subvertere* Aretinus vertit, *ipsum delendi* Victorius, *tyrannidem evertere* Lambinus, *tyrannum tollere* Ramus, *nocere tyranno* Giphanius.

τοῖς φίλοις] Hos Plato l. c. vocat τοὺς ξυγκατακτήσαντας καὶ ἐν δυνάμει ὄντας.

6. γυναικοκρατία] *nimia potestas feminarum* Victorius, *potentia mulierum domi* Aretinus, *mulierum potentatus in domibus* Lambinus, *mulierum in sua cujusque familia potestas viros accusandi et criminandi* Ramus, *domestica mulierum imperia* Giphanius. De eadem re est infra 6, 4. extremo: ἔτι δὲ καὶ τὰ τυραννικὰ κατασκευάσματα δημοκρατικὰ δοκεῖ πάντα· λέγω δὲ οἷον ἀναρχία τε δούλων, (αὕτη δ' ἂν εἴη μέχρι τοῦ συμφέροντος) καὶ γυναικῶν καὶ παίδων, καὶ τὸ ζῆν ὅπως τις βούλεται παρ-

ορῶν. Scilicet democratia ipsa est causa licentiae feminarum atque omnino disciplinae domesticae et publicae dissolutae. Mutata vero democratia in tyrannidem, abutitur tyrannus feminarum licentia et libidine ad exploranda virorum secreta consilia; atque hinc emergit γυναικοκρατία, quam inter tyrannidis notas Plato omisit.

δούλων ἄνεσις] Aretinus *manumissio*, Victorius et Giphanius *servorum indulgentia*, Lambinus *remissius vitae genus*, Ramus *servorum libertas et licentia*. Licentia servorum (ἄνεσις) democratiae et tyrannidi communis est, manumissio vero et armatio tyrannidi peculiaris. De hac Plato l. c. τοὺς δούλους ἀφελόμενος τοὺς πολίτας ἐλευθερώσας τῶν τε περὶ ἑαυτὸν δορυφόρων ποιήσασθαι. De licentia vero servorum in democratia Atheniensi queritur Xenophon de Rep. Atheniensium I, 10. testatur etiam locus Demosthenis Philipp. 3, p. 111.

βούλεται εἶναι] *studet esse* Victorius, *monarchi similitudinem quandam gerit* Lambinus, *solet esse* Giphanius. Camerarius comparat locum Aristophanis Equitum versu 1111; ὦ Δῆμε, καλήν γ' ἔχεις ἀρχήν, ὅτι πάντες ἄνθρωποι δεδίασί σ', ὥσπερ ἄνδρα τύραννον.

ἢ οὐ κολακεύουσιν] Haud scio an οὐ rectius absit. Vetus Interpres *si non adulentur*. Scriptum igitur legit εἰ οὐ κολ. Sequens proverbium Suidas ita posuit ἧλῳ τὸν ἧλον ἐκκρούεις, — ἀντὶ τοῦ, ἁμαρτήματι τὸ ἁμάρτημα σπεύδεις ἐξελάσαι.

7. ὡς τοὺς μὲν πολεμίους] Intellige ὄντας, ut recte monuit Camerarius. Verba οὐθὲν ἐλλείπει μ. Aretinus vertit *nec quicquam omittunt pravitatis*, quasi ἐλλείπουσι scriptum legerit, *nihil autem inde pravitatis abest* Victorius, *sed nullum eis improbitatis genus abest* Lambinus, *non bona quidem per se vel honesta, imo vero potius cum omni probitate et scelere conjuncta* Ramus. *Nihil autem abest improbitatis* Giphanius. Miraberis Conringii annotationem hanc: *Haec verba possent commode abesse. Si autem toleranda sunt, necessum est, quaedam deesse etsi pauca.* *Nec enim simpliciter verum est, nihil improbitatis abesse ab illa ratione conservandae tyrannidis: utique enim in universum debent tyranni abstinere a contumelia*

et

et similibus injuriis. Vides, virum doctum sed graece non satis peritum a sensu verborum plane aberrasse. Verba enim ista οὐθὲν — μοχθηρίας non per se consistere possunt, sed sunt conjuncta cum illis ταῦτα — τυραννικὰ μὲν καὶ σωτήρια. igitur sine damno et sententiae et concinnitatis omitti non possunt. Adjecit autem ea Philosophus, ne quis forte perniciosa ista tyrannidis servandae remedia sibi probari existimaret.

8. Τρίτον δ' ἀδυναμία] Oblitus coeptae structurae στοχάζονται τριῶν, ἑνὸς μὲν — δευτέρου posuit nunc τρίτον ἀδυναμία, quod debebat esse τρίτου δὲ ἀδυναμίας. Sed similes mutationes structurae saepius jam vidimus in his libris.

9. [Εἰς οὓς — φρονοῦσιν] Iterantur ea breviter, quae modo sunt explicata, de tribus veluti scopis consiliorum et praeceptorum tyranni. Ita ad h. l. Giphanius. Merito tamen quaeras, cur iterentur? cur ordine praepostero? cur verbis mutatis iisque deterioribus et a re alienis? denique cur statim repetantur ea, quae proximo in loco dicta sunt, quaeque ipsa priorum συγκεφαλαίωσιν continent? Cui bono haec duplex dictorum συγκεφαλαίωσις? Si me quidem audis, altera et quidem posterior Grammatico debetur; in margine adscripta deinde ab incauto librario translata fuit in contextum. Inepte autem Grammaticus ὅρους dixit, quae Philosophus εἴδη; deinde ὑποθέσεις vocavit tria illa, ὧν στοχάζεται ὁ τύραννος; postea βουλήματα τυράννων nominavit, quae potius βουλεύματα dicenda erant. Denique inepta est et mendica verbi ἀνάγεται repetitio in illo ἀναγάγοι τις ἄν. Itaque non dubitavi haec omnia secludere.

10. ὁ δ' ἕτερος] Pendent haec ab initio sect. 2. ubi prior ratio incipit. Ceterum recte monuit Giphanius hanc eandem rationem proposuisse Platonem in Epistola ad Dionis propinquos p. 157. καὶ νῦν δ' ὅγ' ἐμὸς λόγος ἂν εἴη ξύμβουλος τυράννῳ παντί, φεύγειν μὲν τοὔνομά τε καὶ τοὔργον τοῦτο, εἰς βασιλείαν δὲ, εἰ δυνατὸν εἴη, μεταβαλεῖν. δυνατὸν δὲ, ὡς ἔδειξεν ἔργῳ σοφὸς ἀνὴρ καὶ ἀγαθὸς Λυκοῦργος· et quae sequuntur. — Deinceps ἑνὸς φυλάττοντα μόνον scriptum legit et vertit vetus Interpres.

τὸ βασιλικὸν] Camotiana τὸν βασιλικόν. *regiam personam simulant* Victorius vertit, *imitando regium imperium* Giphanius.

11. μήτε δαπανῶντα δωρεάς]. Huic membro respondet alterum λόγον τε ἀποδιδόντα. Deinceps εἰς ante δωρεὰς deesse puto; Victorius etiam vertit *neque pecuniam absumentem in largitionibus*. Ita etiam Lambinus et Giphanius. Contra vitavit difficultatem Aretinus vertens *non effundentem largitiones tantas*. Similiter Ramus qui τῶν κοινῶν *reipublicae* inepte vertit. Vetus Interpres *neque expendat*.

πονούντων γλίσχρως] Lambinus non inepte ζώντων γλίσχρως corrigi voluit; contra Sylburgius λαμβάνειν γλίσχρως interpretatur exigere nimis ad unguem et accurate. Victorius *minuta mercede accepta magnopere laborantibus*: Aretinus *laborantibus in sua tenuitate*; Giphanius *labore et opera victum tenuiter parante*. Ramus ita elusit: *quae civium labori atque operi misere et indigne subtrahit et suffuratur*. Vetus Interpres *laborantium assidue*. Sequens καὶ τεχνίταις omisit Aretinus, artifices scenicos interpretatur Victorius et Ramus, histriones Giphanius; nimis anguste.

εἶναι δόξειεν] Vulgatum δόξει propter antecedens ἂν correxi: et antiquus Interpres *utique videbitur* vertit.

12. καὶ συμφέρει] Conringius copulam deleri voluit; nec ego ejus usum intelligo. Deinceps ἐπιθεῖντο Camotiana, quae postea ὑπολαμβάνειν dedit pro ὑπομένειν, quod interpretari conatus est Camerarius.

καταλιπεῖν ἀθροίσαντας] Intellige χρήματα. Locum Xenophontis in Hierone 6, 11. comparavit Giphanius, qui recte monuit totum eum libellum pertinere ad hoc et antecedens caput illustrandum.

λειτουργίας] *sumtuosa munera* Victorius, *reditus et impensas* Aretinus, *tributa et munerum publicorum functiones* Lambinus, *tributa et vectigalia* Ramus, *collationes et tributa* Giphanius.

13. ἔστι δὲ τοιοῦτον] Interpretatur, quid velit esse τὸν σεμνόν. Scripturam Camotianae vulgatae ἔτι substitui. Solus tamen Ramus mecum sentit vertens: *Praeterea se non diffi-*

cilem et insolentem sed constantem et gravem fingat, quod hinc efficietur, si qui ad illum eteet.

ἀλλὰ τῆς πολιτικῆς] Intellige πειϑεσϑαι ἀρετῆς ἐπιμέλειαν. Quidam male politicam scientiam interpretati sunt.

14. τοῦτο δρῶσι] Ex verbis ἀπολαύσεις τὰς σωματικὰς repetendum τὸ ἀπολαύειν. Deinceps τότε φαίνεσϑαι scriptum vertit vetus Interpres.

15. τῶν πάλαι λεχϑέντων] Giphanium miror, qui ait, non recte quosdam haec reddere *ea quae supra sunt dicta*. cum vertendum sit: *ea quae olim vel antiquitus sunt dicta sive usitata.* Ipse igitur in versione posuit *quae olim feruntur.* et supra sect. 2. ἔστι δὲ τά τε πάλαι λεχϑέντα vertit *sunt autem vetera ad tyrannidis salutem.*

δεισιδαίμονα — ἀβελτηρίας] Prius vocabulum sensu bono dicitur pietas et reverentia deorum; cui si vitium accesserit hominis stultitia et stoliditas, quae est ἀβελτηρία, superstitio dicitur. Vetus Interpres *deicolam* et ἀβελτηρίαν *insipientiam* vertit.

16. ἀγαϑοὺς περί τι] qui valde laudati sunt in aliquo studio, eximie peritos artium aliquarum, Victorius interpretatur, comparans Sophocleum σὺ ταῦτ' ἄριστος εὑρίσκειν ἔφυς et ex Apollonio ἐσϑλὸς μὲν ἐπιπροφανέντας ἐνίσπειν οἰωνοὺς, ἐσϑλὸς δὲ συνιφράσσασϑαι ἰέσιν. Deinceps Conringius suspicabatur scribendum ὑπὸ τῶν ἀρχόντων, πολιτῶν αὐτονόμων ὄντων, quod interpretatur: *ut existiment non magis honorari sese posse a magistratibus, etsi cives ipsi fuerint liberi.* Quasi in liberis civitatibus magistratus, non populus, congregatus, praemia et honores distribuissent. Denique Camotiana ὄντων omisit.

κολάσεις δὲ ἑτέρων] Comparat Giphanius Xenophontis Hieronem 9, 3. et Cyrop. 8, 1, 18. et 8, 2, 27.

17. σώματα [κολάσεως] καὶ] Concinnitas postulabat etiam in altero membro ut adderetur vocabulum, quod responderet illi κολάσεως; quod cum vidisset Aretinus, vertit *ne in corpus flagris neve in aetatem libidine insultet.* Vetus Interpres *quae in corpus flagellationem* vertit. Verum equidem prius κολάσεως a grammatico additum suspicor, ideoque

seclusi. Ceterum Giphanius recte comparavit dictionem similem supra διὰ τὸ καυχήσασθαι εἰς τὴν ἡλικίαν αὐτοῦ.

τὴν — εἰς τὰ χρήματα ὀλιγωρίαν] Victorius vertit *se namque parvi duci in spoliatione bonorum graviter ferunt avari: contemptum vero qui ab ignominia proficiscitur, non ferunt ambitiosi*. Sequenti ἀτιμίαν accommodavit prius εἰς τὰ χρήματα interpretatus *spoliationem bonorum*. Comparabo locum simillimum 5, 8, 6. διὸ καὶ τῶν πλεονεκτημάτων τὰ μὲν χρημάτων τυραννικά, τὰ δ' εἰς τιμὴν βασιλικὰ μᾶλλον. ubi vitium librorum editorum omnium χρήματα admonitus a vetere Interprete correxi. Contrarium hic Aristoteles significare volens ὀλιγωρίαν usurpavit, quam ait pertinere vel εἰς τὰ χρήματα, vel εἰς ἀτιμίαν. ubi statim apparet sententiarum consecutionem postulare εἰς τιμὴν vel εἰς τιμάς. Accedit veteris Interpretis auctoritas, qui pro ὀλιγωρίαν reddidit hic *minorationem*, eum paulo post δι' ὀλιγωρίαν *propter parvipensionem* interpretatus sit. Aliud igitur vocabulum is in suo libro scriptum legit, quod fuisse puto μειονέκτημα, vel ἐλάττωμα, oppositum πλεονεκτήματι, vel potius propter articulum τὴν additum μειονεξίαν vel ἐλάττωσιν. Quare totum locum ita scribendum censeo τὴν μὲν γὰρ εἰς τὰ χρήματα μειονεξίαν οἱ φιλοχρήματοι φέρουσι βαρέως, τὴν δ' εἰς τὴν τιμὴν οἵτε φιλότιμοι etcet.

δι' ἐρωτικὰς αἰτίας] Giphanius comparavit locum de Archelao interfecto ab amasio Hellanocrate; qui censebat Archelaum aetate sua abusum fuisse δι' ὕβριν καὶ οὐ δι' ἐρωτικὴν ἐπιθυμίαν.

18. Ἡράκλειτος] Dictum id repetierunt multi, quorum loca laudavit Victorius ad h. l. et in Var. Lect. 35. et Giphanius ad Nicomach. 2, 3.

19. ἂν ὑπάρξῃ τοῦτο τοῖς πράγμασιν] Victorius serviliter *si in rebus ipsius hoc extiterit*. Lambinus *nam si res tyranni hoc modo fuerint contractae ac compositae:* Ramus *nam si tyrannus eos sibi adjunxerit:* Giphanius: *si hoc effectum fuerit*.

20. οἰκονομικὸν] Vulgatum οἰκονόμον cum Camerario correxi. ἐφιστέρστὴν vetus Interpres *fuimet curatorem.*, ἐπίτροπον *procuratorem* vertit. Idem sequens καθομιλεῖν *affari*, ubi Versoris exemplum habet *afferri*.

21. Ὀρθαγόρε] Infra capite ultimo iterum meminit hujus tyrannidis et Myroni successorem nominat Clisthenem. Aristratum aetate Philippi regis regnantem nominat Plutarchus in Arato c. 13. qui cap. 2. plura refert de Sicyoniis tyrannis. Orthagoram Libanius Orat. Vol. 3. p. 251. ed. Reiskii μάγειρον vocat. Clisthenem Myronis nepotem narrat Herodotus 5, 67. 6, 126. Cf. Pausanias 2, 8. et 10, 39. Dio Chrys. Orat. 11. p. 325. ed. Reisk. Plutarchus de Sera numinis vind. p. 28. ibique annotationem Wyttenbachii p. 44.

προσκληθέντα] Plutarchus in Solon. c. 31. καὶ γὰρ ἐφύλαττε τοὺς πλείστους νόμους τοῦ Σόλωνος, ἐμμένων πρῶτος αὐτὸς καὶ τοὺς φίλους ἀναγκάζων, ὅς γε καὶ φόνου προσκληθεὶς εἰς Ἄρειον πάγον ἤδη τυραννῶν ἀπήντησε κοσμίως ἀπολογησόμενος, ὁ δὲ κατήγορος οὐχ ὑπήκουσε.

22. ἔτη τρία καὶ ἑβδομήκοντα] Ut numeri constarent, Sylburgius ἑπτὰ scribi voluit. Contra Giphanius ex Diogene Laertio Periandri imperio quatuor demit annos et verba καὶ τέτταρα delet. Is enim in Periandri vita 1, 98. ita: ἤκμαζε δὲ περὶ τὴν τριακοστὴν ὀγδόην Ὀλυμπιάδα καὶ ἐτυράννησεν ἔτη τετταράκοντα. Contra numerum hunc defendit Petavius in Paralipomenis librorum de Doctrina temporum p. 558. Equidem numerum quaternum seclusi, cum de triginta Cypseli annis consentiat Herodotus 5, 80.

Ψαμμήτιχος ὁ Γορδίου] Cum scriptura nominis in fratre Periandri tantopere variata reperiatur, Γόργος enim, Τόργος, Γοργίας et Γορδίας scribitur, ut supra de Periandris disputans monstravi, nolui quicquam h. l. mutare. Ceterum compara Valckenarium ad Herodotum p. 222. Psammetichi nomen tanquam Aegyptiacum Giphanio fuit suspectum.

23. τριάκοντα καὶ πέντε] Herodotus 5, c. 75. triginta et sex numerat annos. Contra nostrum disputavit Meursius in Pisistrato c. 20.

Τῶν δὲ λοιπῶν — περὶ Συρακούσαις] Expectabat lector Τῶν ἄλλων λείπεται. In postremis duabus vocibus vitium est manifestum. περὶ Συρακούσας scribere non licet propter antecedens ἡ περὶ Ἱέρωνα. Igitur aut ἐν Συρακούσαις aut cum Sylbur-

gio. παρὰ Συρακουσίοις ſcribendum fuerit. Vetus Interpres *circa Syracuſas* habet.

ὀλιγοχρόνιαι πᾶσαι] Aelianus v. h. 6, 13. καλῶς τὸ δαιμόνιον ἐπὶ τριγονίαν τυραννίδας μὴ ἄγον ἀλλ᾽ ἢ παραχρῆμα ἐκτρίβον τὰς τυράννους ἢ παίδων ἐξισχύον. Μνημονεύονται δὲ ὑφ᾽ Ἑλλήνων ἐξ αἰῶνος καὶ εἰς ἐγγόνους διαρκῶσαι αἵδε, ἥτε Γέλωνος ἐν Σικελίᾳ καὶ ἡ τῶν Λευκωνιδῶν περὶ Βόσπορον, καὶ ἡ τῶν Κυψελιδῶν ἐν Κορίνθῳ. ubi vide annotationem Perizonii.

Ad Caput X.

Ἐν δὲ τῇ τοῦ Πλάτωνος]. Verba duo poſtrema ex Camotiana adſcivi cum Aretino, eademque verſioni inſeruit Victorius.

καὶ πρώτης οὔσης] Victorius vertit: *cum autem ſit optima respublica et prima.* Falſo et contra ſenſum ſcriptoris. Recte Aretinus et ceteri interpretes: *illius enim reipublicae quae eſt optima atque prima, mutatio nulla propria aſſignatur.* id eſt, ut interpretatur Giphanius, ejus reipublicae quam ipſe ut optimam et primam in libris de republica deſcribit. Victorius primam putat dici eam, quam Plato in libris de republica finxit; alteram enim poſtea fabricaſſe, cui leges ſcripſerit, magis propinquam moribus atque inſtitutis aliarum rerumpublicarum. Statim ipſe Ariſtoteles dicit τῆς ὑπ᾽ ἐκείνου λεγομένης ἀρίστης.

ἔν τινι περιόδῳ] Verba Platonis libro 8. p. 189. Bip. ſunt ἐπεὶ γενομένῳ παντὶ φθορά ἐστιν, οὐδ᾽ ἡ τοιαύτη ξύστασις τὸν ἅπαντα μενεῖ χρόνον, ἀλλὰ λυθήσεται. Λύσις δὲ ἥδε. Οὐ μόνον φυτοῖς ἐγγείοις ἀλλὰ καὶ ἐν ἐπιγείοις ζώοις φορά τε καὶ ἀφορία ψυχῆς τε καὶ σωμάτων γίγνεται, ὅταν περιτροπαὶ ἑκάστης κύκλων περιφορὰς ξυνάπτωσι (Codex Pariſ. ξυμπίπτωσι) βραχυβίοις μὲν βραχυπόρους, ἐναντίοις δὲ ἐναντίας. quae vulgo ſic ſcripta ſenſu plane carent omnia. Verum vel Ficini verſio docere poterat ita ſcribenda eſſe ἑκάστοις κύκλων περιφορὰς ξυνάπτωσι etcet. Ficinus enim vertit: *quando revolutiones ſingulis circulorum conjunxerint ambitus, his quidem — ambitus breviores* etcet.

ἐπίτριτος πυθμὴν] Aretinus *supertertius cubus.* Victorius et Ramus *sesquitertius fundus quinario conjunctus.* Lambinus et Giphanius *radix sesquitertia numero quinario juncta.* Victorius ait interpretes omnes ante se locum perdifficilem et obscurum paene silentio praeteriisse, veteresque etiam interpretes vix tetigisse; nec se igitur in tam durum nodum dissolvendum incubuisse, quum se praestiturum, quod facere oporteret, diffisus fuerit. Fuisse tamen ait sua aetate hominem peritum harum scientiarum, qui multas vigilias in hoc problema solvendum consumpserit; nomen tamen non edidit. Ficinus, Platonis interpres, ait Theonem, qui mathematica Platonis loca explicare susceperat, hunc tamen locum praeteriisse, Iamblichum vero explicare conatum magis implicasse. Camerarius Bessarionis opinionem vel potius suspicionem posuit ex Epistola inedita ad Gemistium p. 244. Ramus in margine haec annotavit: *Sesquitertius fundus a Platone significatur septenarius, qui est fundus quaternarii et ternarii, in quibus est ratio sesquitertia et concentus diatessaron: quamvis autem est item fundus binarii et ternarii, in quibus est ratio sesquialtera et concentus diapente.*

Giphanius annotavit quaestionem hanc tractasse duos recentiores *Matthiam Lauterwaldium, de quo tomo 3. orationum Philippi Melanchtonis, et Jo. Bodinum Libro Methodi histor. c. 6. itemque Cardanum de proport. Libri 5. prop. 205. Aristotelem vero ipsum doctrinam Platonicam de animae natura ex numeris harmonicis explicanda tractasse in Metaphysicis et de Anima I. c. 2 et 3.*

Camerarius annotavit Nicomachum Gerasenum in explicatione geometricae analogiae commemorare παρακολούθημα, id est consequens quiddam, utile ad Platonicum quoddam theorema in republica positum: Πλατωνικόν τι θεώρημα κατὰ τὸν τοῦ λεγομένου γάμου τόπον. De γάμῳ hoc quid sit, docere omisit Camerarius; docebit autem Plutarchus de Platonica animae procreatione p. 301. ὁ μὲν δὶς γ τὸν ϛ ποιεῖ· ὁ δὲ τετράκις ἐννέα τὸν τριάκοντα ἕξ· ὁ δ᾽ ὀκτάκις κζ τὸν σιϛ. καὶ ἔστιν ὁ μὲν ϛ τέλειος, ἴσος ὢν τοῖς ἑαυτοῦ μέρεσι, καὶ γάμος καλεῖται, διὰ τὴν τοῦ πρώτου ἀρτίου καὶ περιττοῦ σύμμιξιν. Addit Camerarius

haec: *Eſt autem* πυθμὴν, *id eſt quaſi fundus, Graecis arithmeticis numerus quadratus, et horum primus 4, et idem* ἐπίτριτος *id eſt parte tertia major 3. Et ita conſummatis his numeris exeunt 12. Quem numerum, id eſt* τὴν δωδεκάδα, *propoſitum eſſe a Platone plerisque eſt viſum, ut Plutarcho, qui in libro de Iſide et Oſiride ſcripſit, Platonem eo loco aſſumſiſſe numeros trigoni orthogonii Pythagorici, cujus primi numeri ſint 12. Et indicavit hoc quoque Volaterranus libro XXXV undecunque ſane acceptum.* Locus eſt in cap. 56. p. 181. Hutten: ᾧ καὶ Πλάτων ἐν τῇ πολιτείᾳ δοκεῖ προσκεχρῆσθαι, τὸ γαμήλιον διάγραμμα συντάττων· ἔχει δ᾽ ἐκεῖνο τὸ τρίγωνον τριῶν τὴν πρὸς ὀρθὰς καὶ τεττάρων τὴν βάσιν καὶ πέντε τὴν ὑποτείνουσαν, ἴσον ταῖς περιεχούσαις δυναμένην. Εἰκαστέον οὖν τὴν μὲν πρὸς ὀρθὰς ἄῤῥενι, τὴν δὲ βάσιν θηλείᾳ, τὴν δὲ ὑποτείνουσαν ἀμφοῖν ἐκγόνῳ. Apparet inde, quis ſit γάμος dictus numerus, quale ſit διάγραμμα γαμήλιον, et cur Ariſtoteles in memorandis Platonicis numeris commemoraverit τὸν τοῦ διαγράμματος τούτου ἀριθμόν. De vocabulo πυθμὴν Heſychius ita: Πυθμὴν — γένεσις, ἀρχὴ, ῥίζα, — καὶ ἀριθμός τις παρὰ τοῖς γεωμετρικοῖς. Eodem vocabulo uſus eſt Protagoras, de quo Laertius 9. 54. διεῖλε τὸν λόγον πρῶτος εἰς τέτταρα, εὐχωλὴν, ἐρώτησιν, ἀπόκρισιν, ἐντολὴν — οὓς καὶ πυθμένας εἶπε λόγων. Eſt mathematicis πυθμὴν quaſi radix quadrata ſeu numeri quadrati.

Harmoniae vocabulum ſupereſt explicandum. Camerarius autem *Sed de harmoniis duabus*, inquit, *et caeteris, quae Plato memorat, nihil poſſum explicare, quae mihi tenebrae ſunt.* Audi vero Plutarchum de Procreatione animae Platonica p. 299. τῶν ἀριθμῶν οἱ Πυθαγορικοὶ τὰ μὲν ἓ τροφὸν — ἐκάλουν — τὰ δὲ τρισκαίδεκα λεῖμμα, — τὰ δὲ πέντε καὶ τριάκοντα ἁρμονίαν, ὅτι συνέστηκεν ἐκ δυοῖν κύβων πρώτων ἀπ᾽ ἀρτίου καὶ περιττοῦ γεγονότων, ἐκ τεσσάρων δ᾽ ἀριθμῶν, τοῦ ϛ καὶ τοῦ η καὶ τοῦ θ καὶ ιβ, τὴν ἀριθμητικὴν καὶ τὴν ἁρμονικὴν ἀναλογίαν περιεχόντων. Adjunxit etiam diagramma, quo rem illuſtraret. Idem p. 298. poſuit initium loci Platonici, et ſine dubio amplam ejus declarationem dederat; ſed injuria temporum magnam libri partem ibidem abſtulit et lacunam fecit; ſed ex iis vocabulorum interpretationibus, quas poſui, et com-

partis locis Platonis reliquis veluti Reipublicae 9, p. 272. ad quem quaedam extant annotata in Scholiis Ruhnkenianis, cum Plutarcheis, non difficile erit sensum verborum Platonicorum verum eruere. Sed longiore ad eam rem oratione cum opus foret, et quaestio ipsa pertineat ad fabulam a Platone fictam nec seria disputatione hodie dignam, ea opera supersedere possum.

2. Καὶ διά τι τῦ χρόνυ] Victoriana altera κἂν habet, versio *et tempore, vi cujus dicit omnia mutari:* Zuingeriana hinc expressa κἂν διά τι dedit; καὶ Lambinus, Ramus, Heinsius, Conringius. Videamus nunc versiones. Aretinus: *et ex tempore, per quod inquit, et ex eo quia non simul incipiunt simulque mutantur. Ceu si prima die esset mutationis, simul mutaretur.* Victorius: *ceu si priore die natus est flexionis solis, simul igitur mutabitur.* Lambinus *Tum quo temporis spatio dicit omnia mutari, etiam ea, quae non simul fieri coepta sunt, simul mutantur: verbi gratia si qua pridie solstitii facta sunt, ergo simul mutantur.* Ramus *Profecto quod ad tempus attinet, quo cuncta labi et fluere existimat, etiam non simul orta, simul tamen intereunt: ut si pridie solstitii facta quaedam sint, quaedam tempore alio, simul tamen intereant.* Giphanius: *et quo tempore omnia debent mutari, etiam ea quae non simul fieri coeperint, simul mutantur; ut si quid pridie solstitii vel brumae factum sit, simul mutatur?* Heinsius: *Jam quod attinet ad tempus, quo vult omnia mutari, ne hoc quidem, meo sane animo, procedit. Nam si certo atque naturali tractu cuncti interirent, sequeretur, ut quae pariter coepissent, pariter quoque interirent, et quae pariter intereunt, simul quoque inceperint. At nunc contra ea quae non simul incepere, simul mutari, quotidie videmus: atque e diverso. Neque enim sequitur, ut si pridie solstitii aestivi, ut exemplo hoc utar, aliquid inceperit, pridie ejusdem quoque desinat. Quare minus recte temporis conversioni et annorum haec ascribit Plato.* Is interpretationem Giphanii paraphrasi sua omnem comprehendit. Equidem non dubito hos interpretes plerosque omnes sententiam Philosophi vidisse, sed nexum ejus et verborum singulorum notionem nec docuerunt nec vertendo expresserunt. Statim

illud εἰ poſt διὰ quo pertinet? Nihil enim praeceſſit, nec ſequitur, quo poſſit referri. Deinde διὰ χρόνου non ſignificat ſimpliciter *tempore*, hoc enim eſt διὰ χρόνον, quod ſequitur, ſed *temporis intervallum*, ut dicitur διὰ χρόνου πολλοῦ et ſimpliciter διὰ χρόνου, *poſt longum temporis intervallum*. Id cum bene noſſet Lambinus, diverſam interpretandi rationem ingreſſus eſt. Equidem initium hujus propoſitionis in verbis vitium manifeſtum contraxiſſe puto. Illud vero interpretationis latinae vitium proprium eſt, quo τροπῆς graecum omnes, uno excepto Aretino, ſolſtitium vel brumam reddiderunt, cum Graeci τροπὰς dicant illam ſolis converſionem, addentes θερινὰς vel χειμερινὰς, prouti vel ſolſtitium vel brumam ſignificare voluerint. Potius τροπὴν hic dicit Philoſophus certum illud et definitum temporis ſpatium, quo converti omnia et mutari ſoleant. Vitio verborum initio ſententiae nulla ratione mederi equidem poſſum; nam etiamſi cum Victorio κἂν διά τε τοῦ χρόνου ſcripſeris, parum aut nihil profeceris. Sed ſupereſt etiamnum vitium in ipſa argumentione Philoſophi, quod neſcio an ſimul cum illa verborum corruptela tolli poſſit. Plato enim rerum omnium converſionem et mutationem, igitur etiam rerumpublicarum, certo aliquo tempore fieri dixit, quod ipſe definire numeris Pythagoreorum harmonicis conatus eſt; ſed mutationem illam rerum omnium non ſimul eodemque tempore fieri dixit. Hoc tamen factum ab eo poſuit Ariſtoteles, dum ex iſta ratione ea argumentando deducit, quae falſa iſta ſumtione nituntur. Merito igitur Camerarius ad h. l. *Haud tamen ſcio*, inquit, *an nimium contradicendi ſtudium ita manifeſto appareat, ut omni ille culpa vix poſſit liberari.*

Denique quod ait Giphanius ſententiam Platonis, quanquam ab Ariſtotele improbatam, placuiſſe tamen Ciceroni et Polybio, id ex parte verum, partim falſum eſt. Cicero enim de Divinatione 2, 2. *Id enim*, inquit, *ipſum a Platone philoſophiaque didiceram, naturales eſſe quasdam converſiones rerumpublicarum, ut eae tum a principibus tenerentur, tum a populis, aliquando a ſingulis.* Hanc enim ita verbis definitam ſententiam nusquam Ariſtoteles improbavit, nec potuit. Sed

idem Cicero 2. Epist. ad Atticum 21. dum ait: *Equidem sperabam sic orbem reipublicae esse conversum, ut vix sonitum audire, vix impressam orbitam videre possemus:* id nihil pertinet ad hunc orbem temporum, de quo Plato; non magis, quam quod habet Tacitus ab eodem Giphanio laudatus; *rebus cunctis inesse videri quendam velut orbem; et quemadmodum temporum vices, ita et morum verti.*

Polybium addidit Giphanius Platonis sententiae patronum libro 6, c. 9. ubi est *αὕτη πολιτειῶν ἀνακύκλησις, αὕτη φύσεως οἰκονομία, καθ' ἣν μεταβάλλει καὶ μεθίσταται καὶ πάλιν εἰς αὑτὰ καταντᾷ τὰ κατὰ τὰς πολιτείας.* Sane Polybius orbem illum conversionis rerumpublicarum, qualem exposuit Plato, secutus est in descriptione originis diversarum reipublicae formarum; monarchiam enim ait in regiam potestatem, hanc in aristocratiam, deinde in oligarchiam, eam in democratiam et ochlocratiam, denique hanc in tyrannidem transire: verum temporis definitionem Platonicam nec ullam omnino mutationum huic orbi assignare ausus est.

2. *ἢ εἰς τὴν σύνεγγυς*] Camotiana et Isingr. *εἰς* omittunt.

3. *ὅτ' εἰ ἔσται μεταβολή, εἰς ποίαν πολιτείαν*] Vulgo verba *εἰς ποίαν πολιτείαν* legebantur collocata post sequentia illa *εἰ μὴ ἔσται, διὰ τίν' αἰτίαν.* Vitium cum sensisset Casaubonus, ante illa *διὰ τίν' αἰτίαν* inseri voluit *ὅτ' εἰ ἔσται.* qua medicina non est opus, si membra disjecta a librariis suum in locum reposueris.

ἀόριστον γὰρ] cum ceteri interpretes hoc verterint *infinita est res*, id est multiplex est mutatio tyrannidis, Giphanius malebat *inexplicabilis est res* vertere, *id est absurda.* Absurdam enim videri, ut ex deterrima optima suboriatur Platonis respublica; quanquam Polybius non veritus sit ochlocratiam in regium imperium id est deterrimam formam in optimam mutare et convertere.

[*τὸ*] *συνεχὲς*] Articulum cum Casaubono inserui. Camotiana *συνεχῶς* dedit. Deinceps Victoriana et Zuingeriana *ἡ τῶν Γέλωνος* habent. De Antileonte aliunde non constat.

Χαριλάου] Victorius dubitavit an alius Charilaus et diversus ab illo, cujus tutor fuit Lycurgus, sit intelligendus,

cum is ingenio mitissimo fuisse dicatur, ut est in Plutarchi Lycurgo c. 5. ubi senatum a Lycurgo primum institutum narrat. Sed interpretatione adjuvanda et mollienda est dictio Aristotelis, verbaque ἡ Χαρίλάυ τυραννὶς vertenda: ut ea tyrannis, quam Charilaus rex Lacedaemone a patre relictam susceperat, in aristocratiam mutata fuit. De tempore mutationis Carthagine factae historia tacet.

4. μεταβάλλει]. Intellige ἡ πολιτεία. De Panaetio supra fuit dictum; de Cleandro compara Herodotum 7, 154.

Ἀναξιλάυ] De eo Strabo 6, p. 395. Pausanias 4, 23, 3, et 5, 26, 4.

οἱ ἐν ταῖς ἀρχαῖς]. Articulum οἱ omisit Camotiana. Sequens μετέχειν τῆς πόλεως dictum est pro μ. τῆς πολιτείας. Nam τῆς πόλεως μετέχυσι quidem cives omnes in oligarchiis, sed rempublicam administrant pauci.

Καρχηδόνι δημοκρατυμένη] Giphanius ad h. l. ita: Quod ait Carthaginem populari imperio contineri, ex parte verum est. Erat enim mixta partim ex optimatum, partim ex regio, partim ex populari imperio, temperata fere ut Romana, atque adeo optimatum et paucorum factio potius dominabatur. Quare et paulo supra Carthaginensium respublica aristocratica vocatur, libri 2, c. 9 et 4, cap. 7. Has easdem ob caussas Schlosserus dubitavit de scripturae veritate δημοκρατυμένη. Addo aliam. Plato enim disputat de aristocratia, quam ob causam ea soleat in oligarchiam converti; cui respondet Aristoteles ita, uti opponat primum exemplum oligarchiae, ubi studium divitiarum in magistratu leges vetant; debebat igitur deinceps subjungere exemplum aristocratiae, ubi idem illud divitiarum colligendarum studium in magistratibus reipublicae formam tamen non mutavit. Democratiae exemplum, quod vulgata lectio habet, plane est ab argumentatione alienum; igitur falsa est scriptura, nec dubito, quin Aristoteles ἀριστοκρατυμένη scripserit. Cum Aristotele facit etiam Isocrates in Nicocle p. 39. ἔτι δὲ Καρχηδονίυς καὶ Λακεδαιμονίυς τὺς ἄριστα τῶν Ἑλλήνων πολιτευομένυς, περὶ δὲ τὸν πόλεμον βασιλευομένυς. — Sed superest dubitatio de Carthaginis forma reipublicae mutata, quam hic negat Philosophus,

cum paulo antea tyrannidem aliquam praepotentis Carthaginensis cujusdam in aristocratiam vertisse dixerit. Potest responderi, loqui nunc de aristocratia Carthaginensium, quam nondum ait fuisse mutatam. At ecce vetus Interpres pro ἔτι scriptum legit et vertit ἔτω, *sic*. Sed ea scriptura loci sententiae videtur esse contraria et falsa.

5. φάναι δύο πόλεις] Platonis verba sunt haec: Τὸ μὴ μίαν ἀλλὰ δύο ἀνάγκην εἶναι τὴν τοιαύτην πόλιν, τὴν μὲν πενήτων, τὴν δὲ πλουσίων, οἰκοῦντας ἐν τῷ αὐτῷ, ἀεὶ ἐπιβουλεύοντας ἀλλήλοις.

καὶ κατατοκιζόμενοι] Copulam cum Lambino addidi, a Victorio etiam expressam, probante Conringio. Locus Platonicus hic est: οἱ δὲ δὴ χρηματισταὶ ἐγκύψαντες οὐδὲ δοκοῦντες τούτους ὁρᾶν, τῶν δὲ λοιπῶν τὸν ἀεὶ ὑπείκοντα ἐνιέντες ἀργύριον τιτρώσκοντες, καὶ τοῦ πατρὸς ἐκγόνους τόκους πολλαπλασίους κομιζόμενοι πολὺν τὸν κηφῆνα καὶ πτωχὸν ἐμποιοῦσι τῇ πόλει etcet.

6. οὐδέ ποτε] Vulgatum οὐδέποτε ex Camotiana correxi, probante Conringio. Aretinus haec duo verba omisit vertere.

οὐσίαν . . . . διὰ τὸ ἐξεῖναι] Vulgo haec continue sine ulla vitii vel lacunae nota leguntur. Unus Giphanius vitium subodoratus haec annotavit: *Haec verba* (διὰ τὸ ἐξεῖναι *usque verba* πλειόνων δ' οὐσῶν) *de mendo valde mihi suspecta sunt, adeo, ut fere eo labar, ut putem, haec omnia hic interjecta ex Platone non satis opportune. Nam haec verba* οὐ αἰτίαν, *hic ad oligarchiam torquentur, quae a Platone de democratia afferuntur. Sic enim ait libro 8. de Republica:* ἡ γὰρ ἄγαν ἐλευθερία ἔοικεν οὐκ εἰς ἄλλο τι ἢ εἰς ἄγαν δουλείαν μεταβάλλειν καὶ ἰδιώτῃ καὶ πόλει. *Et iis deletis locus hic totus dilucidior videtur. Nisi forte prioribus ita accommodentur, ut Aristoteles causam ejus luxuriae et patrimonii consumendi iis hanc afferat, quod propter nimiam divitum licentiam, quicquid ipsis libitum fuerit, faciant, profundant, perdant, pereant, ut ait Terentius. Sepulveda haec verba ad democratiam refert, eo fortasse adductus, quod Plato illis οὐ αἰτίαν de Democratia sit usus, uti jam diximus, putatque, ad ceteras causas mutationum rerumpublicarum, de quibus supra est explicatum, aliam hic addi, nimiam*

libertatem. Quod profecto nimis alieno loco fieret; agitur enim perſpicue de oligarchia.

Vidit igitur etiam Sepulveda poſtrema haec verba democratiae non oligarchiae convenire et propria eſſe. Magis tamen miror Giphanium, cum in veſtigium vitii latentis inſtitiſſet, id exquirere totum non potuiſſe. Nihil enim tollendum aut reſecandum eſt, nec ita redibit loco integritas. Potius ordo et ſeries disputationis poſtulabat, ut cauſam mutatae democratiae in tyrannidem, quam poſuit Plato, diſpiceret; quod factum eſſe ab Ariſtotele, teſtantur verba reliqua, quae ad democratiam ſolam referuntur, et ex Platone translata ſunt. Teſtatur etiam poſtremum membrum de diverſis democratiarum ſpeciebus Platonicae argumentationi oppoſitum; alioqui non apparet, cur mentio diverſarum democratiae ſpecierum ſit facta. Igitur fieri omnino non poteſt, quod putabat Giphanius, ut deletis illis διὰ τὸ ἐξεῖναι εἶναί φησι locus hic totus integrior et dilucidior fiat. Atque adeo ſuſpicor poſt nomen Σωκράτης plura etiam excidiſſe, quibus Platonicas rationes exemplis et argumentis contrariis infirmare et refutare Ariſtoteles ſit conatus. Eadem ſuſpicio ſubnata eſt Conringio, ſed alia ex cauſa. *Cum haec,* inquit, *diſputatio non finiatur ſueto Ariſtoteli more, facile patet quaedam deeſſe.* Neque omni plane ſpecie caret haec etiam ſuſpicionis cauſa a Conringio allata; ſolet enim formula aliqua ſolenni et clauſa Philoſophus libros finita disputatione circumſcribere, et ſequentem repetitis breviter argumentis librorum priorum redordiri; quod in fine hujus libri factum non apparet.

Ad Aristotelis Politicorum Librum VI.

Ad Caput I.

οἰκεῖον καὶ τὸν συμφέροντα τρόπον] Giphanius interpretatur formam reipublicae, quae cuique generi forma non solum propria sed etiam maxime sit accommodata et salutaris, et ad diuturnitatem idonea.

2. συναγωγὰς αὐτῶν τῶν εἰρημένων] Victorius *collectiones ipsorum qui dicti sunt omnium modorum.* Aretinus *conjunctiones simul ipsorum modorum: nam eorum* etcet. Lambinus *eorum omnium modorum, qui a nobis expositi sunt, conjugationes.* Ramus *generum istorum omnium, de quibus adhuc diximus, conjunctiones et copulationes.* Giphanius: *conjunctiones quoque omnium eorum modorum erunt explicandae.* Perperam omnes, meo quidem judicio, Giphanius autem omnium pessime, cum ipse paulo antea τὸν τρόπον τῶν πολιτειῶν formam rerumpublicarum fuisset recte interpretatus. Equidem αὐτὰ τὰ εἰρημένα intelligendas censeo partes illas praecipuas, quibus respublica constat, nempe τὸ βουλευτικὸν, τὸ κύριον τῆς πολιτείας, ἡ περὶ τὰς ἀρχὰς τάξις, καὶ ἡ περὶ τὰ δικαστήρια. Hae enim partes varie conjunctae cum variis rerumpublicarum formis et generibus faciunt, ut alterum genus ad alterum transire transmutatum videatur. Nunc demum video Heinsium mecum sentire. Vertit enim: *et quanam ratione inprimis ista tria, quorum jam meminimus, senatus nempe, magistratus et judicia conjungi inter sese et combinari possint.* De verbo συναγωγὰς monet Victorius, eas differre a συνδυασμοῖς, quos postea dicet. Illas enim esse collectiones eorum, quae

difperfae funt ac remotis in locis manent; hos effe copulationes permixtionesque. Recte quidem Victorius; discrepant enim haec duo tempore, ut prius et pofterius, fed eodem tendunt. συνθέσεις καὶ μίξεις dixit fupra libri 4, cap. 9.

ἐπαλλάττειν] Aretinus et Lambinus *parit rerumpublicarum varietatem*, Victorius *ut respublicae inter fe commutentur*: Ramus *varias rerumpublicarum formas et fpecies efficiunt*: Giphanius *efficiunt ut et respublicae varient*, Heinfius *plures iftae ac diverfae inter fe in fingulis exiftunt fpecies.* Camerarius *ut respublicae vacillando mutentur* vel *ut jam implicentur notiones rerumpublicarum.* Idem fupra 4, 10. locum διὰ τὸ τὴν δύναμιν ἐπαλλάττειν πως αὐτῶν καὶ πρὸς τὴν βασιλείαν interpretatur, quasdam tyrannidis fpecies non effe plane remotas a regio genere, fed in hoc viciffim implicari, ut notiones quodammodo permifceantur atque commutentur. Praeterea verba libri 1. ὁ ποιεῖ τοὺς λόγους ἐπαλλάττειν vertit: quod facit ut iftae rationes disputationesque adhaereant, involvantur et implicentur. ἐπάλλαξιν τῶν δακτύλων ex libro de fomniis permutationem feu commutationem digitorum implicando pofuit ad libri I, c. 6. ubi eft ἐπαλλάττει ἡ χρῆσις. Ex Euripidis Heraclidis verfu 836. ποὺς ἐπαλλαχθεὶς ποδὶ, ἀνὴρ δ' ἐπ' ἀνδρὶ στὰς, ἐκαρτέρει μάχῃ. quocum confert Maronianum *implicuere acies*, et vertit: *pes implicatus pedi*, rectius quam Barnefius *collatus pes pedi.* In Xenophontis Memor. 3, 8, 1. ἀπεκρίνατο οὐχ ὥσπερ οἱ φυλαττόμενοι μήπῃ ὁ λόγος ἐπαλλαχθῇ fatis bene explicuit verbum Ernefti.

τὸ μὲν βουλευόμενον] Camerarius fufpicabatur excidiffe vocabulum δημοκρατικῶς, ut tria invicem mifcerentur genera; fed non meminerat vir egregius συνδυασμοὺς profeffum philofophum duo tantum genera eorumque membra commutare inter fe voluiffe. Deinceps vero cur dixerit auctor, τὰ περὶ τὰ δικαστήρια, cum in ceteris τὸ περὶ τὰς ἀρχαιρεσίας et τὸ περὶ τὸ βουλευόμενον pofuerit, equidem non intelligo, non magis quam illud, cur τὸ περὶ τὸ βουλευόμενον quam τὸ βουλευόμενον, ut ab initio eft, aut τὸ περὶ τὴν βουλὴν vel τὸ περὶ τὸ βουλευτήριον maluerit.

3. ἐπίλ-

3. ἐπέλθωμεν συντόμως] Haec duo orationem impediunt. Antecedentia enim omnia μὴ μόνον — ἀλλὰ καὶ pendere videntur ab illis ὅμως δὲ δεῖ γενέσθαι δῆλον. Giphanius vertendo transposuit illa membra quasi scriptum esset ὅμως δὲ μὴ μόνον δεῖ γενέσθαι δῆλον — ἀλλὰ καὶ —; vertit enim: *Caeterum non tantum quae ex iis rebuspublicis optima sit civitatibus, notum esse debet, sed etiam quemadmodum — breviter exponamus.* Contra Lambinus et Ramus particulam ἐπεὶ vertendo interserunt: *verum tamen quoniam:* Quam equidem rationem unice probo. Post φανερὸν deesse videtur ἔσται verbum.

4. πρῶτον μὲν ἡ] Conringius malebat πρώτη μὲν, idque postulat grammatica ratio. Deinceps Lambinus διαφέροι maluit cum aliis nescio quibus Codd. quod vertit *intersit*.

5. ἀξιώματα — λέγωμεν] Camotiana λέγομεν. Vetus Interpres *exigentias*, Aretinus vertit *dignitates et mores et quae flagitent, dicemus:* Victorius *initia et mores et quae capiunt dicamus.* Lambinus *earum postulata et mores et quae appetant exponamus.* Ramus *deinceps autem communes democratiae leges et mores persequamur:* cum *Sepulveda* Giphanius *nunc videamus quae sint communes sententiae et qui mores et quae expetant.* Heinsius: *Ac nunc fundamenta status popularis atque instituta tum quae maxime in eo expetuntur, videamus.* Camerarius *qui in istiusmodi civitate esse ii soleant, de quibus singularis sit existimatio, quales mores et qua expeti et ambiri:* Victorius in annotatione interpretatur ἀξιώματα *sententias quasdam valde probatas.*

6. ἐν μὲν τὸ] In fine, ubi repetitur sententia, additur σημεῖον, ubi verba ὃν τίθενται — ὅρον Victorius vertit *quem statuunt — terminum.* Aretinus *quod ponunt omnes popularis reipublicae finem.* Lambinus *quem quidem omnes populares — ponunt finem.* Ramus inepte: *quem sibi finem democratici omnes suae reipublicae constituunt.* Giphanius *quem reipublicae finem, omnes populares ponunt.* Camerarius rectius: *uno igitur hoc modo populi factio libertatem definit.*

7. συμβάλλεται ταύτῃ] Aretinus *idque pertinet.* Ramus *idque putatur conducere:* quasi τοῦτο scriptum legerint. Vetus Interpres *et facit hoc ad libertatem,* sed Thom. *hac* habet.

8. ἀρχὴν μηδεμίαν] Lambinus ἀρχὴν addi voluit, sed commode et more Graecis et nostro solenni intelligi repetitum ex verbo monuit Sylburgius. Ita infra est ἀρχειν τὰς μεγίστας. Sed quod statim sequitur τὸ ὀλιγοχρονίους τὰς ἀρχὰς, ut ex eodem more defendi possit, valde vereor; igitur ἄρχειν addidi, uncis adhibitis. Vetus Interpres ἀρχὴν additum vertit, et posteriore loco *pauci temporis esse*.

πάντων ἢ τῶν μεγίστων] Vulgatam scripturam, ubi verba ἢ τῶν μεγίστων κυρίαν leguntur collocata post illud membrum ἢ ὅτι ὀλιγίστων, merito vitii suspectam habuit Camerarius et Lambinus. Ille suspicionem duxit vel confirmare voluit ex Aretini versione *dominam esse concionem rerum maximarum, magistratum vero minimarum*. Lambinus scribi voluit ἢ ὁ τῶν μεγίστων. quam correctionem vertendo reddidit Giphanius. Equidem leviore medicina usus sine ulla mutatione verborum locum mutare jussi tria verba ante postremum posita, itaque sententiae suam et concinnitatem et veritatem reddidisse mihi videor. Alterum κυρίαν ut supervacaneum seclusi. Denique, dum Giphanium inspicio, eundem mecum sentire animadverto. Quin etiam Sepulveda tacitus in versione verba graeca eodem ordine reddidit.

9. βουλὴ] Cum Athenis duae fuerint βουλαὶ, altera perpetua, quae in colle Martio considere solita etiam ἡ ἄνω βουλὴ dicebatur, numero senatorum non certo sed e ceteris magistratibus delecto, et praecipue judicia de caedibus factis exercebat et custodiam quasi reipublicae gerebat, altera annua quingentorum senatorum, quae negotia reipublicae omnia administrabat; manifestum est posteriorem hanc intelligi: ea enim tantum in numero ἀρχῶν haberi et δημοτικωτάτη τῶν ἀρχῶν dici potest.

ἐνταῦθα γὰρ] Aretinus vertit *nam tunc quidem*. Ubi senatores tantum ex aerario publico mercedem, τὸ βουλευτικὸν accipiunt, ibi senatus valet auctoritas, ubi vero maxima civium pars, quae ad ἐκκλησίαν admittitur, accipit ex publico mercedem τὸ ἐκκλησιαστικὸν, ibi solius ἐκκλησίας auctoritas viget valetque. De eadem re supra 4, 15. est: βουλὴ δὲ δημοτικὸν — ὁ μὲν γὰρ βουλευτὴς δημοτικόν. — καταλύεται δὲ καὶ τῆς

βουλῆς ἡ δύναμις ἐν ταῖς τοιαύταις δημοκρατίαις, ἐν αἷς αὐτὸς συνιὼν ὁ δῆμος χρηματίζει περὶ πάντων. τοῦτο δὲ συμβαίνειν εἴωθεν, ὅταν εὐπορία τις ἢ ἡ μισθὸς τοῖς ἐκκλησιάζουσι. Paulo antea τὴν inter καὶ βουλὴν inserui.

ἐκκλησίας τὰς κυρίας] Concilium populi solenne ter mense unoquoque celebrabatur, primo, decimo et tricesimo die; hae dicebantur ἐκκλησίαι κύριαι, etiam νόμιμοι, id est solennes et legitimae. Cum extra ordinem convocabatur concilium vel populus, hae dicebantur ἐκκλησίαι σύγκλητοι.

συσσιτεῖν] Dabatur cibus publice Athenis in Prytaneo ei tribui, cujus erat principatus in consilio (βουλῇ), quae dicebatur πρυτανεύουσα φυλή; locus, ubi convivabatur, vocabatur θόλος.

10. Ἐπὶ δὲ τῶν ἀρχῶν] Aretinus *praeterea* vertens ἔτι scriptum legisse videtur. Ita etiam Lambinus.

τοὺς ἀπόρους ἢ τοὺς εὐπόρους] Victorius etiam monuit Aretinum scripturam diversam εὐπόρους ἢ τοὺς ἀπόρους reddidisse, quae mihi quidem commodior esse videtur.

11. τῶν αἱρέσεων] Vulgatum διαιρέσεων ex Camotiana correxi cum Victorio et Lambino, quod Victorius *comitiorum* vertit. Aretinus *partitionum* habet. Sepulveda vulgatae diversam notionem tribuendam vidit, et Ramus *disceptationes rerum* interpretatus est. Giphanius *juri dicundo et judiciis praeesse.*

πότερον οὖν αὕτη ἡ πολιτεία] Veterem versionem scripturam hanc αὕτη ἡ κατὰ τὸ πλῆθος τῶν τιμημάτων reddidisse admonuit Victorius in priore Editione.

12. ἄρχειν δίκαιος μόνος] Aretinus *si solus dignus est qui gubernet.* Camotiana ἄρχει habet, unde ἄρχει δικαίως scribi voluit Conringius, quod ferri non potest.

13. οἷον εἰ οἱ] Camotiana, Ifingr. Sylburgius et Lambinus cum Heinsio et Conringio omittunt particulam εἰ.

14. πάνυ χαλεπὸν] Giphanius censet auctorem alludere ad hunc locum Platonis libro 6. de legibus p. 261. ubi duplex genus ἰσότητος definierat: τὴν δὲ ἀληθεστάτην καὶ ἀρίστην ἰσότητα οὐκέτι ῥᾷδιον παντὶ ἰδεῖν· Διὸς γὰρ δὴ κρίσις ἐστί, καὶ τοῖς ἀνθρώποις ἀεὶ σμικρὰ μὲν ἐπαρκεῖ.

8. ἀρχειν μηδεμίαν] Lambinus ἀρχὴν addi voluit, ſed commode et more Graecis et noſtro ſolenni intelligi repetitum ex verbo monuit Sylburgius. Ita infra eſt ἄρχειν τὰς μεγίστας. Sed quod ſtatim ſequitur τὸ ὀλιγοχρονίους τὰς ἀρχὰς, ut ex eodem more defendi poſſit, valde vereor; igitur ἄρχειν addidi, uncis adhibitis. Vetus Interpres ἀρχὴν additum vertit, et poſteriore loco *pauci temporis eſſe*.

πάντων ἢ τῶν μεγίστων] Vulgatam ſcripturam, ubi verba ἢ τῶν μεγίστων κυρίαν leguntur collocata poſt illud membrum ἢ ὅτι ὀλιγίστων, merito vitii ſuſpectam habuit Camerarius et Lambinus. Ille ſuſpicionem duxit vel confirmare voluit ex Aretini verſione *dominam eſſe, concionem rerum maximarum, magiſtratum vero minimarum*. Lambinus ſcribi voluit ἢ ὅτι τῶν μεγίστων. quam correctionem vertendo reddidit Giphanius. Equidem leviore medicina uſus ſine ulla mutatione verborum locum mutare juſſi tria verba ante poſtremum poſita, itaque ſententiae ſuam et concinnitatem et veritatem reddidiſſe mihi videor. Alterum κυρίαν ut ſupervacaneum ſecluſi. Denique, dum Giphanium inſpicio, eundem mecum ſentire animadverto. Quin etiam Sepulveda tacitus in verſione verba graeca eodem ordine reddidit.

9. βουλὴ] Cum Athenis duae fuerint βουλαὶ, altera perpetua, quae in colle Martio conſidere ſolita etiam ἡ ἄνω βουλὴ dicebatur, numero ſenatorum non certo ſed e ceteris magiſtratibus delecto, et praecipue judicia de caedibus factis exercebat et cuſtodiam quaſi reipublicae gerebat, altera annua quingentorum ſenatorum, quae negotia reipublicae omnia adminiſtrabat; manifeſtum eſt poſteriorem hanc intelligi: ea enim tantum in numero ἀρχῶν haberi et δημοτικωτάτη τῶν ἀρχῶν dici poteſt.

ἐνταῦθα γὰρ] Aretinus vertit *nam tunc quidem*. Ubi ſenatores tantum ex aerario publico mercedem, τὸ βουλευτικὸν accipiunt, ibi ſenatus valet auctoritas, ubi vero maxima civium pars, quae ad ἐκκλησίαν admittitur, accipit ex publico mercedem τὸ ἐκκλησιαστικὸν, ibi ſolius ἐκκλησίας auctoritas viget valetque. De eadem re ſupra 4, 15. eſt: βουλὴ δὲ δημοτικὸν — ὁ μὲν γὰρ βουλευτὴς δημοτικόν. — καταλύεται δὲ καὶ τῆς

βυλῆς ἡ δύναμις ἐν ταῖς τοιαύταις δημοκρατίαις, ἐν αἷς αὐτὸς συνιὼν ὁ δῆμος χρηματίζει περὶ πάντων. τῦτο δὲ συμβαίνειν εἴωθεν, ὅταν εὐπορία τις ᾖ ἢ μισθὸς τοῖς ἐκκλησιάζυσι. Paulo antea τὴν inter καὶ βυλὴν inserui.

ἐκκλησίας τὰς κυρίας] Concilium populi solenne ter mense unoquoque celebrabatur, primo, decimo et tricesimo die; hae dicebantur ἐκκλησίαι κύριαι, etiam νόμιμοι, id est solennes et legitimae. Cum extra ordinem convocabatur concilium vel populus, hae dicebantur ἐκκλησίαι σύγκλητοι.

συσσιτεῖν] Dabatur cibus publice Athenis in Prytaneo ei tribui, cujus erat principatus in consilio (βυλῇ), quae dicebatur πρυτανεύυσα φυλή; locus, ubi convivabatur, vocabatur Θόλος.

10. Ἐπὶ δὲ τῶν ἀρχῶν] Aretinus *praeterea* vertens ἔτι scriptum legisse videtur. Ita etiam Lambinus.

τὺς ἀπόρυς ἢ τὺς εὐπόρυς] Victorius etiam monuit Aretinum scripturam diversam εὐπόρυς ἢ τὺς ἀπόρυς reddidisse, quae mihi quidem commodior esse videtur.

11. τῶν αἱρέσεων] Vulgatum διαιρέσεων ex Camotiana correxi cum Victorio et Lambino, quod Victorius *comitiorum* vertit. Aretinus *partitionum* habet. Sepulveda vulgatae diversam notionem tribuendam vidit, et Ramus *disceptationes rerum* interpretatus est. Giphanius *juri dicundo et judiciis praeesse.*

πότερον ἂν αὕτη ἡ πολιτεία] Veterem versionem scripturam hanc αὕτη ἡ κατὰ τὸ πλῆθος τῶν τιμημάτων reddidisse admonuit Victorius in priore Editione.

12. ἄρχειν δίκαιος μόνος] Aretinus *si solus dignus est qui gubernet.* Camotiana ἄρχει habet, unde ἄρχει δικαίως scribi voluit Conringius, quod ferri non potest.

13. οἷον εἰ οἱ] Camotiana, Isingr. Sylburgius et Lambinus cum Heinsio et Conringio omittunt particulam εἰ.

14. πάνυ χαλεπὸν] Giphanius censet auctorem alludere ad hunc locum Platonis libro 6. de legibus p. 261. ubi duplex genus ἰσότητος definierat: τὴν δὲ ἀληθεστάτην καὶ ἀρίστην ἰσότητα ὐκέτι ῥᾴδιον παντὶ ἰδεῖν· Διὸς γὰρ δὴ κρίσις ἐστὶ, καὶ τοῖς ἀνθρώποις ἀεὶ σμικρὰ μὲν ἐπαρκεῖ.

Ad Caput II.

1. τοῖς πρὸ τούτων] Libro 4, capite 4 et 12. Camerarius ex alio libro πρώτη τάξις annotavit.

ἐνδέχεται δημοκρατίαν] Non eſt improbabilis Camerarii ſuſpicio, addi debere βελτίστην ante ἐνδέχεται. Hanc emendationem pro ſua venditavit Conringius. Confirmare poterat ex ſectione 4.

2. εἶναί σχῆμά τι] Aretinus vertens *tanquam formam aliquam* videri poteſt εἶναι οἷον σχῆμά τι ſcriptum legiſſe.

Μαντινείᾳ ποτ' ἦν] Gallus doctiſſimus *B. de Ste. Croix*, in libro *Des anciens Gouvernemens fédératifs* p. 167. cenſebat hanc reipublicae Mantinenſium formam fuiſſe poſt pugnam Leuctricam ex legibus Ariſtonymi Platonici; contra Schlöſſerus noſter referebat hunc locum ad ea tempora, quibus Mantinenſes dirutis oppidi moenibus ab Ageſilao per vicos diſperſi habitare, uti olim, coacti fuerunt. Tunc vero ex legibus ariſtocraticis more Spartae reſpublica adminiſtrabatur, cum antea democratia uſi fuiſſent, uti Xenophon Hellenic. 5, 2, 7. narrat. Haec ille ſub Olympiadis 98. anno 4. Pugna vero Leuctrica accidit Olympiade 102. anno 2. Additum ποτὲ facit, ut cum neutro viro docto ſentire poſſim; potius igitur haec ad antiquiora illa Olympiade 98. tempora referenda ſunt. In foedere, quod poſuit Thucydides 5, 47. ſub Olympiade 89. extrema eſt oratio de Mantinenſibus: ἐν δὲ Μαντινείᾳ οἱ δημιουργοὶ καὶ ἡ βουλὴ καὶ αἱ ἄλλαι ἀρχαὶ (ὀμνύντων), ἐξορκούντων δὲ οἱ θεωροὶ καὶ οἱ πολέμαρχοι. unde cognoſcere formam democratiae aliquatenus licet.

3. τοῦ δήμου βουλομένου] Margo Iſingr. βουλευομένου habet, quo facile caremus, quanquam vetus Interpres *conſulente* habeat. Deinceps ἄρξονται δὲ οὐχ ὑπ' ἄλλων dedit Zuingerus, forte errore operarum.

4. ἐπανακρέμασθαι] Aretinus *compeſci* vertit, Victorius *pendere aliunde*, Lambinus *pendere ex aliorum judicio atque auctoritate*, Ramus *ſubjectos vero et ſuſpenſos magiſtratus teneri*. Peſſime omnium Giphanius *ſuſpenſo eſſe animo*: Camerarius *ſuſpenſos teneri nimirum ab aliorum poteſtate*. Pro ex-

tremo φαῦλον vetus Interpres *tribuale* reddidit, et pro ὠφελιμώτατον *quod est maximus profectus*, vel *maximi* ut Thom. habet, quasi ὄφιλος μέγιστον scriptum legisset.

5. μὴ ἐξεῖναι κεκτῆσθαι] Camerarius: *Haec scriptura vera est:* diversa igitur alicubi extet, oportet. Idem commemorat legem Licinianm, quae vetabat civem romanum plus quam quingenta jugera habere, ex Varrone de R. R. I, 2, 9. Cf. Columella I, 3, 11.

ἄστυ καὶ τὴν πόλιν] Athenis ἄστυ vocabatur vetus oppidum in colle situm, quae etiam ἀκρόπολις deinde dicta fuit, accrescente civitate et populo e pagis in urbem congregato. Verum hic in genere dicitur ἄστυ et πόλις, ubi Victorius monet civitatem sine oppido et moenibus etiam esse, a qua distingui ἄστυ ait. Ita etiam Camerarius.

τοὺς πατρῴους] Ita Gamotiana, quam scripturam cum Camerario vulgatae πρώτους praetuli, *bona primae hereditatis* habet Aretinus.

Ὀξύλου] Ipsam legem Oxyli nemo praeterea commemoravit, sed de Oxylo vetere Eleorum rege plura tradit Pausanias 5, c. 3 et 4.

6. Νῦν δὲ δεῖ] Nunc autem, id est postquam hoc malum irrepsit in civitatem, oportet ipsum emendare lege institutoque Aphytaeorum. Ita h. l. interpretatur Victorius.

Ἀφυταίων] Vulgatum Ἀφυτάλων de certo hominum genere, a φυτιαῖς vocatis inepte Victorius interpretatur, cum nationem ita appellatam nusquam memorari sciret, nec Sepulvedae facillimam emendationem approbare ipse vellet, quam equidem cum ceteris interpretibus et Editoribus suscepi. Eadem fuit Camerarii conjectura. Ἄφυτιν Thraciae urbem, a Graecis habitatam, nominat Xenophon Hellenic. 5, 3, 19. De quibus narrat Heraclides Ponticus in Politiis: Δικαίως καὶ σωφρόνως βιοῦσι, καὶ ἀλλοτρίων οὐ θιγγάνουσιν ἀπηγμένων τῶν θυρῶν. Vini feracem agrum eorum obiter idem commemorat.

τιμῶνται γὰρ] Aretinus *pretia constituunt, — ut etiam pauperes faciliter eas pretiis superare possint:* Victorius *censentur enim non totas possessiones, sed per partes tantas divi-*

dentes, ut possint etiam superare censibus pauperes. Lambinus: *non enim censentur totas possessiones neque fundos integros in censum referunt, sed in tot particulas dividunt, ut etiam pauperes censibus divites superare possint.* Ramus: *non universa bona in censu profitentur, sed partibus agros ita divisos, ut etiam pauperes censu excellere possint.* Giphanius: *censentur enim non totos fundos, sed pro certis partibus, ut et pauperes censibus possint divites superare.* Heinsius: *nam cum nemo toto censeatur, quia totum nemo, sed aequales quisque in ea habet partes, neque ab hac possessione excludantur pauperes, fit, ut pauperes, qui numero sunt plures, patrimonio ac censu vincant divites, sicut illi contra rebus mobilibus vincunt pauperes. Idque eo fine, ne in agris excolendis a divitibus tenuiores superentur, aut ejiciantur sua sorte, quam initio sunt consecuti. Atque hac ratione fit, ut multi semper sint, qui agros colunt.* Is nempe Giphanii interpretationem inclusit paraphrasi suae, sed non integram. Repetam igitur ex Giphanio, quae Heinsius omisit: *Apud Aphytaeos,* inquit, *receptum fuisse indicat, ut ne cui liceat in censum dedicare sive referre non integras possessiones vel fundos, sed certas tantum partes, quae partes a singulis civibus teneantur plane aequales. Verbi gratia, si fundus sit, qui constet 30 jugeribus, referetur hic fundus in censum hac ratione ac distributione, ut non unius nomine, sed quinque civium nomine, ac census et patrimonii causa singuli sena ejus fundi jugera possideant, deferatur. Unde intelligitur, Aphytenses agros suos ita partitos ac distributos habuisse, ut semper omnium civium essent aequae partes agrorum. Nam quod ad alia bona, ut pecuniam numeratam, supellectilem, servos, domos, jumenta, etcet. attinet, in his licuisse alium alio esse ditiorem. Haec videtur Aphytensis hujus instituti fuisse sententia.* Contra Victorius in annotatione ita: *Constituunt autem census non in universas totasque possessiones, sed in partes ipsarum minutas, quae tamen, etsi exiles sunt, tantum quantitatis habeant, ut superent censibus pauperes et exutos penitus patrimonio: hac enim de causa singulis exiguam illam partem telluris tribuebant, ne pares omnino forent pauperibus et, ut opinor, expertibus civitatis.* In qua

interpretatione consilium Aristotelis non apparet. Schlosserus ita vertit: *weil bey ihnen nicht das ganze Vermögen, das einer besitzt, verschätzt wird, sondern nur ein bestimmter Theil, so dass bey ihnen auch wohl manchmal die Aermern mehr verschätzen als die Reichen:* In annotatione probat illam interpretationem, ex qua non totus fundus, sed pars tantum ejus in censu deferatur et aestimetur. Aliter Garvius: *Sie werden nämlich geschätzt und classificirt, nicht nach ihrem sämmtlichen Vermögen, sondern nach den Grundstücken, die sie besitzen, und welche so eingetheilt sind, daß es wohl möglich ist, dass die, welche im Ganzen ärmer sind, auf der Schätzungs-Rolle den Reichern vorstehn.* Equidem nihil decernere ausim; in tanta enim historiae obscuritate non est facile judicare, quae sit loci hujus interpretatio vera. Quoad autem ex verbis licet aucupari scriptoris sententiam, ita mihi videtur. Aphytenses cives omnes partem aliquam agri quantumvis exiguam coluisse, apparet ex verbis πάντες γεωργοῦσι. Dixi *coluisse;* neque enim ausim dicere habuisse et possedisse propriam. Id enim ex verbis illis non sequitur necessario. Potuit enim fieri, ut agrum vel publicum vel conductum ab opulentis haberent et colerent. Verumtamen plerumque γεωργεῖν et *arare* dicitur de agrorum possessoribus. Sed major statim existit difficultas in verbis ὅλας τὰς κτήσεις, quae de fundis totis et de tota re familiari possunt intelligi. Postea verba διαιροῦντες κατὰ τηλικαῦτα μόρια si significant, uti quidam voluerunt interpretes, partem aliquotam fundi vel rei familiaris in censum venire tantum, quaero, quid sit, cur non brevius ἀλλὰ τηλικαῦτα μόρια τιμῶνται dixerit? Quo pertinet igitur illa divisio et descriptio vel fundorum vel rei familiaris totius? Pertinere eo ait Philosophus, ut facile possint pauperes censu superare opulentos. Ambigua structura facit, ut contrarium etiam intelligi possit, eaque Victorium fefellit. De re familiari omni interpretari τὰς κτήσεις ὅλας non pati videtur verbum διαιροῦντας, quod commodius de divisione et descriptione fundorum dicitur. Quodsi igitur sumamus, non totos fundos in censum venire, sed ita dividi et describi in partes tantas, ut liceat etiam pauperi-

bus interdum censu superare opulentos, superest quaestio, Philosophus singulos an omnes pauperes intelligi voluerit. Verum, si singulos voluisset, scriptutus erat, uti puto, ἑκάστου τῶν πενήτων; cum dixit τοὺς πένητας, omnes intelligi, non singulos, voluisse videtur. Itaque fieri potuit, ut census omnium pauperum superaret censum divitum, qui pauciores erant, et pariter, ut pauperes, agri tantum portione aliquota censebantur, quamvis rei familiaris copia reliqua superarent pauperum classem. Quo vero tendunt haec omnia? Voluit Aristoteles efficere quocunque id modo posset, ut civibus omnibus esset aliqua pars agri, quam colerent, ut agricolarum rempublicam constitueret. Itaque et sic cogimur illud verbum γεωργοῦσι de terra aratoris propria accipere.

7. καὶ τὰ πρὸς τὰς] Equidem articulum τὰ abesse malim. Sequens θυραυλεῖν vetus Interpres *venari* vertit. Deinceps κυλίεσθαι Aretinus vertit *assidue haerere in foro*, Victorius *assiduum esse in foro*, Lambinus *in foro volutatur atque in urbe perpetuo residet*, Ramus *in foro et civitate media versatur*, Giphanius *in foro et urbe volutatur*.

8. ποιεῖσθαι τὰς ἀποικίας] *mansiones facere* Victorius, *facere habitacula* vetus Interpres, *quasi colonias per agros efficere* Aretinus, *in agris quasi in coloniis habitare* Lambinus, *in agris quasi coloniis sese deducere* Ramus, *in agris commorari* Giphanius. Commigrationem civium in agris absentium ab urbe simpliciter significari male etiam Camerarius censet; prout enim ἀποικίζεσθαι dicitur de longinqua habitatione, ita etiam h. l. ἀποικίας ποιεῖσθαι longinque habitare.

ὥστε δεῖ — ποιεῖν] Aretinus omisso δεῖ scriptum ποιεῖ reddidit. Deinceps vulgatum δημοκρατικαῖς cum Camerario et Lambino correxi. Rectum in versione reddidit Aretinus et Victorius.

παρεκβαίνειν] *inde migrare* Victorius, *subsequenter est descendendum* Aretinus, *proxime ac similiter discedere ac degredi a priore* Lambinus, *ab optimo genere digrediendum* Ramus, *sequendus est ordo et ad eas progrediendum, quae degenerarunt* Giphanius, unde Heinsius duxisse videtur conjecturam perineptam προβαίνειν.

9. καὶ ταύτην] Camotiana copulam omisit. Deinceps post προεστῶτες insertum vulgo τῷ omisi cum vetere Interprete, Heinsio et Conringio, Victorianam enim sequitur Ramus cum Zuingero. Postea verba τοὺς νόθους καὶ Camotiana omisit: τοῦτο vero post οἰκεῖον vetus Interpres.

10. Εἰώθασι μὲν οὖν] Huic μὲν οὖν respondet sequens μέντοι; quod cum Conringius non vidisset, incidit in suspicionem, uti saepissime, alienam lacunae et defectus. Deinceps Schlosserus sententiam putabat postulare, ut jungamus τὸ πλῆθος τῶν γνωρίμων καὶ τῶν μέσων, idque superare plebem multitudine dicatur; in quo me non habet assentientem.

11. Κλεισθένης] Aretino *Eschines.* Deinceps Lambinus malebat ἕτεραι ποιητέαι καὶ αἱ ὑπάρχουσαι πλείους ποιητέαι. Conringius malebat καὶ πλείους φρατρίαι. Postea scriptum alicubi Camerarius κατὰ τῶν ἰδίων ἱερῶν correxit. Forte id vertit Aretinus: *et sodalitates privatorum sacrorum redigendae sunt ad pauca et publica.* Denique vocabulum συνήθειαι Giphanius obscurum esse ait, quid significet. Interpretes fere reddere *consuetudines*; videri autem Aristotelem societates sive sodalitates et factiones divitum et potentiorum intelligere, quas utile sit abolere et dissolvere in democratia. Cui fuit obsecutus Heinsius in paraphrasi. Equidem in vulgari interpretatione acquiescendum censeo.

De Clisthene dictum supra libro 3, c. 1. Cf. Perizonium ad Aeliani v. h. 13, 24. De Cyrene et democratia a Demonacte Mantineensi introducta Schlosserus comparavit locum Herodoti 4, 161. Sed vide Addenda.

De sacris privatis et familiaribus contractis et cum publicis conjunctis attulit quaedam Giphanius, quae tamen ad hoc institum non pertinent. Vetus Interpres *et in propriis sacris* habet, sed Versoris exemplum *et de propriis sacris.*

12. ἀναρχία δούλων — γυναικῶν] Cf. supra 5, 9, 6. et ibi annotata.

Ad Caput III.

Ἔστι δ᾽ ἔργον] Lambinus ἔργον deletum voluit, quod ſecluſi; deinceps ἓν item ſecluſi, quippe omiſſum a Camotiana et Aretino. Heinſius corrigebat: Ἔστι δὲ νῦν τῦ νομοθέτυ κ. τ. β. — ὐ τὸ καταστῆσαι μέγιστον ἔργον ὐδὲ μόνον ἕν. quae vereor conjectura ut placeat multis.

2. εὐλαβεῖς] Camerarii conjecturam ἀβλαβεῖς probavit Conringius, non ego.

μή ποι γε ὠ.] Vulgatum μή τι γε ex Camotiana correxi, *nunquam* vertit Interpres vetus.

3. ἀναγκαῖον γίνεσθαι.] Intellige τὴν πρόσοδον. Sequens δικαστήρια πολλῶν μὲν *judicia de multis rebus* interpretatur Victorius, Lambinus et Ramus, *judicia magna* Aretinus, *judicia multorum* Giphanius et Camerarius, hic quidem addens *nimirum vulgi*, ille vero ſubdubitaſſe videtur, et in annotatione ejus aliquid turbatum eſſe videtur. Tertiam aliquam rationem et diverſam iniit Schloſſerus qui πολλῶν de multitudine judicum et judiciorum interpretatur. De vulgo enim et plebe ne cogitare quidem ſinit quod ſequitur de optimatibus πολλὰς μὲν ἡμέρας — ἐθέλωσι. unde conſtat eos ad judicia adminiſtranda pariter adhiberi voluiſſe Ariſtotelem. Equidem cum Schloſſero ſentio quidem, ſed πολλῶν in πολλὰ mutandum cenſeo. Ita enim fieri poteſt ut multa judicia, in quibus tamen pauciores judices ſedent, plures cauſas expediant. Idem conſilium ſed alium ad uſum et finem poſuit Xenophon ſeu quisquis eſt auctor libri de Republica Athenienſium 3, 7. Φέρε δή, ἀλλά φησί τις, χρῆναι δικάζειν μὲν, ἐλάττυς δὲ δικάζειν. Ἀνάγκη τοίνυν, ἐὰν μὲν πολλὰ (hoc vulgato ὀλίγα recte ſubſtituit Weiske) ποιῶνται δικαστήρια, ὀλίγοι δ᾽ ἐν ἑκάστῳ ὦσι τῷ δικαστηρίῳ, καὶ διασκευάσασθαι ῥᾴδιον εἶναι πρὸς ὀλίγυς δικαστὰς καὶ συνδικάσαι, ὥστε πολὺ ἧττον δικαίως δικάζειν. Ita enim locum vitioſiſſimum ſcribendum cenſeo.

φέρει μὲν — φέρει δὲ] Margo Iſingr. praefert συμφέρει: *facit* bis habet vetus Interpres. Verba ſequentia ἐὰν μὲν — οἱ δ᾽ ἄποροι Giphanius verebatur, ne ſpuria ſint, tum quia eorum

ſententia toti orationi ac disputationi non ſatis conveniat, tum quia iis ſublatis totius orationis curſus Ariſtotelicae longe ſit planior ac facilior. Id enim velle videri Ariſtotelem, ex rarioribus concionibus et ex brevioribus judiciis haec effici et conſequi commoda. Ex priore quidem, quod ditiores magnis ſumtibus faciendis in ſportulis non onerabuntur. Quo enim rariores ac pauciores erunt conciones, eo et paucioribus opus erit ſportulis. Ex altero vero, ut judicia et ſanctius et ſapientius exerceantur, admixtis videlicet plebi viris ſapientia ac dignitate praeſtantibus. Raritas igitur concionum, non hoc, ut hic adjungitur, ſi ditiores non accipiant ſportulam, ſed tenuiores, de quo nihil plane dictum fuerat, efficit, ut ditiores non metuant magnitudinem ſumtuum. Quanquam et hoc verum eſt, ſportulas minores fore, non tantum, ſi et conciones ſint rariores et judicia breviora, ſed etiam, ſi non omnibus judicibus, ſed paucis tantum id eſt tenuioribus dentur. Quare etſi verum quoque id eſt, quia tamen de concionibus tantum et judiciis actum fuit, non videntur haec verba ſatis huic loco convenire.

4. περιόντα νέμουσι] Giphanius ad h. l. ita: *Et haec in paucis obſcura ſunt.* Videtur tamen haec eſſe ſententia, quam et interpretes alii expreſſerunt. Demagogos vectigalia publica largitionibus profundere ſolitos, nec ſatis ſapienter adminiſtrare ſive diſpenſare. Nam partim ea in ſportulas convertiſſe, partim quod reliquum erat, et largitionibus et epulis et viſcerationibus conſumere ſolitos, et partim in ſuum quoque uſum convertiſſe ac depeculatos.

Ἐπεὶ δὲ] Aretinus δὲ in verſione h. l. omiſit et poſt συναθροίζοντας collocatum vertit: *Nam id prodeſt etiam divitibus — Congregantes vero.* Sequens ἀθροίζειν vulgato ἀθροίζαι cum Sylburgio ſubſtitui.

ἐμπορίας] Vulgatum antea εὐπορίας ex vetere verſione et Aretini correxit Sepulveda, Victoriusque. Mirum Victorium non inſpexiſſe Camotianam, quae verum habet.

κατὰ φυλὰς — ἕτερον] Aretinus verba φυλὰς ἢ et ἕτερον praeteriit. Sequens ἀφειμένους vulgato ἀφιεμένους ſubſtitui. Camotianae ἐφιεμένους Aretinus *cupidos* interpretatur, quod vi-

tiofum effe monuit Camerarius. Vetus Interpres *refpicientes* fed Thom. *refpuentes* habet.

5. περιοικίδας] Camotianae περιοικίας Aretinus *gubernationes* vertit. Vetus Interpres *ad negotia domus.* Camerarius a fenfu aberravit loci vertens *ablegarent ad incolendum loca vicina.* Ramus *cum e populo quosdam perpetuo in colonias deducant.* Giphanius cenfebat *miffos tenuiores in alias urbes finitimas imperii Carthaginenfium, iisque agros et praedia in iis locis datos fuiffe.* Colonias male ex h. l. retulit etiam Heeren V. C. in libro *Ideen zur Gefchichte* etcet. I. p. 56. ed. prioris. Nec melius, qui eum reprehendit, Schlofferus. Recte folus Victorius *femper enim aliquos mittentes e populo ad oppida fuae ditionis gubernanda.* Supra Libro 2. de eadem re eft: ἐκφεύγουσι τῷ πλουτίζειν ἀεί τι τοῦ δήμου μέρος ἐκπέμποντες ἐπὶ τὰς πόλεις· τούτῳ γὰρ ἰῶνται καὶ ποιοῦσι μόνιμον τὴν πολιτείαν.

ἀφορμὰς διδόντας] Interfertum vulgo μὲν cum Camotiana et Aretino omifi. Sequens ἐπ' ἐργασίαν Aretinus vertit inepte *ad res agendas*, Victorius *ad opera molienda*, Lambinus *ad opus faciendum*, Ramus *ad fructuofum et quaeftuofum opus.* Giphanius *iisque operi fatiundo occafionem dare et eo excitare.* Omnium optime Victorius. De eadem re eft locus pulcherrimus in Ifocratis Areopagitico c. 12. p. 225. Lang. ubi veteris democratiae mores defcribit: ibi igitur de optimatibus eft: ἐπήμυνον ταῖς ἐνδείαις, τοῖς μὲν γεωργίας ἐπὶ μετρίαις μισθώσεσι παραδιδόντες, τοὺς δὲ κατ' ἐμπορίαν ἐκπέμποντες, τοῖς δὲ εἰς τὰς ἄλλας ἐργασίας ἀφορμὴν παρέχοντες.

κτήματα] Aretinus *jumenta* vertens κτήνη fcriptum legiffe videtur, *bona* Victorius, *jumentis et poffeffionibus* Lambinus: ceteri poffeffiones vertunt. Paulo antea pro τὰ Ταραντίνων vetus Interpres reddidit *Tarentinum principatum.* De Cimone idem narrat Cornelius Nepos et Plutarchus, de Laconibus nofter fupra libro 2, 3.

τῆς ἀρχῆς αὐτῆς] Ita erat pro τῆς αὐτῆς ἀρχῆς fcriptum, quod corrigere non dubitavi. Ita etiam vertit cum Aretino Victorius.

Ceterum de Tarentinis duo funt obfervanda in hoc loco. Primum in exemplo ponuntur democratiae, ubi opti-

mates plebis favorem communicato bonorum fructu promereri ſtudent. Utitur hic tempore praeſenti κατασκευάζουσι; loquitur igitur de praeſenti tempore. Atque ſupra libro 5. de Tarentinis eſt μικρὸν ὕστερον τῶν Μηδικῶν δημοκρατία ἐγένετο ἐκ πολιτείας. De hac igitur loquitur nunc Philoſophus. Strabo 6, p. 290. Sieb. ἴσχυσαν δέ ποτε οἱ Ταραντῖνοι καθ᾽ ὑπερβολὴν πολιτευόμενοι δημοκρατικῶς. Sed ibidem addit: ἐξίσχυσε δὲ ὕστερον τρυφὴ διὰ τὴν εὐδαιμονίαν — ἐκ δὲ τούτου καὶ χεῖρον ἐπολιτεύοντο. Popularem tamen ſtatum duraſſe usque ad libertatem amiſſam docuit egregius Heyne Opuſc. Acad. II. p. 223.

Verum cum de vetere πολιτείᾳ Tarentinorum loquitur, utitur alio tempore ἐποίησαν; quod discrimen cum non animadvertiſſet, locum verſione et interpretatione pervertit Schloſſerus et Garvius. Nec melius latini interpretes *faciunt*, Aretinus, *fecerunt* Victorius, Lambinus, Giphanius, *diviſerunt* Ramus vertit.

Ad Caput IV.

πῶς δεῖ [ποιεῖν]] Vulgo deerat verbum ποιεῖν. Aretinus tamen *quomodo agendum ſit.* Victorius *quomodo decet, quae ad paucorum dominatus faciunt*, quaſi τὰ πρὸς τὰς ὀλιγαρχίας ſcriptum legiſſet; et voluit verbum κατασκευάζειν repeti, quod faciendum eſſe monuit etiam Conringius. Sed id facere non licet per loquendi uſum, niſi praepoſitionem περὶ deleas.

ἀναλογιζόμενον] Aretinus *reputando*, Victorius *referentem*, Lambinus *ſpectata et relata*, Ramus *comparatione et collatione*, Giphanius *comparata.* Camerarius *ratiocinantes.* Victorius interpretatur *ſimilitudinem ſequi et videre quid contrario ſtatui conveniat.* Comparavit etiam locum noſtri ex libro 2. de Coelo c. 13. ubi eſt ὥστε ἐκ τούτων ἀναλογιζόμενοι οἴονται ἐπὶ τοῦ μέσου κεῖσθαι τὴν σφαῖραν αὐτῆς.

τὴν μὲν εὔκρατον] Camotiana et Aretinus μὲν omittunt. Ad abſolvendam ſententiam ex priore membro ſupplendum πρὸς τὴν βελτίστην δημοκρατίαν καὶ πρώτην, quae ipſa verba addi voluit cum Lambino Conringius.

ἡ δεῖ] Cum Lambino Conringius ἐν ᾗ δεῖ corrigit. Sane Aretinus et Camerarius *in qua* vertit, sed Victorius *quam decet.*

τῷ τε κτωμένῳ] Conringius ὥστε τῷ κτωμένῳ scribi malebat.

τοσοῦτον εἰσαγομένου] Structura verborum laborat; nisi κατὰ τοσοῦτον πλῆθος intelligas, quae ratio mihi dura videtur esse: *afferente populo* Aretinus vertit, *inducente populo* Victorius, *tanta populi multitudine introducta* Lambinus, *eo quidem numero multitudine ascifcenda* Giphanius.

τῶν μὴ μετεχόντων] *quibus non patet aditus ad rempublicam,* uti recte Giphanius. Male Ramus *ut reliquam multitudinem hoc censu atque his opibus inferiorem facile vincat et superet.* Deinceps ubi est ἐπιτιθέντας δεῖ μικρόν, vetus Interpres *utique*, igitur δὴ pro δεῖ reddidit, sed Thomae exemplum *oportet* habet.

2. ἐκλελυμένα] Victorius *naves parum firmas*, uti Aretinus, *navigia fatiscentia* Lambinus, et Giphanius, *dissoluta* Ramus.

3. βάναυσον] Camotiana βαναυσικόν. Deinceps ante ἰσχυρὰν articulum τὴν inserui. Recte enim Aretinus vertit: *ibi locum habet aptissimum paucorum potentia illa summa.* Intelligit nempe τὴν πρώτην; idem docet sequens τὴν ἐχομένην ὀλιγαρχίαν. Contra Victorius *ut constituatur validus paucorum dominatus.* Ita fere etiam ceteri Interpretes. Giphanius *oligarchia gravis institui potest.* In annotatione tamen monet intelligi oligarchiam acerrimam et deterrimam, cui ex contrario respondeat moderata seu ἡ εὔκρατος. Comparat etiam locum ex libro 5. ubi est καὶ πάλιν ὁ ναυτικὸς ὄχλος — τὴν δημοκρατίαν ἰσχυροτέραν ἐποίησε. Sed locus iste non est plane similis nostro.

μακρὰς οὐσίας] Suidae locum: μακρὰν οὐσίαν, οὕτω λέγουσι τὴν πολλὴν Ἀττικοί comparavit Giphanius, et βραχεῖαν οὐσίαν ex libri 2. c. 5. Ita est τίμημα μακρὸν 3, 3.

ὅπου δ' ὁπλίτην] Vulgatum ὁπλίτην aperte vitiosum minore mutatione cum Lambino in ὁπλιτῶν, quam cum Camerario in

ἀπλιτικὴν mutare malui. Repete ὅπε συμβέβηκε τὴν χώραν εἶναι. Sequens πολλάκις omisit vetus versio.

4. χεῖρον] Vulgatum χείρω correxi; *deterius* vertunt vetus Interpres, Aretinus, Victorius, Lambinus, *infelicius* Ramus, *plerumque vincuntur* Giphanius.

συνδυάζεσι] Velites equitibus junctos Graeci ἁμίππες vocant. Cf. dicta ad Xenophontis Hellenic. 7, 5, 23. et Caesaris Comm. de B. Gallico I, 48. Sequens οἱ δῆμοι *populares* vertit vetus Interpres.

5. ἀθλητὰς — ἔργων] Camerarius aberravit, cum ἑτέρων scribendum esse conjiceret, interpretatus adultiores aliis id est praestantioribus rebus exerceri oportere. Quin illa ipsa, quae pueri didicerant, adolescentes tanquam athletae perfecti in opere bellico praestare debebant. Comparavit Victorius Varronis *athletas* de R. R. 2, 1, 1. qui similiter *comitiorum athletas* dixit in eodem libro. Comparavit etiam locum Dionysii Halic. qui ad orationem vocabulum transtulit, et Platonis libro 8. de Republica: ὥσπερ δ' ἀθλητάς τε πολέμε καὶ φύλακας. Demosthenicum ἐξ ὧν πάντες οἱ ἀθληταὶ τῶν καλῶν comparavit Giphanius. Denique verba ἐκκεκριμένες ἐκ παίδων male Victorius cum Aretino et Ramo vertit *delectos e pueris*, recte Lambinus *posteaquam e pueris excesserint*, Giphanius *postquam ex ephebis excesserint*. Recte hic etiam comparavit ἔγκρισιν τῶν ἀθλητῶν, quam Cicero athletarum probationem est interpretatus, et verbum ἐγκρίνειν saepe ita de aetate ad exercitia et publica certamina apta adhiberi monet.

καθάπερ Θηβαίες] Camerarius malebat Θηβαῖοι intellecto ποιῦσι. Sane Aretinus *ut faciunt Thebani*. Verum fefellit virum doctum mutata subito verborum structura. Cum enim dixisset τὴν δὲ μετάδοσιν γίνεσθαι (δεῖ) subjicit nunc, quasi antecessisset δεῖ δὲ μεταδιδόναι. Item sequitur κρίσιν πεποιημένες, quod ad eandem rationem referendum est. De Thebanis supra dixit 5, 3. ἐν Θήβαις νόμος ἦν τὸν δέκα ἐτῶν μὴ ἀπεσχημένον τῆς ἀγορᾶς, μὴ μετέχειν ἀρχῆς. Vetus tamen Interpres *Thebanis* habet.

Μασσαλίᾳ — τῶν ἔξω] De Maſſilienſium ariſtocratia ſupra dictum fuit ad librum 5, unde erit manifeſtum, qui dicantur hic *οἱ μετέχοντες τοῦ πολιτεύματος*, quique *οἱ ἔξω*.

6. *θυσίας — ἑστιάσεις*] Nullum enim ſacrificium ſine epulis fiebat; idemque mos, quem hic commendat Ariſtoteles, valuit in republica romana.

Ad Caput V.

Ἀκόλουθον — ἐστὶ] Giphanius ad h. l. ita: Quae ordinis ſit cauſa, id eſt, cur hoc loco de magiſtratuum partibus ſive generibus explicetur, perobſcurum eſt. Videtur tamen Ariſtoteles tractationem illam de duabus illis rebuspublicis ſua maxime aetate uſitatis, democratia et oligarchia, plane perficere voluiſſe: ut quamvis haec tractatio de magiſtratibus non iis tantum reipublicae generibus, ſed aliis quoque conveniat, eo tamen maxime accommodetur.'

Conringius apertius ita de hoc loco judicavit: Jam in Introductione monuimus, deſiderari hic integram doctrinam de conſtitutione ariſtocratiarum et politiarum, ſi non et monarchiarum. Hujus appendix praeter alia videtur eſſe doctrina de magiſtratibus; quam praeceſſit indubie doctrina de conſilio (*βουλῆ*) et ſumma poteſtate (*τοῦ κυρίου*), et ſubſecuta eſt doctrina de judiciis. Quae ibidem perierunt. Praemiſſa autem haec fuerunt doctrinae de mixtis rebuspublicis, quod mixtio omnis conſiſtat in varia trium horum conſtitutione: ceu liquet etiam ex libri quarti capitibus ultimis quatuor.

Cum Conringio ſentit etiam Schloſſer, qui praecipue deſiderari monet doctrinam de mixtis rerumpublicarum generibus, quam auctor ſupra Cap. I, ſect. 2. promiſerat, cuique hoc de magiſtratuum diverſis generibus caput praemiſſum fuiſſe bene ſuſpicatur Conringius. Igitur in extremo libro plura deeſſe manifeſtum ſit et hinc, et ex impari hujus libri cum ceteris comparati magnitudine. Verum etiam in hoc loco licebit cum Giphanio et Conringio lacunam vel brevem

vem suspicari, ubi series et consecutio doctrinae fuerit demonstrata, quae nunc est obscura; nisi quis statuat, ordinis instituti causam subindicari verbis illis ποίας ἂν ἁρμόττει συνάγειν καὶ ποίας χωρίζειν, δεῖ μὴ λανθάνειν. ubi simul lectorem praeparare voluisse videtur ad doctrinam de mixtis rerumpublicarum generibus.

2. ὑπογυιότατον] Camotiana et Isingr. et Sylburgiana ὑπογυότατον. Utramque formam habet Etymologicum M. Vetus Interpres *accommodatissimum*, Aretinus vertit *et haec facultas maxima et expeditissima est*. Victorius *quod inprimis requiritur*, sed in annotatione *maxime aptum*. Lambinus *et hoc ad — proxime accedit*. Ramus *idque proximum et simillimum est illi*, Giphanius *et hoc est maxime proximum ad*. Camerarius *proxime hoc pertinet ad eam copiam, qua contenti esse cives possint*. Equidem paratissimam promtissimam et facillimam rationem interpretor.

3. καθιστᾶσιν] Camotiana καθιστῶσιν. Magistratuum genera varia eadem fere ratione describit Plato libro Legum sexto. τειχοποιοὺς Cicero *curatores muris reficiendis* interpretatus est in libro de optimo genere dicendi, monente Giphanio.

4. καὶ [τὰ] περὶ τὰ ἔξω] Seclusi articulum inutilem suadente etiam Sylburgio. Vetus Interpres *et de eo quod extra oppidum*.

ἀποδέκτας] Nomen est hoc apud Demosthenem et Aeschinem; ἀποδεκτῆρας προσόδων vocat Xenophon Cyrop. 8, 1, 9. et auctor libri de Mundo 6, 9. Qui Athenis hunc magistratum gerebant, uti gesserunt cum laude principes viri Aristides, Lycurgus, Demades, ii dicebantur ταμίαι τῶν κοινῶν προσόδων, ταμίαι τῆς διοικήσεως κοινῆς, interdum οἱ ἐπὶ τῆς διοικήσεως τῶν χρημάτων, οἱ χειροτονηθέντες ἐπὶ τὰ δημόσια χρήματα, ab hoc magistratu accipiebat, qui Athenis dicebatur ταμίας τῶν στρατηγικῶν, quaestor militaris, ταμίας τῶν θεωρικῶν, quaestor theatralis, et sic ceteri, qui pecuniam publicam distribuebant.

αὐτοῖς τούτοις] Camotiana τούτοις omisit. Haec omnia munia fuisse scribarum recte monuit Giphanius, quorum con-

ditio fuit apud Romanos minore in honore, quam apud Graecos; illis enim magistratuum ministri potius erant et dicebantur, quam magistratus habebantur. Hi scribae vero non ipsi dabant actiones, nec Aristoteles iis hoc loco attribuit vel delegat actiones introducendas in judicia, uti/censuit Giphanius, sed servabant litteras, quibus nomina litigantium, causae, et judicum nomina, quibus causa judicanda obtigerat, continebantur. Magistratus vero ipsi, ad quos causae pertinent diversae, judicibus assignant et εἰσάγουσιν εἰς τὰ δικαστήρια. A scriba igitur actor petebat nomina judicum, quibus lis fuerat commissa a magistratu.

ἱερομνήμονες] Hoc nomen omisit Aretinus. Camerarius ait ita proprie dictos eos, qui mitterentur a civitatibus ad Pylaeam et ad conventum solennem Amphictyonum. Giphanius monet scribas fuisse publicos, qui adjungerentur legatis a civitate missis ad consilium Amphictyonicum vel Pylaicum, quod sacrosanctum habebatur, et in tutela Apollinis Delphici esse credebatur. Hesychius ἱερογραμματεῖς interpretatur, ubi vide Interpretes. Byzantiorum magistratus Ἱερομνάμων ap. Demosthenem pro Corona diversus est. Legati dicebantur Πυλαγόραι. Cf. Scholia Aristophanea ad Nub. vers. 619.

ἐπιστάται] Athenis erat princeps sorte ductus curiae praesidentis in consilio publico, (τῆς πρυτανευούσης φυλῆς ἐν τῇ βουλῇ) penes quem erant claves templorum, ubi pecuniae et tabulae asservabantur, ut ex Polluce, Harpocratione et Suida monuerunt Camerarius et Giphanius.

μνήμονες] Hesychio μνήμονες, ἀρχὴ γυναικῶν, ἐπιτελουμένων τῶν ἱερῶν. quae sana non sunt. Scholia Aristophanea l. c. in Homeri Odyssea θ, 163. φόρτου τε μνήμων καὶ ἐπίσκοπος ᾖσιν ὁδαίων interpretantur γραμματέα.

5. περιτιθεμένων] Aretinus brevius: *et circa reorum poenas et custodias*, unde duxisse videtur Lambinus, quam vertendo expressit scripturam πρασσομένων: *cujus est poenas a damnatis expetere atque et multas a multatis exigere atque efflagitare.* Sepulveda: *qui in judiciorum executionibus, sive damnatus quis fuerit sive factus reus, versatur.* Heinsius *qui a reis damnatisque*

mulctas exigit in civitate ac judicia exequitur. Victorius: *de damnatis et iis qui rei facti sunt.* Ramus *qui circa et damnatorum mulctas et poenas, circa lites aestimatas.* Male omnes, praeter Camerarium, de quo deinceps dicetur. Una enim annotatione simul complectar τὰς προθέσεις τῶν ἀναγεγραμμένων sectionis 6. quas Victorius *propositiones relatorum in acta* vertit, Sepulveda *propositiones eorum quae in acta referuntur*, Aretinus breviter *accusationes.* Lambinus iterum προτιμήσεις corrigi voluit, et vertit: *in multationibus eorum, qui in tabulas publicas relati sunt.* Ramus: *et ut varia rerum tribunalia erant, ita varios et multiplices constitui.* Heinsius plurimis verbis usus similiter aberravit. Unus Camerarius bene vertit: *a quo exigantur condemnatorum multae et quorum nomina in tabulas relata proposita sint;* alterum vero sic: *paritérque quod ad proposita nomina relata in tabulas pertineat:* Annotavit autem haec: τὰς πράξεις appellat τὰς εἰσπράξεις. Et ἐγγραφαὶ, quae et ἀναγραφαὶ, nunc sunt nomina perscripta aliquorum damnatorum judicis, quos fortasse latine perhibere liceat *aerarios*, qui sunt apud Pollucem ἐγγεγραμμένοι. Haec scilicet proponebantur, ut legi cognoscique ab omnibus possent, quae erant προθέσεις. Nam mentio professionis puerorum hoc loco οὐδὲν πρὸς ἔπος, φασί. Haec vir egregius, breviter, sed vere! Giphanii versio et annotatio a verbis inde ἐπιστάται καὶ μνήμονες usque ad finem libri desideratur.

Harpocration in voce Βουλεύσεως habet haec: ἐγκλήματος ὄνομα ἐπὶ δυοῖν τεττόμενον πραγμάτων — τὸ δὲ ἕτερον, ὅταν ἐγγεγραμμένος ὡς ὀφείλων τῷ δημοσίῳ αὐτὸς δικάζηταί τινι, ὡς οὐ δικαίως αὐτὸν ἐγγεγραφότι. ad quem locum docuit Valesius τὸν ἐγγεγραμμένον esse, qui aerarius erat inscriptus in acropoli, ex Demosthenis oratione prima contra Aristogitonem, ubi est ab initio statim: τὸν ὀφείλοντα τῷ δημοσίῳ τοῦτον καὶ γεγραμμένον ἐν ἀκροπόλει: item ex initio orationis contra Theocrinem: ὥστε μήτ' ἐκτῖσαι μήτ' εἰς ἀκρόπολιν ἀνενεχθῆναι. Scilicet in arce erat templum Minervae, in cujus ὀπισθοδόμῳ aerarium publicum. Est igitur ἀνενεγκεῖν εἰς ἀκρόπολιν idem, quod apud Romanos *deferre ad aerarium.* Πρόθεσις fiebat, ut

civibus conſtare poſſet, ſi quis damnatus multam non ſolviſſet. Is enim rempublicam gerere lege prohibebatur, et contra eum actio ἐνδείξεως erat unicuique civium: itaque ſi quis etiam exactorum curam effugiſſet dolo vel gratia, accuſatorum tamen vigilantiam timere debebat.

πράττειν κατὰ τοὺς νόμους] Camotiana articulum omiſit. Victorius male vertit *efficere quae leges jubent.* Aretinus *ſecundum leges facere.* Lambinus *eum* (magiſtratum) *adminiſtrare ex legis praeſcripto:* Ramus *in eo jura legesque violabit.* Sepulveda *fungi munere ex legis praeſcripto.* Sic etiam Heinſius, male vero omnes: πράττειν enim et πρᾶξις hic dicuntur pro *exactione*, *exigere*, quod alias πράττεσθαι, εἰσπράττεσθαι eſt.

μὴ γιγνομένων] Intellige δικῶν, ut deinceps poſt π. μὴ γιγνομένων intelligendum eſt κοινωνεῖν ἀδύνατόν ἐστι.

6. Διὸ βέλτιον] Aretinus *Praeterea melius — ſed partiri in plures, ut alii de aliis exequantur.* Camotiana deinceps ἀλλ' ἄλλας habet.

περὶ τὰς προθέσεις] De hoc loco ad ſectionem antecedentem dictum eſt.

ἔτι δ' ἐνια] Aretinus: *adhuc etiam magiſtratus alios aliis ſe exſequendis et novorum magis novos.* Sepulveda: *et cauſas juniorum juniores potius magiſtratus.* Victorius *et cauſarum juvenum potius e juvenibus conſtantes magiſtratus.* Lambinus *tum eas* (multas) *quas novi magiſtratus irrogarunt a novis.* Ramus *praecipue novos* (magiſtratus) *novis atque inſtantibus rebus praefectos exequi.* Heinſius: *et expediet inprimis, ſi judicia de junioribus lata exequantur juvenes. Plus enim animi in illis eſt ac virium.* Sententia ſatis videtur eſſe manifeſta, ſed in verbis eſt difficultas. Obſcurum enim, quid vocabuli intelligendum ſit ad illa τὰς τῶν νέων. Plerique omnes interpretes δίκας intellexiſſe videntur, neque ego video aliud vocabulum commodius, quod poſſit intelligi. Camerarius in verſione poſuit: *recentia negotia committenda eſſe junioribus.*

τὰς τῶν ἐνεστώτων] Aretinus *et praeſentium alio condemnante alii ſunt qui exigant:* Sepulveda: *cauſas vero conſiſten-*

tium, quas unus magistratus condemnaverit, alias exequatur. Heinsius: *de aliorum quoque, quae aguntur, caussis alios ex magistratibus sententiam ferre, alios exequi sententiam optarim.* Lambinus *et eas* (multas) *quae ab usitatis et veteribus irrogatae sunt, cum alius condemnarit, alium esse qui exigat.* Ramus *instantibus rebus*, Victorius *eas quae sunt rerum instantium.* In annotatione dubitat articulus τὰς ad antecedens πράξεις an potius ad δίκας referendum sit, *res praesentes et illius ipsius temporis τὰ ἐνεστῶτα* interpretatur. Camerarius haec posuit in annotatione: τὰς τῶν ἐνεστώτων, τὰς δίκας ἅς τινες ἐνστήσαντο, id est caussas aliquorum, quae aguntur. De his enim censet, sententiam alios facere, alios exequi debere. Denique Lambinus monet alios scribere τὰς τῶν εἰσιόντων. Equidem dubius haereo, vulgatam vitiosam censeam, an τὰ ἐνεστῶτα sint multae irrogatae in judiciis praesenti tempore exercitis, ut distinguantur a multis iis, quas anno priore magistratus aliquis irrogaverat, quaeque ad aerarium delatae et publice in acropoli propositae legebantur.

πολεμίους πᾶσι] Aretinus *inimicum* vertit, quasi πολέμιον scriptum legerit. Victorius *reddit illos hostes omnibus.* Et marge Isingr. ἀπεργάζεται addit, ut Lambinus ποιεῖ. *omnium hostile odium incurrunt* Sepulveda, *communes se omnium hostes esse declarabunt* Ramus. Equidem ἀπεργάζεται addere non dubitavi, cum alia ratio commodior sententiae absolvendae mihi non succurreret.

7. καί τι σόφισμα] Vulgatum καὶ τὸ ex margine Isingr. correxi. De undecimviris capitalibus Atticis bene disputavit Sluiter in Lectionibus Andocideis p. 256. seqq.

ἀποτεταγμένην — πρὸς αὐτοῖς] Aretinus verba πρὸς αὐτοῖς omisit; Victorius vertit: *unum distinctum ab aliis magistratum esse super his.* Sepulveda: *itaque non unus separatus magistratus penes eos esse debet:* Lambinus: *non oportet unum certum huic negotio praepositum esse magistratum:* Ramus: *magistratus igitur in his rebus neque unus neque continuus idem et perpetuus esse debet.* Mihi totum illud colon πρὸς τούτοις suspectum est; certe praepositio πρὸς cum alia commutanda videtur.

ἐφήβων ἢ φρουρῶν] Athenis ephebos custodiam gessisse urbis et totius agri Attici, et hinc περιπόλους dictos fuisse, satis est notum. In oligarchiis vero φρουραὶ alebantur ad eundem usum et ad potentiam oligarchorum tuendam.

8. δεῖ δὲ καὶ ἐν εἰρήνῃ] Aretinus: *opus est enim et pace et in bello permultis. Nam et moenia civitatis curanda tuendaque sunt, et disquisitiones.* Legit igitur scriptum πολλῶν· καὶ γὰρ τειχῶν φυλακῆς δεῖ ἐπιμελητὰς εἶναι. Sunt τειχοφύλακες dicti.

ἐξετάσεως καὶ συντάξεως] Victorius scrutari militiae idoneos cives et ipsos describere ad usum militarem interpretatur hoc munus. Sepulveda *civium delectus habeant ipsorumque ordines constituant.* Lambinus *civibus anquisitione habita probandis atque ordine describendis.* Ramus *quique cives recenseant et describant.* Recensum militarem intelligi patet, et descriptionem civium per φυλὰς ad militiam vel pedestrem vel equestrem.

9. ἔνθα δ' ἐλάττους] Haec omisit Aretinus. Sequens περὶ πάντων Aretinus vertit *super omnibus.* Vetus Interpres *in omnibus*, sed Versoria exemplum haec verba omisit. Sylburgius ἐπὶ πάντων malebat, quod verum puto.

ἐπὶ τούτων ἑκάστῳ] Vulgatum ἑκάστων correxi. Causam lector intelligens ipse animadvertet. Deinceps καθίσταται ἀρχὴ Camotiana, quod satis bene cum ἑκάστῳ, minus cum sequente αἳ καλοῦνται convenit.

κατὰ μέρος δὲ αἱ] Aretinus *seorsum* vertit. Articulum αἱ omittunt Edd. quaedam annotante Sylburgio.

ἐπιμελείας πολεμικῶν] Aretinus vertit, quod conjecit Lambinus scribendum, ἐπιμέλεια.

10. εἰ καὶ μὴ πᾶσαι] Aretinus *et non omnes.* De εὐθύνοις Atticis dicetur infra. Λογιστὰς ab εὐθύνοις diversos esse docuerat Aristoteles in Republica Atheniensium, narrante Harpocratione, qui ita tradit: ἀρχή τις παρ' Ἀθηναίοις — εἰσὶ δὲ τὸν ἀριθμὸν δέκα, οἳ τὰς εὐθύνας τῶν διῳκημένων ἐκλογίζονται ἐν ἡμέραις τριάκοντα, ὅταν τὰς ἀρχὰς ἀποθῶνται οἱ ἄρχοντες. E Suida sub voce Εὐθύνη videtur apparere, λογιστάς, cognitis rationibus si quos in culpa deprehenderant, detulisse apud εὐθύνους. Nam ille εὐθύνη κυρίως, ἣν εἰσάγουσι λογισταὶ πρὸς τοὺς

δόξαντας μὴ ὀρθῶς ἄρξαι τῆς πόλεως — καὶ τὰ δικαστήρια μὲν οἱ λογισταὶ κληροῦσι, κατηγορεῖ δὲ ὁ βουλόμενος, καὶ τοῖς δικασταῖς ἔξεστι τιμᾶσθαι τοῖς ἄλλοις. Hinc λογιστήρια, τὰ τῶν λογιστῶν ἀρχεῖα. Plura in Addendis.

συνηγόρους] Photius in Lexico apud Albertium ad Hesychium: Συνήγοροι οὐ μόνον οἱ τοῖς ἰδιώταις συναγορεύοντες (advocati) ἀλλὰ καὶ ἄρχοντες Ἀθήνησι. Etymol. M. ἔοικε γὰρ παρ' Ἀθηναίοις τινὰς χειροτονεῖσθαι συνηγόρους ἐπὶ τοῦ ἀγορεύειν, ὡς Ἀντιφῶν φησί. Rectius Harpocration ἐοίκασι — τινὲς — συνήγοροι ἐπὶ τῷ συναγορεύειν. De his plura in Addendis.

τὴν εἰσφοράν, ᾗ προκάθηται] Primum de persona et re videamus. De eadem infra sect. ultima: τριῶν δ' οὐσῶν ἀρχῶν [καθ'] ἃς αἱροῦνταί τινες ἀρχὰς τὰς κυρίας, νομοφυλάκων, προβούλων, βουλῆς, οἱ μὲν νομοφύλακες ἀριστοκρατικόν, ὀλιγαρχικὸν δὲ οἱ πρόβουλοι, βουλὴ δὲ δημοτικόν. Unde apparet mentionem νομοφυλάκων hoc in loco excidisse, qui fere classicus est de potestate hujus magistratus. Sed etiam Xenophon Oeconomici 9, 14. ita de eo tradit: ἐν ταῖς εὐνομουμέναις πόλεσιν οὐκ ἀρκεῖν δοκεῖ τοῖς πολίταις, ἢν νόμους καλοὺς γράψωνται, ἀλλὰ καὶ νομοφύλακας προσαιροῦνται, οἵτινες ἐπισκοποῦντες τὸν μὲν ποιοῦντα τὰ νόμιμα ἐπαινοῦσιν, ἢν δέ τις παρὰ τοὺς νόμους ποιῇ, ζημιοῦσι: quem locum Cicero vertit: *quarum primoribus atque optimatibus non satis visum est bonas leges habere, nisi custodes earum diligentissimos cives creassent, quos Graeci* νομοφύλακας *appellant. Horum erat officium, eos, qui legibus parerent, laudibus prosequi nec minus honoribus; eos autem, qui non parerent, poena multare.* De Atheniensis reipublicae magistratu hoc ita Harpocratio: ἀρχή τις παρ' Ἀθηναίοις οὕτως ἐκαλεῖτο. — Φιλόχορος — ὅτι οὗτοι τὰς ἀρχὰς ἠνάγκαζον τοῖς νόμοις χρῆσθαι. Accuratius Suidas: ἠνάγκαζον δὲ τὰς ἀρχὰς χρῆσθαι τοῖς νόμοις καὶ ἐν ταῖς ἐκκλησίαις ἐκάθηντο μετὰ τῶν προέδρων κωλύοντες ψηφίζειν εἴτι παράνομον αὐτοῖς εἶναι δόξειε καὶ ἀσύμφορον τῇ πόλει. Pollux 8, 94. τοῖς δὲ προέδροις ἐν ἐκκλησίαις συγκαθίζουσιν, ἵνα διακωλύοντες ἐπιχειροτονεῖν ὅσα μὴ συμφέρει. De Atticis nihil praeter haec loca attulit Valesius ad Harpocrationem. Est etiam locus Ciceronis de Legibus 3, 20. *Legum custodiam nullam habemus; itaque hae leges sunt, quas appa-*

ritores noſtri volunt; a librariis petimus, publicis litteris conſignatam memoriam publicam nullam habemus. Graeci hoc diligentius, apud quos νομοφύλακες creantur: nec hi ſolum litteras (nam id quidem etiam apud majores noſtros erat) ſed etiam facta hominum obſervabant ad legesque revocabant. Haec detur cura cenſoribus: quandoquidem eos in republica ſemper volumus eſſe. Apud eosdem, qui magiſtratu abierint, edant et exponant, quid in magiſtratu geſſerint, deque iis cenſores praejudicent. Hoc in Graecia fit, publice conſtitutis accuſatoribus. Qui quidem graves eſſe non poſſunt, niſi ſint voluntarii. Locum integrum transſcripſi, quoniam non ſolum de magiſtratu νομοφυλάκων ſed etiam de εὐθύνοις tradit. Plato Legum libro 6, p. 252. primum omnium magiſtratum reipublicae ſuae inſtituit muneraque ejus deſcribit, νομοφύλακας. In republica Attica fuiſſe olim inſtitutos νομοφυλάκων magiſtratum ex oratione Dinarchi docet Harpocratio; de tempore tamen nihil addit. Cum is magiſtratus ſtatui populari plane contrarius ſit, qualem imminuta etiam ſenatus Areopagitici auctoritate inſtituit Pericles, nec in oratoribus Atticis, quorum orationes hodieque legimus, eorum mentio ſiat, ſuſpicor eorum et auctoritatem et nomen cum Solonica republica exoleviſſe. Fit quidem νομοφυλάκων mentio ab Ulpiano ad orationem Demoſthenis contra Timocratem, ſed ii plane diverſi ſucceſſerant in nominis antiqui poſſeſſionem, uti docet Pollux 8, 102. ubi de undecimviris eſt: νομοφύλακες δὲ κατὰ τὸν Φαληρέα μετωνομάσθησαν. — τῷ δὲ νομοφυλακίῳ θύρα μία χαρώνιον ἐκαλεῖτο, δι᾽ ἧς τὴν ἐπὶ θανάτῳ ἀπήγοντο. ubi Kuhnius verba κατὰ τὸν Φαληρέα interpretatur *tempore Phalerei*, cum ſcilicet ille teneret rempublicam; quod ſi documento ſcriptoris alicujus confirmari poſſet, mirarer, unde Demetrio in mentem venerit nomen antiquum undecimviris tribuere et uſitatum abolere.

De βουλῆς auctoritate in democratia ſatis conſtat ex noſtro et ex oratoribus Atticis.

Supereſt ut de προβούλοις videamus, quos eosdem συμβούλους ſupra dixit, cum de mutata Thuriorum oligarchia loqueretur. Athenis ante oligarchiam 400 virorum conſtituti

sunt decemviri cum summa potestate legibus scribendis, qui πρόβελοι sunt dicti, auctore Thucydide 8, 61. et Suida sub h. v. de quibus Valesius ad Harpocrat. p. 181. Hic maxime cum προβέλοις oligarchiarum conveniunt. Attici enim oratores, si πρόβελον interdum, saepius autem προβέλευμα nominant et προβελεύειν usurpant, consilii popularis praejudicia intelligunt, quae ad concionem feruntur populi suffragiis firmanda. Demosthenes pro Corona: ὑμῖν δὲ πρῶτον μὲν περὶ πάντων τὴν βελὴν ἀκῦσαι καὶ προβελεῦσαι δεῖ. Tales nominavit Aristophanes προβέλες in fabula Lysistrata, eorumque unum inducit cum apparitoribus Scythis, qui mulieres tumultuantes comprehendit, et senatui suadet legatos de pace Lacedaemonem mittere versu 1011. Hoc fere sensu Plutarchus Romuli c. 13. Romanos consules προβέλες vocavit. Legatos Ionum ad commune concilium προβέλες vocat Herodotus 6, 7. De Megarensium vero oligarchia Aristophanes Acharn. 755. narrantem facit Megarensem: ἄνδρες πρόβελοι τῦν' ἔπρασσον τῇ πόλει, ὅπως τάχιστα καὶ κάκιστ' ἀπολοίμεθα.

Paene oblitus eram monere de verbis ἔχει τὸ τέλος καὶ τὴν εἰσφορὰν ἢ προκάθηται τῦ πλήθυς, ubi Aretinus *finem et introductionem* vertit, Victorius *finem et aditum*, Sepulveda: *nam idem saepe pecuniam ex vectigalibus tributisque collatam habet, qui multitudini praeest:* Mirabilius etiam Heinsius: *unus est supremae potestatis magistratus qui et praeest reliquis, quaeque ab iis fiunt, inspicit cum cura atque observat.* Lambinus *idem enim saepenumero et vectigalis curationem et tribunatum plebis hoc est ephoriam, obtinet.* Is scilicet cum Isingr. ἐφορίαν scriptum vertit, quae scriptura ex Sylburgiana in reliquas recentiores migravit: habet tamen eandem vetus Interpres. εἰσφορὰν cum Victorio dedit Camotiana, idque vertit Aretinus. Ramus: *hic enim saepe et vectigal imperat et tributum indicit.* Is tamen ἐφορίαν in oratione graeca posuit! Denique ipse etiam egregius Camerarius: *hic enim plerumque praeest vectigalibus ac tributis, in populari statu praeses multitudinis.* Heinsium secutus est Schlosserus et Garvius, cujus tamen sententiae ne vestigium quidem verbis graecis inest. Vix credibile videbitur viros tot tam-

que doctos in loco non difficili a vero ſenſu aberraſſe, praeſertim cum Victorius in annotatione haec poſuiſſet: εἰςφορὰν de magiſtratu dici arbitror, quia ipſe proponit et quaſi objicit, de quibus deliberari debet; eundem autem τέλος habere ait, quia confirmat et rata reddit ſententia ſua ea, de quibus conſilium cogitur: Qui vero vectigalia et tributa hic viderunt, non meminerant vectigalia numero ſingulari non dici τὸ τέλος, non magis, quam tributorum genus omne τὴν εἰςφοράν, Harpocration docere eos poterat, qui in voce Προχειροτονεῖν ita: ὁπόταν τῆς βουλῆς προβουλευσάσης εἰςφέρηται εἰς τὸν δῆμον ἡ γνώμη, πρότερον γίνεται ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ χειροτονία, πότερον δοκεῖ περὶ τῶν προβουλευμάτων σκέψασθαι τὸν δῆμον ἢ ἀρκεῖ τὸ προβούλευμα. Ariſtophanes Lyſiſtr. verſu 649. εἰ δ' ἐγὼ γυνὴ πέφυκα, τοῦτο μὴ φθονεῖτέ μοι, ἢν ἀμείνω γ' εἰςενέγκω τῶν παρόντων πραγμάτων. Noſter ſupra libro 2. ἃ δ' ἂν εἰςφέρωσιν οὗτοι πρὸς τὸν δῆμον. Ita latine *ferre ad populum* dicitur, *ferre legem*, ut Attici εἰςφέρειν νόμον; contra *conferre tributum* latine eſt, quod Graece χρήματα εἰςφέρειν; Plinius tamen *inferre tributum* dixit Panegyrici 39, 6. Hinc εἰςφορὰ νόμου, rogatio legis. Verum haec hodie nota omnibus ſunt, et plura dabit Stephani Theſaurus exempla.

δεῖ γὰρ εἶναι] Aretinus vertit: *oportet autem id quod cogit, ſummam habere in republica auctoritatem.* Sepulveda: *nam eſſe aliquem oportet qui eos in unum cogat, quique ſummam habeat reipublicae poteſtatem.* Victorius ambigue participio uſus eſt. Lambinus recte: *oportet enim aliquem magiſtratum eſſe, qui habeat jus convocandae ejus civium partis, penes quam ſumma reipublicae poteſtas.* Ramus cum Aretino et Sepulveda facit, cum Lambino Heinſius; et recte quidem. Nam altera ſententia ex graecis niſi omiſſo articulo τὸ ante κύριον effici non poteſt. Verum ineſt alia his verbis difficultas, quam nemo tetigit. Rationem enim videntur habere alicujus dicti antea; proxime autem antecedunt haec ἢ προκάθηται — ὁ δῆμος. Verum in his nil eſt, cujus ratio ſubdi debeat, nec quae redditur, convenit ad dictum illud, ſed potius ad priora ἡ γὰρ αὐτὴ — εἰςφοράν. Igitur membrum iſtud ἢ προκάθηται locum ineptum occupaſſe videtur; quam ſuſpi-

tionem firmare videtur etiam illud, quod democratiae mentio fit bis, oligarchiae vero et aristocratiae et politiae ne nominantur quidem. Igitur non solum excidisse quaedam suspicor, ut antea dixi, veluti mentionem *νομοφυλάκων*, sed membrum etiam illud *ἢ προκάθηνται τοῦ πλήθους, ὅπου κύριός ἐστιν ὁ δῆμος* transferendum videtur post verba illa *βουλὴ μᾶλλον*. Ita plane Plato Legum 6, p. 264. de senatu suo: *διὰ ξυλλόγων τε ἀεὶ δεῖ τοῦτο εἶναι τὸ προκαθήμενον τῆς πόλεως κύριον* etcet.

11. *ἱεροποιοὺς*] Aretinus et Ramus *sacrificuli*, Victorius *fanorum fabros*, Lambinus *sacrifici*, Sepulveda *templorum aedificatores*, Heinsius item: Camerarius ait esse, *quibus mandata cura faciendorum reficiendorumque templorum*, sicut *τειχοποιοὶ* curant moenia reficienda, idem tamen admonuit Grammaticos veteres, Pollucem et Harpocrationem curam *ἱεροποιῶν* assignare sacrificiorum certorum administrationi. Cf. Valesii annotationes ad Harpocr. p. 331.

ναοφύλακας] *aedituos* omnes vertunt, recte. Diversi sunt *ναοφύλακες νυκτέρου ναυκληρίας* Sophoclis apud Pollucem 10, 134. Praeter nostrum nullus scriptorum reliquorum nominavit, multi vero *ταμίας τῶν ἱερῶν χρημάτων*.

ἐχομένη δὲ ταύτης] Aretinus male *Huic communis*. Bene Victorius *Sequitur hanc*. Sequens *ἀφωρισμένη* omisit Aretinus.

ἱερεῦσιν ἀποδίδωσι] Supra libri 3, cap. 9, 7. reges antiqui dicuntur fuisse *κύριοι τῶν θυσιῶν, ὅσαι μὴ ἱερατικαί*.

ἔχουσι τὴν τιμὴν] Aretinus male *sed ex publico fiunt*. Victorius *sed a communi Vesta nacta sunt honorem*. Lambinus *sed iis (assignantur) qui hunc honorem a communi civitatis foco et totius urbis lare consequuntur*. Ramus ineptius *sed in epulo publico celebrantur*. Heinsius *sed ad tutelarem civitatis spectant deum*. Sepulveda: *sed honorem a communi genio sortiuntur*. Unus igitur Lambinus sensum vidit, monente Perizonio ad Aeliani v. h. 9, 39. ubi interpretatur verba haec de illis, qui curiae publicae seu prytaneo praesunt. Pauca quaedam ibi docet de prytanibus; sed non vidit, deesse articulum *τοῖς*, ut comparatio sacerdotum cum prytanibus appareat. Non dubitavi igitur eum inserere. Pessime Camera-

rius *cum illa sit communis suae quorumque familiae.* Sequentia ἄρχοντας τούτους omisit Aretinus.

12. ἔτι [τὰ] περὶ τὰ] Ineptum τὰ seclusi, quod sensum interpellat. Deinceps συναλλάγματα dat Camotiana. Sequebatur vulgo ἐπιλογισμοὺς, quod Aretinus *rationes* vertit, *ratiocinationes* Victorius, *rationes subducendas* Lambinus, *repetundarum* ineptissime Ramus. Vetus Interpres *et circa ratiocinationes.* Photii Lexicon excerptum ab Albertio ad Hesychium v. Εὔθυνος, ἀρχὴ ἦν τις· ἐξ ἑκάστης δὲ φυλῆς ἕνα κληροῦσι, τούτῳ δὲ δύο παρέδρους. Idem Εὐθύναι, οἱ ἀπολογισμοὶ τῶν ἀρξάντων, καὶ εὔθυνοι οἱ τούτους ἀνακρίνοντες. Habes auctorem emendationis etiam ab Albertio propositae. Sylburgio περὶ λογισμοὺς suum condonamus, quod duxisse videtur e vetere versione.

ἐξετάσεις] *exquisitiones* Victorius, *disquisitiones* Aretinus, *civium probationes atque in mores eorum anquisitiones* Lambinus, *quaestiones* Ramus, *delectus* Camerarius, dubius an potius *inquisitiones et censiones* vertendum fuerit. Ut supra 6, 5, 10. junguntur ἐξετασταὶ εὐθύνοις et λογισταῖς, ita nunc inter ἀπολογισμοὺς et εὐθύνας intercedunt ἐξετάσεις. Sequentia sunt vitiosa et ita corrigenda, ut aut πρὸς τούτοις scribatur, aut πρὸς deleatur. Equidem seclusi. Sylburgius putabat junctim προςευθύνας dici posse, uti supra προςευθυνοῦσαι verbum adfuit. Sed alia est ratio verbi et nominis.

καὶ τέλος αἱ — περὶ τῶν κοινῶν] Vulgabatur. αἰεὶ τῶν κοινῶν. Aretinus vertit: *et finaliter circa consilia. Haec communia.* Victorius *et demum quae ad id quod deliberat de rebus communibus.* Lambinus *Postremo ii magistratus, qui consilio publico praesunt in numerum communium referendi sunt.* Ramus *denique consultationum et deliberationum publicarum.* Solus igitur Victorius verum vidisse videtur.

13. Ἴδια δὲ] Camotiana ἰδίᾳ, *proprie* Aretinus. Sequens σχολαστικωτέραις Aretinus et Ramus vertit *pacatae atque tranquillae*, Victorius *quae magis otio fruuntur*, Lambinus *otiosae et pacatae.* De nominibus magistratuum hic positis nihil est opus disputare; nota enim sunt eorum munera in vulgus.

καθ' ὰς αἱρῦνται] Aretinus: *per quos assumunt quidam summas potestates.* Lambinus: *ex quorum ratione quidam magistratus amplissimos summaque auctoritate ac potestate praeditos suffragiis creant:* Heinsius vitium apertum vidit, et praepositionem deleri jussit, ut sensus constet. Igitur seclusi. De magistratu *νομοφυλάκων, προβύλων* et *βυλῆς* satis jam antea fuit dictum.

ὡς ἐν τύπῳ] Isingr. et aliae *ἐν* omiserunt, vetus Interpres *ὡς* omisit. Aretinus vertit *ut in figura*, Victorius *ut crasso modo*, Lambinus *veluti nudi quadam informata imagine*, Ramus *breviter et summatim.*

Deinceps doctrinam de judiciis et rebuspublicis mixtis temporum injuria amissam deesse recte admonuit Conringius.

Ad Aristotelis Politicorum Librum VII.

Ad Caput I.

ἄριστα πράττειν] Perionius ita interpretatur: *et praeclarissime agi debeat cum iis, qui optima republica utuntur:* Sepulveda: *cum eos optime vivere consentaneum sit:* Lambinus: *optimas enim res agere, optimeque res suas gerere convenit eos:* Giphanius: *optime sive beatissime vivere:* Admonet idem, infra *ἄριστον* et *πράττουσαν καλῶς* pro eodem poni.

ἐκ τῶν ὑπαρχόντων] *Pro rebus quibus instructi sunt* Victorius vertit, Giphanius *pro copiis, quae ipsis suppetunt:* et monet, intelligi bona reipublicae et civium ipsis suppeditantia. Heinsius: *optime ex bonis iis copiisque, quas ad manum habent, ac beatissime agunt.*

2. *καὶ* [*τῶν*] *ἐν τοῖς*] Seclusi *τῶν*, quod sensum interpellat loci. Postea *δεῖ* verbum omisit Camotiana.

ἐν τοῖς ἐξωτερικοῖς λόγοις] Locus est simillimus Nicomacheorum I, 13. *λέγεται δὲ περὶ αὐτῆς καὶ ἐν τοῖς ἐξωτερικοῖς λόγοις αὐταρκούντως ἔνια, καὶ χρηστέον αὐτοῖς.* ubi paraphrasis, quae Andronico Rhodio adscribitur incerto tamen auctore librarii Codicis Leidensis, ita habet: *περὶ ψυχῆς τοίνυν οὐ μόνον ἐν συγγράμμασιν, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ στόματος πρὸς τοὺς ἐντυγχάνοντας ἀρκούντως εἴπομεν ἔνια, καὶ χρηστέον αὐτοῖς.* Quae quidem interpretatio librorum exotericorum omnium minime probabilis esse mihi videtur, nisi statuamus, Philosophum hos et illos de moribus libros eorum tantum in usum conscriptos publicasse, quibus audisse ipsum disserentem obtigerat. Giphanius Sepulvedae opinionem sequitur, qui exotericos

libros non de certo librorum genere interpretatur, sed generaliter idem hic ut alibi plerumque valere putat, quod ἄλλως sive alias. Itaque intelligi censet hic libros Ethicorum, id est libros alios ab hoc opere Politicorum. Hinc vertit: *cum satis multa explicari existimemus de vita optima etiam in aliis libris, nunc quoque iis erit utendum.* Similiter Heinsius: *tum in libris de Moribus praemisimus, tum alibi locorum fuse satis atque copiose egisse nobis videamur.* Giphanius autem post *aliis* addere debuerat *nostris.* Ceterum de libris exotericis et acroamaticis extat Dissertatio Buhlii, etiam novae operum Aristotelicorum editioni praemissa.

τῶν ἐν τῷ σώματι] Articulum τῷ addidi.

τῶν ἐσχάτων] Monet Victorius Ciceronem pro Muraena similiter dixisse: *quod necesse est omnium vitiorum esse postremum.* Ita *postremi homines* sunt in oratione Rosciana c. 47. Ita *nihil posterius nihil nequius* in Pisoniana c. 27. et de Provinc. consul. c. 4. Heinsius igitur vertit: *ne a foedissimis quidem abstineat.*

τεταρτημορίου] *Quadrantem* vertunt omnes. Hesychius vocabulum interpretatur οἱ δύο χαλκοί. Idem ταρτημόριον, τὸ τεταρτημόριον ἢ δίχαλκον. ubi Photii et Harpocrationis loca annotarunt interpretes. Vitruvius tamen 3, 1, 7. *quadrantes obolorum, quas alii dichalca, nonnulli trichalca dicunt.*

τὴν διάνοιαν — διεψευσμένον] Post διάνοιαν margo Isingr. inserit verba: οὐ γὰρ εὐδαιμονίζουσιν, quae partem veri continent, forte ductam e vetere versione, ubi est: *quae circa prudentiam se habent: neque enim beneficant sic imprudentem et mendacem, sicut quendam puerulus insensatus.* Sed Thom. habet: *circa prudentiam, sicut imprudentem et mendacem, sicut — puerulus aut insensatus.* Agnoscis emendatricem manum Editoris Thomani, ut aliis etiam in locis. Equidem vix me continui, quin scriberem: περὶ διάνοιαν ἔχει· οὐδὲ γὰρ μακαρίζουσι τὸν οὕτως ἄφρονα etcet. Pro verbo postremo Sylburgius διεφθαρμένον scriptum malebat. Vulgatum Aretinus vertit *ignarum,* Victorius *qui falsis opinionibus teneatur,* Giphanius *stultus et excors,* Heinsius *errorum plenus.*

3. *ὥστε — πάντες*], Vitii notam vel lacunae apposui. Ex Lambini conjectura Zuingeriana addidit verbum *εἰρήκαμεν*. At ita praestabat *λέγομεν*. Victorius vertit: *haec quidem dicta aliquomodo omnes concederent*: quasi *πως* scriptum legisset. Giphanius: *omnes igitur haec quidem concesserint: ambigunt vero in quanto et magnitudine.*

ἔργων λαμβάνειν] Vulgatum *διαλαμβάνειν* cum Lambino et Zuingero correxi. Vetus Interpres *provenire fidem* habet: Deinceps debebat esse *περὶ δὲ τὴν κτῆσιν τῶν ἀγαθῶν τῶν ἔξω*, quomodo vertit Victorius, male tamen verba *μετριάζουσι περὶ τὴν κτῆσιν* reddit: *in possessione — ad mediocritatem pervenerunt.* Nec rectius Giphanius: *bonae fortunae modice possideant:* nec Heinsius: *licet modice a fortuna sint instructi.* Est potius: *qui in bonis fortunae acquirendis cupiditati temperant et moderantur.*

4. *τῶν τὴν ὑπερβολὴν*] Absurde Victorius: *omne autem usui servit, quorum exuperantiam:* Giphanius: *Quicquid autem utile est, est in iis rebus, quarum magnitudinem sive nimium:* Heinsius: *quod ad utilia attinet, ea est conditio eorum, ut si modica sint, simul sint utilia, quemadmodum dicuntur:* Uterque igitur post *ἐστὶν* intelligi voluit *τούτων*. Vetus Interpres *omne autem quod utile est, eorum excessum aut nocere.* Aretinus, qui verbum ex verbo reddere solet, ita: *omne autem utile tale est, ut excessus vel noceat habenti vel certe nil prosit:* Igitur videtur in Codice suo scriptum legisse: *χρήσιμόν ἐστι τοιοῦτον, ὥστε τὴν ὑπερβολὴν ἢ βλάπτειν ἢ μηδὲν ὄφελος εἶναι τοῖς ἔχουσιν.* In utraque vero ratione *αὐτῶν* post *εἶναι* vel abundat, vel duriusculum est, cum ad singularem *πᾶν χρήσιμον* referatur. Sequens vero *χρήσιμόν εἶναι* vitiosum esse videtur; minime enim modus hic *εἶναι* pendet a praecedente *ἀναγκαῖον*; quare *χρήσιμόν ἐστι* vel *εἶναι δοκεῖ* praefero. Victorius etiam vertit: *tanto majores fructus ferunt.* Ceterum his verbis: *πᾶν δὲ τὸ χρήσιμον* continuatur et explicatur comparatio ab instrumentis ducta, minime vero, uti cum Giphanio censuit Heinsius, alia et nova ratio indicatur, haec videlicet: *quod bona fortunae sint ac dicantur vulgo utilia, bona animi honesta.*

πράγμα-

πράγματος κατὰ τὴν διάστασιν] Vulgabatur πράγματος πρὸς ἄλληλα, κατὰ τὴν ὑπεροχὴν, ἥνπερ εἴληφε διάστασιν, ὧν φαμέν. ubi Victorius putabat rectius philosophum et dilucidius scripturum fuisse πρὸς ἀλλήλας, ut referantur verba ad διάθεσιν. Ad illa vero ἥνπερ εἴληφε διάστασιν, ὧν φαμὲν intelligebat πράγματα, ὧν scilicet πραγμάτων, addens: *nos dicimus ea esse spatia et intervalla.* Versionem ipsam Victorii nemo facile intelligat. Giphanius ita: *optimam affectionem cujusque rei inter se sequi pro magnitudine differentiae, quam habent res, quarum ipsas affectiones esse dicimus.* Miror virum perspicacissimum non vidisse inepte dici *affectionem cujusque rei inter se.* Giphanii interpretationem in annotatione explicatam uberius Heinsii paraphrasis expressit. Vetus Interpres *secundum excessum distantia (quem distantia* Thom.) *quam quidem sortita est.* Videtur igitur ἥνπερ εἴληχεν ἡ διάστασις scriptum legisse. Aretinus multo brevius haec ita vertit: *secundum excessum distantiae illorum quorum dicimus eas esse dispositiones.* Igitur πρὸς ἄλληλα aut non legit scripta in libro suo, aut cum vocabulo διαστάσεως (ita enim scriptum vertit) ea verba copulavit. Certe sensum Philosophi clarius ex Aretini versione conjicere licet, quam equidem secutus verba aliter disposui, nullum mutavi, nisi τὴν ὑπεροχὴν in τῇ ὑπεροχῇ, hoc sensu: *affectio optima cujusque rei sequitur discrimen excellentiae, quo a se invicem distant eae res, quarum dicimus esse affectiones.* Aretini scripturam καθ' ὑπεροχὴν διαστάσεως probare ideo non possum, quod optima rei cujusque affectio in excellentia discriminis vel distantiae rerum, quarum affectiones sunt et dicuntur, sita non est nec dici potest; sed est vere sita in discrimine excellentiae, et quo singulae res magis natura sua excellunt aliis rebus, eo meliores et praestantiores sunt et dicuntur earum affectiones. Sepulveda ita interpretatur: optimae affectiones, quae sunt ipsa bona triplicia, hanc inter se excessus proportionem habent, quam ipsarum subjecta inter se tenent. Ceterum structura verborum eadem est infra cap. 14. δῆλον γὰρ, ὡς ἀκολουθεῖν δεήσει καὶ τὴν παιδείαν κατὰ τὴν διαίρεσιν ταύτην. Denique εἴληχε vulgato εἴληφε e vetere libro cum Lambino substituit Zuinger.

5. ἐπεὶ καὶ] Male et alieno in loco ἐπεὶ δὲ καὶ scribi voluit Sylburgius.

λόγων δεόμενον] Victorius: *iisdem rationibus constituitur:* Giphanius *concluditur* posuit pro *constituitur;* Heinsius *iisdem facile probari potest argumentis.* Ceterum in verbis καλῶς πράττειν τοῖς μὴ καλὰ π. disputandi et concludendi ratio pendet a sermone Graecis familiari et formula loquendi καλῶς πράττειν, non ab ipsa rei naturae. Minus feliciter Giphanius *ut recte agant, qui recta non agunt;* multo etiam minus Heinsius.

δύναμιν καὶ μορφὴν] Victorius δύναμιν vim et potestatem, μορφὴν speciem, εἶδος interpretatur, et ad verba τὴν αὐτὴν et sequens ὧν intelligit ἐκείναις. Itaque Giphanius vertit: *eandem vim et speciem habet cum iis, quarum singuli compotes dicuntur justi et prudentes et temperantes.* Equidem non solum Victorii annotationem probo, sed praeterea verba καὶ φρονίσεως abundare et resecanda esse censeo. Statim enim tria virtutis exempla vel partes nominantur, in quibus etiam φρόνησις; cujus mentio in sententia generali magis nocet docendi perspicuitati quam prodest.

6. θιγγάνειν] Ita Victoriana et Sylburgiana cum versione Aretini. Lambinus tamen ait in libris ante se vulgatis esse τυγχάνειν, quod e vetere libro correxit. Vetus Interpres *attingere* habet.

χωρὶς ἑκάστῳ] Vulgatum ἑκάστου correxi, quod Victorius non reddidit; posuit enim *seorsum singulis mortalibus:* Camotiana ἰδίως ἑκάστῳ habet, ut infra cap. 3. extremo, idque Aretinus expressit: *privatim unicuique.* Postea Camotiana κεχορηγημένος dedit, ad βίος referendum. *redundante* habet vetus Interpres.

Ad Caput II.

εἴτε τις] Hoc est tertium membrum hypotheseos; duo priora peregit verbis ὅσοι γὰρ, ὅσοι τε. Victorius vertit *si quis vero:* quasi scriptum legisset εἰ δέ τις. Giphanius *sive virtute quis unum probet.*

2. ἀπολελυμένος] Camotiana κεχωρηγημένος. Videtur voluisse κεχωρισμένος dare. Sequens διάθεσιν Victorius *ordinem*, Giphanius *descriptionem* interpretatur.

προσηρήμεθα] Male Aretinus: *proferamus et nos hanc considerationem. Nam illud quidem.* Camotiana etiam male ἐκεῖνο μὲν γὰρ habet. Primus Victorius γὰρ sustulit. προαιρέμεθα videtur fuisse in libro Aretini.

3. καθ' ἧς τάξιν] Vulgatum καθ' ἣν τ. correxit Lambinus: *per cujus institutionem* jam olim vertit Aretinus.

βίον εἶναι αἱρετώτατον] Ex Camotiana εἶναι inserui.

4. περὶ αὐτοὺς εὐημερίᾳ] Vulgatum αὐτῶν Camot. Isingr. in αὐτὸν mutat, ego in αὐτοὺς mutavi. Vetus Interpres *ei qui circa se ipsum jucunditati.* ubi Thom. *ei* omisit.

ἐφ' ἑκάστης γὰρ ἀρετῆς] Victorius: *in singulis enim virtutibus non ansas dari magis agendi privatis hominibus, quam illis:* Giphanius: *cujusque virtutis officia et actiones non magis ad singulos et privatos quam ad eos — pertinere.* Heinsius: *cum praesertim virtus, quam utrique spectant, nihilo hic minus locum habeat quam ibi. Virtutum enim singularum actiones aeque ab iis qui — atque a privatis — exerceri posse.* Sensus est, virtutem omnem agendo spectari, non otio et nihil agendo. In unoquoque vero virtutis genere virum negotiosum et reipublicae munia obeuntem et saepius et melius spectari agendo quam otiosum et contemplationi vacantem meditando.

5. χύδην] male Giphanius *sparsim*, rectius Victorius *sine summa cura, inconsiderate:* Heinsius Giphanium imitatus: *ubi nullo ordine conscriptae sunt ac ineptissime digestae.* Paulo antea τῆς πολιτείας — καὶ τῶν νόμων scriptum legit et vertit Vetus Interpres.

πλεονεκτεῖν] *subigere aliquos* vertit Victorius, *quae aliis superiores esse possunt* elegantius Giphanius.

6. σκύφον περιφερόμενοι] Vitiosum locum statim agnoscit lector attentus. Poculum enim bibere inepte dicitur; *e poculo* vertunt omnes interpretes: Igitur σκύφου περιφερομένου certe scribendum erit. Paulo antea vetus Interpres pro κρίκων

liliis reddidit; ſcriptum igitur κρίνων legit; deinde pro καταπηγνύουσι *commaſſant*.

7. μὴ μόνον δικαίως] Inepte Lambinus δικαίων corrigit probante Zuingero. Paulo tamen post μὴ δικαίων Camotiana habet. Deinceps pro βιάσασθαι vetus Interpres ἰάσασθαι *ſanaſſe* reddidit.

9. εἰ μὴ φύσει — δεσπόζον ἐστὶ, τὸ δὲ οὐ δεσπόζον] Recte quidem admonuit Giphanius ſcribendum potius eſſe δεσποτὸν, ut infra eſt δεσποτῶν, ubi tamen cum Lambino Zuingerus malebat δεσποστῶν, quam formam etiam hoc in loco praefero: ſed ſententia ipſa adhuc laborat vitio ἀνακολουθίας in argumentatione. Victorius quidem in annotatione ita interpretatur: *ſtulte ſentiret, qui non putaret extare quiddam, quod natura dominetur*, ſed ex verbis graecis elici haec ſententia non poteſt. Giphanium ſequitur, uti ſolet, Heinſius; equidem medicinam vitio nullam adhuc excogitavi. Verba aliquot excidiſſe videntur.

Ad Caput III.

2. αὐτὸ τὸ φύσει] Articulum τὸ inſerui de meo. Vetus Interpres αὖ τὸ reddidit *quam rurſus quod natura liberum*.

3. ὑπολογίζειν] Ita Iſingr. et Sylburgius. Vulgo ὑπολογεῖν *amici rationem habere* vertunt Victorius et Giphanius, *reputare* vetus Interpres. Structura verbi inſolens. Genitivus enim unde pendeat non habet. Plato Apologiae c. 16. μηδὲν ἄλλο ὑπολογίζεσθαι πρὸ τοῦ θανάτου. Forma etiam activa verbi inſolens eſt.

4. τοῦτο ψεῦδος] Male Victorius ſecutus antiquam verſionem poſterius vocabulum omiſit ad ſenſum neceſſarium. Fallitur enim is in eo, cum putat ὑποτίθεσθαι per ſe eſſe id quod dubium et incertum eſt, tanquam firmum et exploratum ſtatuere.

δύναμιν τὴν πρακτικὴν] Giphanius interpretatur aut prudentiam ſive uſum ac peritiam in rebus politicis ac civilibus, aut naturae bonitatem ſive facilitatem et proclivitatem ad res gerendas. Vide Addenda.

5. ἡ γὰρ εὐπραξία τέλος] Victorius et Giphanius *bona namque actio finis:* Giphanius duo hic argumenta proponi censens, prius esse hoc ait: cum contemplatio sit ipsa vita beata, jam autem constet etiam ex prioribus, vitam beatam esse εὐπραξίαν; efficitur, ut contemplatio non tantum sit actio quaedam, sed etiam optima. Alterum argumentum ait esse in verbis μάλιστα δὲ καὶ πράττειν et sequentibus. Mihi videtur unum esse argumentum, cujus membrum prius continetur verbis ἡ γὰρ εὐπραξία — τις. assumtio vero vel alterum membrum una cum conclusione est in verbis μάλιστα δὲ et sequentibus: unde efficitur, ut non solum εὐπραγία (quae eadem εὐπραξία dicitur, nisi scriptura fallit,) pertineat ad philosophum, sed ipsa etiam vita actuosa philosopho recte tribuatur; quicquid enim agit, non ad alios refertur, sed ad ipsum et ad illum vitae finem summum, τὴν εὐπραξίαν nempe.

λέγομεν καὶ κυρίως] Camotiana λέγομεν κυρίως. Ceterum ἀρχιτέκτονας ταῖς διανοίαις *animo sive mente duces* vertit Giphanius, pejus in annotatione *mentis architectos*, paulo melius Heinsius *qui ingenio consilioque ea quae ab aliis geruntur aut efficiuntur manu, ordinant ac regunt.* Eodem fere sensu vocabulum adhibuit supra 3, 11. et ἀρχιτεκτονικὴν Poeticae 19, 7. Vide Addenda.

6. καὶ τοῦτο συμβαίνει] Antecessit ἀπρακτεῖν, quod repeti hic non convenit cum argumentationis consilio. Igitur aut πράττειν excidit, aut ex negatione ἀπρακτεῖν affirmatio assumenda erit.

παρὰ τὰς οἰκείας] Cum alibi negaverit θεῷ esse πράξεις ut de Coelo 2, 12. hic contra et infra Cap. 4, 5. θείας γὰρ δὴ δυνάμεως ἔργον τοῦτο, ἥτις καὶ τόδε συνέχει τὸ πᾶν. ubi vide annotationem. Est etiam locus in Nicomacheis 10, 8. ubi deo vita theoretica tribuitur, detracta actione; quam scilicet intelligere oportet de πράξεσιν ἐξωτερικαῖς; nam τὰς οἰκείας proprias divinae naturae non detraxit. Cf. Vateri Vindicias Theologiae Aristotelicae Lipsiae 1795, p. 41. quem hic locus tum fugerat. — Paulo antea verba σχολῇ γὰρ vetus Interpres ita vertit: *vacationem enim utique deus habebit bene.*

Ad Caput IV.

τὰ εἰρημένα περὶ αὐτῶν] Postrema duo περὶ αὐτῶν otiosa mihi videntur verba. Deinceps ὑποθέσεις εἶναι τῆς μελλούσης omisso περὶ Camotiana habet; quae scriptura haud scio an praeferenda sit.

προϋποτίθεσθαι — εὐχομένους] Vulgatum προϋποτεθεῖσθαι corrigi jussit Sylburgius; alioquin εὐχομένοις scribendum erit.

2. πόσην τε εἶναι] Vulgatum ὅσην correxit Sylburgius; vetus Interpres vertit *quantam*. Ad infinitum modum εἶναι repete δεῖ.

3. ἀγνοοῦσι] Victorius interpretatur: si enim hi non omnino falso sentiunt — plane nesciunt omnes, quae civitas vere magna vocanda sit. Equidem malim repetere verbum οἴονται, εἰ δὲ τοῦτ' ἀληθὲς οἴονται. Heinsius ita: *quod, quemadmodum fortasse verum est, si recte intelligatur, ita falsum est, quemadmodum accipitur ab illis. Re enim ipsa, quae sit vera magnitudo, et in quo consistat, ignorare sese probant.*

4. τοῦτο ποιητέον] Vulgatum ποιητέον correxit Camerarius. Sequens ἐξέρχονται, *prodeunt*, videtur referri ad militiam, cum cives ad defendendam civitatem exeunt contra hostem.

5. ἀνειμένην πρὸς τὸ πλῆθος] Victorius vertit *remissam ac relaxatam versus multitudinem*, Giphanius *projectam ad multitudinem*. Equidem malim: *quae se in multitudinem effuderit vel profuderit.* Paulo antea pro ἀλλὰ μὴν vetus Interpres οὐ μὴν ἀλλὰ scriptum vertit suo more *non solum sed.*

θείας — δυνάμεως — τὸ πᾶν] Aristotelem divinam providentiam et curam rerum humanarum non sustulisse, ut plerique veterum existimarunt, ex hoc loco fortasse non incommode confici posse, censebat Giphanius; idem tamen addit, saepenumero Stagiritam verbo hoc δυνάμεως θείας non ipsum deum, sed naturam potius accipere consuesse. Compara dicta ad Capitis 3, sect. 6.

6. Ἐπεὶ τόγε καλὸν] Giphanius ita ad h. l. Non tam difficile, inquit, horum sententiam verborum videre, quam prioribus quemadmodum aptentur commode et huc perti-

neant. — Sed haec quemadmodum huc pertineant, ſatis eſt difficile ad explicandum: niſi forte id recte dici poterit, Ariſtotelem id de pulchritudine civitatis hic afferre eam ob cauſam, quod pulchritudo in magnitudine potiſſimum cernatur; de qua magnitudine toto hoc capite agitur. Alioqui ad ipſam disputationem de modo magnitudinis, quae propria eſt hujus loci et capitis, haec clauſula de pulchritudine non ſatis eſt accommodata. Et ſane non multum facere mihi videtur. Quare non parum dubito, an non hic aliquid deſit, aut potius ſuperſit. De ipſa definitione pulchritudinis monuit jam olim Victorius, eam extare in libro 4. Nicomacheorum 6, 7. et in Poeticae cap. 7, 8. — ubi eſt: τὸ γὰρ καλὸν ἐν μεγέθει καὶ τάξει ἐστί. διὸ οὔτε πάμμικρον ἄν τι γίνοιτο καλὸν ζῶον — οὔτε παμμέγεθες. In priore vero eſt: ὥσπερ καὶ τὸ κάλλος ἐν μεγάλῳ σώματι, οἱ μικροὶ δ' ἀστεῖοι καὶ σύμμετροι, καλοὶ δ' οὔ. Apparet igitur hoc in loco verum tantum illud eſſe τὸ καλὸν ἐν μεγέθει εἴωθε γίνεσθαι. Alienum eſt ἐν πλήθει καί. Deinde tamen ex opinione eorum, qui magnitudinem civitatis numero civium finiebant, aſſumit etiam numerum, πλῆθος, ad civitatis magnitudinem, atque inde concludit, urbem magnam eſſe etiam pulcherrimam. Ita quidem apparet ſententia, et cauſa, cur eam appoſuerit hoc loco Philoſophus; ſed nexus cum ſuperioribus minime apparet, ut recte monuit Giphanius. Praeterea totum hoc membrum alienum arguere videntur verba ὁ λεχθεὶς ὅρος, quae de numero civium intelligenda ſunt; nondum enim numerus civium definitus eſt; quem ad optimam rempublicam ſufficere cenſuit Philoſophus. Igitur ſi totus locus eſt alienus, fruſtra quaerimus ejus nexum cum antecedente disputatione. Quod ſi tamen locum commodum quaeris huic particulae, eum reperies in extremo hoc capite poſt vocabulum συνιόντος.

7. διὸ πρώτην — πόλιν] Victorius *perfectiorem et ex praeceptis hujus diſciplinae conſtitutam*, Giphanius *parvam, nondum adultam civitatem* interpretatur; Heinſius: *unde ſequitur, primo omnium et ad minimum tantum requiri in civitate numerum, qui ad bene commodeque vivendum in civili ſufficiat ſocietate; et haec prima erit, quae per ſe conſiſtet civitas.*

Equidem puto Philoſophum dicere voluiſſe: Civitas tum demum exiſtit, cum juſta multitudo civium coiit, quae quidem ad bene vivendum in civili ſocietate ſufficiat: atque hanc eſſe primam omnium civitatem, quae hoc mereatur nomen; hunc eſſe numerum primum et juſtum, ex quo civitas conſtare vere dici poſſit.

[μείζω] πόλιν] Vitium vulgatae, quae tautologiam ineptam habet, ſenſit Schloſſerus. Id eſt in vocabulo μείζω, quod ex interpretatione verbi ὑπερβάλλουσαν ortum alienum locum occupavit.

γνωρίζειν ἀλλήλους] Giphanius monuit hoc eſſe etiam Platoni viſum Legum 5, p. 228. οὐ μεῖζον οὐδὲν πόλει ἀγαθὸν ἢ γνωρίμους αὐτοὺς εἶναι. item 6, p. 250. Bip. Deinceps pro ἐν τῇ πολυανθρωπίᾳ τῇ λίαν vetus Interpres reddidit: *in ea quae valde multorum hominum*, quaſi ἐν τῇ πολυανθρώπῳ τῇ λίαν ſcriptum legiſſet.

8. πόλεως ὅρος ἄριστος ἡ μεγίστη] Vitium loci manifeſtum eſſe puto lectori attento. Neque enim nunc quaeritur finitio civitatis ex numero civium ſimpliciter, ſed inveſtigatur τίς ἐστιν ὁ τῆς ὑπερβολῆς ὅρος, ut eſt ſect. 7. Igitur ſcribendum cenſeo πόλεως ὅρος ἄριστος τῆς μεγίστης ἡ μεγίστη τοῦ πλήθους ὑπερβολὴ πρὸς αὐτάρκειαν ζωῆς, εὐσύνοπτος δέ. Περὶ etcet. id eſt: Perſpicuum eſt igitur, hunc eſſe civitatis maximae modum et terminum optimum, cum maxima hominum multitudo vitae ſubſidiis et victus ſatis eſt inſtructa, nec tamen ad conſpectum et cognitionem immenſa atque infinita. Eadem plane ratione ratiocinatur noſter de menſura tragoediae in Poetica cap. 7, 10. ſeqq. ubi μῆκος εὐσύνοπτον et σύνδηλον eſſe vult. Librarius ſcilicet τῆς μεγίστης propter ſequens ἡ μεγίστη omiſit oblitus. Poſt εὐσύνοπτος autem δὲ fuit inſerendum. Numerus enim, quatenus ad αὐτάρκειαν ζωῆς pertinet, poteſt eſſe immenſus, ut antea monuit Philoſophus; eandem enim natio aliqua poteſt ſuppeditare ſibi; verum ad εὐνομίαν et εὐταξίαν pertinet, ut numerus civium ſit εὐσύνοπτος. Igitur εὐσύνοπτος adjecta conjunctione aliqua ſeparandum erat ab αὐταρκείᾳ ζωῆς, cum qua nihil habet commune.

Ad Caput V.

Τοῦτον δὲ τὸν ὅρον] Camotiana τοῦτο δὲ tantum habet. Locus, ad quem disputationem distulit Philosophus, cum aliis periit horum librorum membris. Ceterum non immerito Giphanius queritur, haec de quantitate et qualitate agri satis confuse et permixtim ab Aristotele explicari, vix ut internosci possit, quae dotes ad qualitatem, quae ad quantitatem pertineant.

βίου ὑπερβολὴν] Vulgo interfertum articulum τὴν omisi cum Camotiana. Giphanius monet ὑπερβολὴν hic ut supra 4, 17. ὑπερβολὴν de utroque extremo intelligendum, cum plerumque *nimium* significet. Est igitur h. l. etiam quae ἔλλειψις alibi dicitur. Eodem sensu gemini extremi ὑπεροχὴν poni in Ethicis Nicom. 5, 5. idem annotavit.

2. Τὸ δ' εἶδος τῆς χώρας] Male Giphanius *situm* interpretatur, quem postea θέσιν dicet Aristoteles. Rectius Victorius *formam* vertit, potes etiam *figuram*. Deinceps πόλεως τὴν θέσιν *civitatis potentiam* vertit vetus Interpres.

Εἷς μὲν [οὖν] ὁ λεχθεὶς] Inserui οὖν de meo, ut nexus fiat aptior. Giphanius vertit *et hic quidem unus est modus.* Huic membro deinceps respondet ὁ δὲ λοιπός, intellige ὅρος, τὴν χώραν εἶναι — εὐπαρακόμιστον. Sequentia vetus Interpres ita vertit: *oportet enim ad auxiliationem esse locorum unum*; sed Thom. habet *op. enim adesse auxilia locorum omnium.*

3. πολλὰ τυγχάνουσι] Camerarius recte πολλοὶ scribendum conjecit et admonuit respici locum Platonis in quarto de Legibus, item in duodecimo.

ὑπεναντίον] Vulgatum ὑπεναντίαν, ad πολυανθρωπίαν nimis remotum, referendum ex Codice correxit Camerarius, eamque scripturam reddidit Giphanius.

4. φέρειν τοὺς πολίμους] Vulgatum πολεμίους correxit Sylburgius τοὺς σωθησομένους Victorius *qui e periculo sunt eripiendi*, Giphanius *qui salvi sint futuri*, Lambinus *qui salvi esse volunt*: Formulam dicendi Camerarius illustravit posito loco Platonis in Theaeteto Cap. 25. ἄνδρες, οἵους δεῖ ἐν πόλει τοὺς

σωθησομένους. p. 176. Steph. ubi vide annotationem Heindorfii p. 403. Theognis similiter: ὡς ἄνδρες μηκέτι σωζόμενοι, qui de salute sua desperaverunt. Deinceps ἀλλά γε effeci ex Camotianae ἀλλ' εἰ. Vulgo γε deest.

5. παρέχοντες σφᾶς αὐτοὺς] Victorius cum Aretino *qui autem apud se forum instituunt:* Giphanius *qui autem omnibus apud sese mercaturam praebent.* Igitur Lambinus παρ' αὐτοῖς scribi voluit. Verum vulgata ferri potest si σφᾶς αὐτοὺς interpreteris *civitatem suam.*

ἣν δὲ μὴ δεῖ] Victorius cum Aretino *Quodsi non oportet:* Giphanius *civitas si particeps esse non debet.* Ita etiam Lambinus et Camerarius, quasi scriptum legissent εἰ δὲ μὴ δεῖ. Solus Ramus recte *in qua civitate.*

Ἐπεὶ δὲ καὶ] Camotiana ἐπειδὴ καί. Deinceps vulgatum ὑπάρχον correxi, quod Camerarius interpretabatur dictum absolute. Idem h. l. vertit: *Cum sane videamus extare — perspicuum enim est, si quid eveniat.* et φανερὸν ὂν ὡς scribendum censuit; alios vero interpretes ait videri legisse scriptum φανερὸν γὰρ ὡς. Formulam νέμειν ἄστυ, habitare urbem, Camerarius illustravit apposito loco Sophoclis in Ajace: 1016. καὶ δόμους νέμοιμι σούς. Vetus Interpres ἐπίνεια *suburbia,* et μήτε τὸ αὐτὸ νέμειν vertit *ut neque occupetur ipsum municipium.*

ἐπιμελεῖσθαι] Hanc operam dedit Plato Legum duodecimo p. 200. Bip.

6. μόνον αὐτοῖς] Recte monuit Camerarius verba transposita esse in sequenti membro, ubi καὶ δύνασθαι βοηθεῖν καὶ φοβεροὺς εἶναι scribendum est. Victorius etiam interpretatur *et rebus suis tuendis et vicinis in metu continendis.* Hoc ordine, quo scribendum monui, vertit etiam verba Lambinus.

σκεπτέον] Ita Camotiana. Vulgo ἐπισκεπτέον erat; Isingr. et Sylburgius ἀποσκεπτέον habent. Vide ad libri 3. cap. 8, 5.

ἡγεμονικὸν καὶ πολιτικὸν] Victorius vertit *studiosam imperandi vitam et civilem:* Giphanius *principem ad politicam vitam,* Camerarius *vita cum civili ratione ad principatum directa:* Lambinus *vitam principatui convenientem simul et civi-*

lem: Ramus *vitam quandam imperiosam et in civili gubernatione sitam.* Nullus in verbo πολιτικὸν adhaesit, quasi reliquae civitates πολιτικὸν βίον non colant, aut ulla civitas sine vita civili cogitari possit. Aut igitur delendum id vocabulum aut μὴ μόνον addendum.

7. γιγνομένην περὶ τὸν ναυτικὸν ὄχλον] Brevius, recte tamen Giphanius *multitudinem magnam turbae nauticae.* Sequens μέρος omisit Camotiana.

καὶ τῶν πεζευόντων] Victorius vertit *et itidem eorum, qui solent terra pugnare — princeps est navigationis;* quasi καὶ τὸ τῶν πεζευόντων scriptum legisset. Recte Giphanius: *nam milites classiarii ex liberorum et peditum sunt numero — et priores tenent partes in re navali.*

περιοίκων] Victorius vertit *castellanorum et agricolarum:* Giphanius cum Ramo graecum vocabulum caute retinuit; Camerarius *multitudo circa aliquam urbem loca incolentium:* Lambinus *accolarum.* Qui sint, statim dicetur. Deinde ὁρῶμεν δὲ τοῦτο omissa copula καὶ vertit vetus Interpres.

Ἡρακλεωτῶν] Ita recte Camotiana. Vulgo Ἡρακλειωτῶν. Heracleam Ponti recte interpretatur Camerarius et Giphanius. Hic etiam apposuit locum Xenophontis Anabas. 5, 6, 10. ἐξ Ἡρακλείας δὲ οὔτε πεζῇ οὔτε κατὰ θάλατταν ἀπορία· πολλὰ γάρ ἐστι πλοῖα ἐν Ἡρακλείᾳ. Idem 5, 10, 1. Heracleam dicit πόλιν ἑλληνίδα, Μεγαρέων ἄποικον, οἰκοῦσαν ἐν τῇ Μαριανδυνῶν χώρᾳ. Hi Mariandyni sponte se dediderant in speciem servitutis sub conditionibus iis, quas memorat ex Posidonio historico Athenaeus 6, p. 263. et Strabo 12, p. 542. Eosdem tanquam Heracleotarum servos memorat etiam Plato Legum 6, p. 301. cum Helotibus Lacedaemoniorum comparans, qui tamen multo duriore conditione fuerunt. Ipsi Heracleotae δορυφόρους non servos appellabant. Cf. Ruhnkenii annotationem ad Timaei Glossarium p. 214. Hi sunt περίοικοι, quos in libris superioribus etiam saepius nominavit Aristoteles.

ἐκπληροῦσι] *implent* Victorius vertit, recte annotans Graecis operas navales, quas Romani honestiore vocabulo socios navales vocaverint, id est remiges, πλήρωμα appellasse. Vide Addenda.

ἐμμελεστέραν] *magnitudine concinniorem* vertit Victorius et Camerarius, *angustiorem* Ramus, ἐνδεεστέραν Lambinus scribi voluit *minorem* vertens cum Giphanio. Camerarius recte comparavit locum Platonis Legum 6, p. 300. κτήματα ποῖα ἄν τις κεκτημένος ἐμμελεστάτην οὐσίαν κεκτῷτο. ubi male *maxime honestum* vertunt. Vetus Interpres mire h. l. vertit: *aedificata civitate magnitudine aliis contractiore*, quasi κεκτισμένης τῆς πόλεως scriptum legisset. De ipsa urbis magnitudine aliunde non constat, sed de potestate navali et auctoritate testatur Memnonis historia Heracleae, cujus excerpta Photii Bibliotheca servavit. Vide Addenda.

[καὶ πόλεων]] Haec verba recte damnavit Conringius, igitur seclusi. Deinceps vulgatum διῃρημένα correxi e Camotiana. Postea vulgabatur τὸν τρόπον τοῦτον, quod emendavit Camerarius.

Ad Caput VI.

τὰς πόλεις] Haec omisit Camotiana. Sequens διείληπται vertit Victorius *distincta est*, Ramus *orbem terrarum tot gentibus ac nationibus varie cultum atque habitatum:* Giphanius *ut gentibus varie incolitur:* Camerarius *et gentium in hoc discrimina:* Lambinus *ut a diversis ac variis gentibus occupatus est.*

Εὐρώπης] Europae partes septentrionales intelligi recte monuit Victorius et docet sequens locus de Hellenibus. Idem comparavit locum Platonis de Republ. 4, p. 359. ubi Thraces et Scythae nominantur. Giphanius Vitruvium 6, 1. Sed Europae nomen hic antiquissima notione accipi videtur, quam reperies etiam in Hymno in Apollinem versu 250. ἠ μὲν ὅσοι Πελοπόννησον πίειραν ἔχουσιν, ἠδ' ὅσοι Εὐρώπην τε καὶ ἀμφιρύτους κατὰ νήσους. ad quem locum G. Hermann docuit Europae nomine significari regionem eam, quae a Thracia ad Peloponnesum pertinebat.

βέλτιστα] Vetus interpres μάλιστα scriptum vertit *maxime*.

2. πρὸς ἄλληλα] Camotiana καὶ anteposuit. Eadem deinceps τινος δεῖ dedit. Locum Platonis, quem reprehendit

Philosophus, reperies de Republ. libro 2, p. 243. πρὸς μὲν τοὺς συνήθεις τε καὶ γνωρίμους ὡς οἷόντε πρᾳοτάτους εἶναι, πρὸς δὲ τοὺς ἀγνῶτας τοὐναντίον, et deinceps: πρὸς μὲν τοὺς οἰκείους πρᾴους αὐτοὺς εἶναι, πρὸς δὲ τοὺς πολεμίους χαλεπούς. Nusquam verbo φιλητικὸς usus reperitur Plato esse; quare injuriam facit Platoni Aristoteles, nisi dicamus scripturam librorum nostrorum diversam esse ab ea, quam Stagirita habuit. Deinde Victorius haesit in vocabulo θυμὸς in quo residere amorem censet Philosophus, cum contra in libro Topicorum 2, c. 7, 4. εἰ τὸ μῖσος ἕπεσθαι τῇ ὀργῇ ἔφησεν, εἴη ἂν τὸ μῖσος ἐν τῷ θυμοειδεῖ· ἐκεῖ γὰρ ἡ ὀργή· σκεπτέον οὖν, εἰ καὶ τὸ ἐναντίον ἐν τῷ θυμοειδεῖ, ἡ φιλία· εἰ γὰρ μὴ, ἀλλ' ἐν τῷ ἐπιθυμητικῷ ἐστιν ἡ φιλία, οὐκ ἂν ἕποιτο τὸ μῖσος τῇ ὀργῇ. Et libri 4, cap. 5, 4. ἡ δὲ ὀργὴ ἐν τῷ θυμοειδεῖ — ὁμοίως δὲ καὶ, εἰ ἡ φιλία ἐν τῷ ἐπιθυμητικῷ. Vulgarem loquendi usum sequitur Philosophus nunc, quem Theognidis exemplo firmavit Camerarius: ἀργαλέως μοι θυμὸς ἔχει περὶ σῆς φιλότητος, οὔτε γὰρ ἐχθαίρειν οὔτε φιλεῖν δύναμαι.

3. ἀπήγχεο] Camotiana ἀπάγχεο, ut liber unus Victorii, alter cum vetere Interprete ἀπέγχεο habebat. Cum Lambino dedi, quod intelligi potest, et est simile illis verbis ἀγάλλεο, ὀδύρεο, quae reperiuntur et quibus pariter animum (θυμὸν) alloquitur Archilochus, monente etiam Victorio, in Fragmento apud Stobaeum Joannem Serm. 20, p. 172. unde fortasse etiam hic locus est decerptus. Ceterum pro vulgato παρὰ ex Camotiana et Isingr. περὶ recepi. Aretinus vertit: *non tu quidem ab amicis lanceis transfixus es.* Similiter vetus Interpres: *non enim ab amicis a* (et Versor) *lanceis perforationes.* Igitur ἀπ' ἐγχέων scriptum legerunt, atque additum verbum, quod conjectura non assequor. Vide Addenda.

4. παρ' οἷς γὰρ ὀφείλεσθαι δεῖν] Victorius vertit *a quibus enim deberi sibi beneficium putant,* uti Lambinus. Contra *a quibus enim beneficium praestari debere putant* Camerarius. Mihi displicet inprimis δεῖν, etiamsi παρ' ὧν scripseris. At ecce vetus versio δεῖν plane omisit; igitur delevi.

χαλεποὶ γὰρ] Ex Plutarcho et h. l. inter Euripidea Fragmenta 10, 92. retulit Musgrave χαλεποὶ πόλεμοι γὰρ

ἀδελφῶν. Ibidem p. 497. inter Euripidea Barnes retulit sequens fragmentum *οἱ μὲν πέρα στέργοντες οἱ δὲ καὶ π. μισοῦσιν.* Vetus Interpres vertit: *hi quidem ultra diligentes.*

Ad Caput VII.

ὥσπερ τῶν ἄλλων] Haec omisit Camotiana; eadem deinceps cum Isingr. et Sylburgiana ταὐτὰ habet, quod cur vulgato ταῦτα substituerim, postea dicam ad sect. 4; postea ἂν ante εἴη omisit. Intelligere Philosophum ea, quae peculiari vocabulo συσσίτια vel μεταίτια dicuntur, monuit Camerarius.

ἐξ ἧς ἕν τι τὸ γένος] Victorius vertit: *ex qua unum quodpiam genus:* interpretatur: *ex qua conficitur unum genus et quasi unum corpus.* Camerarius: *communitatis unum quodpiam genus spectantis:* Lambinus *ex qua unum quoddam genus fiat.* Recte! Ita συμπόσιον est communio quaedam hominum, ex qua existit genus illud, qui συμπόται dicuntur. Monui haec, quia Conringius hic haesitavit. Vetus Interpres τὸ γένος reddidit *generetur,* sed Thom. habet *genere.*

2. Ὅταν δ' ᾖ] Camotiana ὅταν δέ. Deinceps οὐθέν ἐστιν ὃ γίγνεται κοινὸν mihi displicent; quidni enim brevius dixit οὐθέν ἐστι κοινόν? Postea κοινωνία ὁμοίων Lambino *societas similium* est, Victorio *communio similium* ambigue.

3. ἂν εἴη ἀναγκαῖον] Victorius monet veterem Interpretem videri quaedam ante ἀναγκαῖον interposita legisse: vertit enim *proprie a quo* vel, ut est in alio libro, *proprie quod.* Mihi non solum oratio scabra esse et minime laevis videtur, sed vitium etiam subesse. Supra enim sect. 1. fuit οὐ ταὐτὰ μόριά ἐστι τῆς ὅλης συστάσεως, ὧν ἄνευ τὸ ὅλον οὐκ ἂν εἴη. i. e. non esse ea, sine quibus totum aliquod consistere non potest, pro partibus totius istius habenda. Quomodo igitur partes civitatis quaerere potest nunc in iis, sine quibus civitas esse non potest? Adeo ait necessario partes reperiri in iis! Quid igitur si suspicemur fuisse scriptum ἐν τούτοις οὐκ ἂν εἴη, ἃ ἀναγκαῖον αὐτῇ ὑπάρχειν? Sed tutius et verius est, si supra non ταῦτα sed ταὐτὰ scripseris, quod feci, cum res sit manifesta.

Nam fine quibus res aliqua confiftere et exiftere non poteft, ea non funt quidem omnia ejus rei partes, partes tamen omnes in iis reperiuntur.

4. πρὸς τὰς πολεμικάς] Articulum inferui.

5. κατὰ τὰς ἐργασίας] Victorius *operationes* rectius quam Camerarius *quaeftus et effectiones* vertit. Sunt eaedem quae antea ἔργα. Sequens παρασκευάσουσι debetur Sylburgio pro vulgato παρασκευάζουσι, uti δικαίων Lambino pro vulgato ἀναγκαίων. Denique τῶν ante συμφερόντων cum Lambino inferui.

Ad Caput VIII.

τὰ δὲ κοινὰ τούτων] Victorius κοινὰ πάντων *communia omnium* vertit, Aretinus τούτων omifit.

2. φανερὸν, ὡς] Camotiana φανερὸν ἐκ τούτων, ὡς. Deinceps δεῖ ζητεῖν vetus Interpres fcriptum vertit.

οὐδὲ δεῖ γεωργοὺς — ἔσεσθαι πολίτας] Vulgatum οὐδὲ δὴ ex Camotiana correxi, unde etiam verba τοὺς μέλλοντας ἔσεσθαι πολίτας fuscepi, quae Aretinus et Camerarius interpretati funt. Ecce vetus Interpres *neque oportet agricolas futuros effe*, fed Thomae exemplum omifit verba *futuros effe*. Unde iterum apparet interpolatam effe ab Editoribus Thomae verfionem antiquam.

3. ἕτερα καὶ ταῦτα θετέον] Victorius vertit *utrum diverfa et haec ponendum.* Aretinus: *utrum et hos effe alios ponendum fit:* quafi fcriptum legiffet πότερον καὶ τούτους εἶναι ἑτέρους θετέον. Lambinus: *utrum etiam haec munera diverfa habenda funt:* Camerarius: *utrum ifta collocatione feparanda:* Ramus: *an haec dividenda et diftinguenda.* Tantillum mendum tantas turbas dedit! Scribendum erat ἑτέροις, quod feci, uti fequentia jubent.

ἐν τοῖς αὐτοῖς] Vulgatum τοὺς αὐτοὺς Camerarius correxit, uti Aretinus et Lambinus vertit. Vetus Interpres *hac eosdem.* Idem antecedens ἀκμῆς *aetatis* vertit.

4. εἶναι δοκεῖ] Ex Aretini et Victorii verfione δοκεῖ inferui. Etiam vetus Interpres *et juftum effe videtur.* Sequens γὰρ e verfione Victorii inferui.

5. δημιεργὸν ἀρετῆς] Elegans oratio et oppositio! Genus enim βάναυσον idem est, quod δημιεργοί: hos jure civitatis excludit, tanquam illiberales; cives vero vult esse non opificiorum sed virtutis δημιεργές.

φανερὸν δέ] Malim δή. Deinceps monet Sylburgius infra esse: τὲς δὲ γεωργήσοντας μάλιστα μὲν δέλες εἶναι — δεύτερον δὲ βαρβάρες περιοίκες. Sed ibi etiam scribendum βαρβάρες ἢ περιοίκες. Barbari erant Mariandyni, qui Heracleotarum agros colebant et naves complebant, iidem tamen etiam περίοικοι; contra Cretum Μνᾶωται et Helotes Spartanorum περίοικοι tantum dici possunt, non barbari. Ceterum Camerarius monet Romanorum de re rustica judicium longe aliud et diversum fuisse. Atque ipse Aristoteles libro sexto βέλτιστος δῆμος ὁ γεωργικός.

6. τέτοις — τὰς ἱερωσύνας] Ita vulgatum τέτες ταῖς ἱερωσύναις ex Camotiana correxi. Antecedens ἀπειρηκότας vetus Interpres vertit *qui abdicati sunt.*

καὶ κεχώρισται δέ] Vulgatum δή correxi. Verborum τὸ μὲν ἀεὶ τὸ δὲ κατὰ μέρος sententiam subobscuram ita interpretandam censebat Camerarius, ut τὸ μὲν ἀεὶ sit consilium perpetuum seniorum, quod non mutetur; contra τὸ ὁπλιτικὸν post juventutem in armis transactam ad consilium transire, et fieri βελευτικόν. Addit Camerarius: Nisi forte hoc potius dicitur, ita distingui istorum utrumque, ut partim semper penes hos omnino sit reipublicae summa, partim iis in duas illas partes seniorum et juniorum divisis. Priorem interpretationem equidem praefero.

Ad Caput IX.

Σεσώστριος] Multa Herodotus Libro 2. et Diodorus de Sesostris institutis in Aegyptum introductis, de hac tamen generum et classium descriptione tacet; ipsam tamen descriptionem uterque cum aliis confirmat. Breviter ex h. l. Stobaeus Eclog. eth. p. 332. Ταύτην δ' ἀρχαίαν εἶναι πάνυ τὴν τάξιν, Αἰγυπτίων πρώτων καταστησαμένων, πολιτικῶν δὲ καὶ

τῶ

τῶν ἄλλων ἐχ ἧττον. Vetus Interpres ita: *quod quidem igitur circa Aegyptum — ita lege ſtatuit.*

2. τὰ μὲν — τὰ δὲ] Conſecutio poſtulabat: ἀρχαῖα δ' ἐ. εἶναι καὶ τὰ περὶ τὴν τῶν συσσιτίων τάξιν.

Λαμητικῦ] Sylburgius ex Dionyſio Halic. 1, 11. Ναπητίνε corrigebat. Sed rectior videtur ſcriptura noſtra. Idem Τερηναῖος dicitur. Cf. Heynii Excurſus ad Aeneid. I, 530. et ſcriptores ibi laudatos de tota hac narratione.

3. Χῶνες — Σίριν] Camotiana et reliquae Edd. ante Victorium dabant χάονες. Verae ſcripturae veſtigium is reperit in vetere Interprete qui *Chones* nominavit; et multis de hoc loco disputavit in Var. Lect. 22. c. 21. Σίριν in locum vocabuli Σύρτιν reſtituit egregius Heyne in Opuſcul. Vol. II. p. 211 et p. 235.

4. καὶ περιεργίαν] *ſplendorem et ubertatem* vertit Victorius, *ad magnificos et ſupervacaneos apparatus* Lambinus: *ad dignitatem et ſplendorem* Ramus: *ad expolitiorem utendi formam* Aretinus: *quae ad honeſtatem vero pertinent et ſupervacanea ſunt* minus bene Camerarius.

5. πάντα ἀρχαῖα] Camotiana πάντως dedit. Ad ſequens membrum ante τετυχήκασι deeſſe videtur πρῶτοι vel ſimile vocabulum.

εὑρημένοις] Vulgatum εἰρημένοις cum Lambino correxi.

6. διοικεῖν τὴν ἄλλην οἰκίαν] Victorius *ſuppeditare reliquae domui:* Aretinus *ceteram domum gubernare:* Ramus: *reliquis rei domeſticae neceſſitatibus occurrere.* Camerarius *domeſticae adminiſtrationis reliquas partes ſuſtinere:* optime Lambinus *caeteros ſumtus reifamiliaris tueri et ſuſtinere.*

7. τὸ μὲν ἕτερον μέρος πρὸς ταῖς ἐσχατιαῖς] Vulgatum τὸ ἕτερον μέρος τὸ πρὸς τὰς ἐσχατιάς, ἕτερον δὲ τὸ πρὸς τὴν πόλιν correxi ex Joannis Stobaei Eclogis moralibus p. 334. ed. Heeren. At miror, unde vetus Interpres h. l. verterit *ad proprias neceſſitates,* quaſi πρὸς τὰς χρείας τὰς ἰδίας ſcriptum legiſſet. Deinde non ſatis intelligo, quid voluerit ſignificare Photius, qui h. l. ita annotavit in Lexico nuperrime edito col. 23. Ἐσχατιάν, ἔσχατον τόπον γῆς, ἢ τὰ νομὰς ἔχοντα; χωρία, ὡς καὶ Ἀριστοτέλης ἐν τῷ ἡ περὶ τῆς πολιτείας. Quae eadem Zo-

narae Lexicon ſimul nuper editum col. 879. habet, omiſſo tamen nomine et loco Ariſtotelico.

ἑκάστῳ] Camot. καθ' ἕκαστον. Sequentia male Joannes Stobaeus excerpſit hoc modo: ἀμφότερα τὰ μέρη τῆς χώρας συνύνοντα ὑπάρχῃ.

8. τῆς — ἔχθρας] Vulgatum τὴν ἔχθραν correxit Sylburgius. Deinceps pro βουλῆς vetus Interpres τιμῆς vertit.

9. μὲν δεῖ — ὁμοφύλους] Vulgatum μὲν εἰ δεῖ — ὁμοφύλων πάντων — θυμοειδῶν correxi. ἴδει malebat Sylburgius. Aretinus vertit: *ſi ſecundum votum optandum eſt, ſervos eſſe oportet:* Igitur ſcriptum legit εἰ δεῖ κατ' εὐχὴν εὔχεσθαι, δούλους εἶναι δεῖ. Ita ſtatim ſequitur τὴν θέσιν εὔχεσθαι δεῖ· κατατυγχάνειν et infra: διὸ κατ' εὐχὴν εὐχόμεθα. Ceterum praeceptum idem habet Plato Legum 6, p. 302. μήτε πατριώτας ἀλλήλων εἶναι τοὺς μέλλοντας ῥᾷον δουλεύσειν ἀσυμφώνους τε εἰς δύναμιν ὅτι μάλιστα. Compara noſtri Oeconomica I, 5. et dicta ad Varronem de R. R. I, 17. p. 300.

βαρβάρους ἢ περιοίκους] Voculam ἢ inſerui. Vide dicta ad Cap. 8, 5. Sequentia Camotiana hoc ordine ſcripta dedit: ἐν τοῖς ἰδίοις εἶναι ἰδίους τῶν κεκτημένων. quem equidem praefero. Tractationem de regendis et tractandis ſervis hodie deſideramus cum multis aliis librorum horum partibus.

Ad Caput X.

αὐτῆς δὲ πρὸς αὐτὴν θέσιν] Victorius *ipſius ad ſemetipſam poſituram:* In annotatione interpretatur *de poſitura urbis ad externa ſed ad partes ipſius in ſe converſas ſpectatae.* Aretinus: *ipſius ad ſe ipſam poſitionem:* Ramus: *ut autem poſitionem ſibi congruentem nanciſcatur:* Camerarius: *Situs autem illi, quoad ipſam attinet, ut contingat:* Lambinus: *Ejus autem per ſe conſideratae ſitus talis:* quod eſſet αὐτῆς δὲ καθ' ἑαυτήν. Idem Lambinus monet in aliis libris eſſe αὐτὴν δὲ πρὸς α. Mihi ita videtur. Cum ait civitatem debere κοινὴν εἶναι τῆς ἠπείρου τε καὶ τῆς θαλάσσης, ſpectatur ejus ſitus ad terram et mare, ἡ θέσις πρὸς τὰ ἔξω; cum vero ad ſe ipſam

id eſt ad vitam et uſum incolentium civium ſpectatur, dicitur ἡ θέσις αὐτῆς πρὸς αὐτήν. Sed idem ſitus poteſt etiam dici θέσις αὐτῆς καθ' αὑτήν, civitatis per ſe ſpectatae. Utrum rectius, difficile eſt judicare; illud tamen durius dici videtur. Sed ecce vetus Intetpres locum ita vertit: *Ipſius autem ad ſe ipſam ſi ad votum oportet adipiſci poſitionem, quatuor utique reſpicientes.* Is igitur ſcriptum legit αὐτῆς δὲ πρὸς αὐτὴν εἰ πρὸς εὐχὴν δεῖ κατατυγχάνειν τὴν θέσιν, τέτταρα δὴ βλέποντας. Certe in vulgata verbum εἶναι abundat, nec jungi cum reliquis commode poteſt: igitur Victorii verſio omiſit. In altera vero deeſt apodoſi verbum: et vereor, ne in particula δὴ repetitum δεῖ lateat.

εὐχείμεροι] *hieme commodiores* Victorio et Camerario: *ad hiberna potiores* Aretino: *quae hiemis frigora plenius et copioſius admittunt* Ramo: *ad hiemem ſalubrem excipiendam appoſitiores* Lambino. Vetus Interpres habet *recentiores*, uti monet etiam Muretus Var. Lect. XIV, 14. qui εὐδίεροι corrigebat, quod interpretatur altiores et ſalubriores. Jam olim Varro R. R. I, 2, 3. *ſine dubio quoniam ſalubrior pars ſeptentrionalis eſt quam meridiana, et quae ſalubrior, illa fructuoſior.* Idem I, 12. *quae poſita eſt* (villa) *ad exortus aequinoctiales aptiſſima, quod aeſtate habet umbram, hieme ſolem.* Sed proprie huc pertinet locus noſtri in Oeconomicis I, 6. extremo: καὶ πρὸς εὐημερίαν δὲ καὶ πρὸς ὑγίειαν δεῖ εἶναι εὔπνουν μὲν τοῦ θέρους, εὐήλιον δὲ τοῦ χειμῶνος· εἴη δ' ἂν ἡ τοιαύτη κατάβορρος οὖσα καὶ μὴ ἰσοπλατής. ubi male interpretatur *ut aquilonem ſpectet* Camerarius, nec melius Aretinus *ſi adverſo borea fuerint.* Idem vero hunc noſtrum locum interpretatur: *ſecundo loco quae ſunt ſecundum boream ſitae.* Victorius *ad aquilonem.* Camerarius et Lambinus *quae aquilonem ſpectant*: Ramus *ad aquilonem ſitae.* Omnes male; ita enim hieme omnium minime ſole fruuntur. Contra averſum boream debent habere vel ſecundum, et oppoſitae eſſe meridiei. Ita enim κατὰ ποταμὸν navis ferri dicitur, id eſt ſecundo fluvio; contrarium eſt ἀνὰ ποταμόν. Ita πρόσβορρον eſt, quod aquiloni oppoſitum. Vernacule dicimus κατάβορρον *unter dem Nordwinde.* Ita etiam Stephanus cum Budaeo in inter-

pretando hoc vocabulo erravit. Igitur Mureti conjectura opus non eſt. Xenophon Oeconomici c. 9, ſ. 4. καὶ σύμπασαν δὲ οἰκίαν ἐπεδείκνυον αὐτῇ, ὅτι πρὸς μεσημβρίαν ἀναπέπταται ὥστε εὔδηλον εἶναι, ὅτι χειμῶνος μὲν εὐήλιός ἐστι, τῷ δὲ θέρους εὔσκιος. ad quem locum in annotatione errorem vulgarem in interpretando vocabulo κατάβοῤῥος ipſe etiam ſecutus fui.

2. Τῶν δὲ λοιπῶν, πρός τι] Repete ἐκ τῶν τεττάρων, πρὸς ἃ βλέποντας εὔχεσθαι δεῖ κατατυγχάνειν. Dura tamen eſt oratio!

πλῆθος οἰκεῖον] id eſt αὐτοφυὲς, nativum. Sylburgius etiam ἱκανὸν ſcribi poſſe cenſebat. Sequens εὐρῆσθαι vulgato εὕρηται ſubſtituit Lambinus: nec tamen locum ita perſanatum puto.

εἰργομένους — πόλεμον] Vetus Interpres *prohibiti a regione propter multitudinem.*

3. ἐν τῷ κεῖσθαι] Aretinus *in ſitu et qualitate loci.* Victorius *hoc autem manet in hoc, ut locus ſitus ſit in tali et ad talem recte:* Camerarius: *ut ſit bene ſitus locus et in hoc et ad hoc opportunus:* Ramus *ex loci poſitione coelique natura et qualitate primum — pendeat.* Lambinus: *hoc autem primum in urbis ſitu conſiſtit, ut et in ſalubri loco ſita ſit et ſalubrem coeli partem ſpectet.* Poſtremam rationem equidem probo.

δεύτερον δὲ, ὕδασιν] Concinnitas poſtulabat δεύτερον δ' ἐν τῷ ὕδασιν. Aretinus etiam *ſecundum in aquarum ſalubrium uſu.* Sed brevitatis ſtudioſus noſter ſimiliter infra cap. 13. τούτοιν δ' ἐστὶν ἓν μὲν ἐν τῷ τὸν σκοπὸν κεῖσθαι — ὀρθῶς, ἓν δὲ, τὰς πρὸς τὸ τέλος φερούσας πράξεις εὑρίσκειν.

καὶ τούτου δεῖ] Inſerui δεῖ quod vertit cum Aretino Victorius.

4. ἰσχυροὶ] Lambinus ὀχυροὶ malebat; ſed idem ſignificat vulgata ſcriptura.

νεώτερον [καὶ]] Incluſi copulam etiam ab Aretino omiſſam. Ἱπποδάμειον dedit Camotiana. De Hippodamo ſatis dictum fuit ad librum ſecundum. εὔτομος veteri Interpreti *bene penetrabilis.*

ἀρχαῖον χρόνον] Praefero τρόπον quod in antiqua verſione expreſſum reperit Victorius, ubi eſt *modum.*

5. γεωργικοῖς] Vulgatum γεωργοῖς correxit Camerarius, quem sequitur Lambinus. Quin etiam Victorius *in rebus rusticis* vertit, *inter agricolas* vetus Interpres.

συστάδας] *ordines vitium* Victorius vertit, *vinearum tramites* Aretinus, *vitium ordines et tramites* Ramus, *vites quas vocant consitas* Camerarius, propius a vero *vitium juga* Lambinus. Equidem vitem compluviatam intelligi censeo, de qua scriptores rei rusticae. Hesychius: ξυστάδες αἱ πυκναὶ ἄμπελοι, ἄμεινον δὲ τὰς εἰκῆ, μὴ κατὰ στοῖχον πεφυτευμένας ἀκούειν. Prior interpretatio vera; alteram sequitur Camerarius, Tertiam Victorius, qui in quincuncem dispositas interpretatur in annotatione. Ceterum de re compara Platonem de Legibus 6, p. 206.

καὶ [πρὸς] κόσμον] De meo πρὸς inserui concinnitatis causa. In sequenti membro λίαν ἀρχαίως tangit Platonem de Leg. 6, p. 305. Verbum καλλωπισαμένας Victorius vertit *decus sectantes se ornant.* Aretinus *quae sibi id ad gloriam jactabant:* Ramus: *quae ex eo gloriam affectarunt.* Camerarius: *quae istam speciem ostentant:* Lambinus *quae se ita gloriose venditabant.* Ceterum Lacedaemonem respicit ab Epaminonda in summum periculum adductam, cum is subito urbem exercitu petiisset et paene totam occupasset.

6. νῦν εὑρημένων]. Machinarum ad oppugnandas urbes repertarum in Sicilia regnante Dionysio seniore meminit Diodorus; et Plutarchus narrat, visa catapulta ex Sicilia allata Archidamum Agesilai filium exclamasse ἀπώλετο ἀνδρὸς ἀρετά. Haec Camerarius ad h. l. monuit.

7. Ὁμοίως δὲ] Malim Ὅμοιον δὲ propter concinnitatem.

ἐν τοῖς δὲ μὴ κεκτημένοις] Vulgatum ταῖς — κεκτημέναις ex versione Aretini et Lambini correxi, ita postulante antecedente τοῖς μὲν περιβεβλημένοις.

χρείας] Aut hic aut in fine sententiae deest quod respondeat antecedenti πρεπόντως, velut ἀνταρκούντως vel simile vocabulum. Sequens φιλοσοφεῖν pro cogitare, excogitare, curare, ex nostri Libro 2. et Xenophontis Cyrop. 6. illustravit Camerarius.

φυλακτηρίοις] *propugnaculis* Victorius, Lambinus et Ramus: *praesidiis* Aretinus: *locis custodiae aptis* Camerarius;

qui ſequens προκαλεῖται interpretatur *poſtulant*, *admonent*, Aretinus *res exigit*. φυλακτήρια turribus moenium jungit etiam Xenophon Cyrop. 7, 5, 12 et Polybius 8, 17, 5.

Ad Caput XI.

τοῖς θείοις] *divinis naturis* Victorius vertit, *ea quae rebus divinis attributa ſunt* Lambinus, *ſacris deorum immortalium templis* Ramus, *aedes deorum* Aretinus, *aedes Dis attributas* Camerarius. Malim etiam ipſe τοῖς θεοῖς.

ἀρχείων] Camotiana ἀρχῶν. Codices plures Victorii ἀρχαίων, *antiquorum* vetus Interpres; correxit Victorius, et Aretinus *magiſtratuum* vertit. Ariſtoteles ubique ἀρχεῖον dicit de collegiis magiſtratuum, munus eorum ἀρχὴν nominat; contra alii locum, ubi magiſtratus conveniunt, ἀρχεῖον vocabant, quod vocabulum jam olim vel ſcriptura a librariis vel uſu vulgi variatum fuiſſe in ἀρχαῖον docet Suidas in voce ἀρχεῖα, ἔνθα οἱ δημόσιοι χάρται ἀπόκεινται, χαρτοφυλάκια. ἢ τὰ χαρία τῶν κριτῶν. ἢ ἀρχαῖα, ὡς Ξενοφῶν Ἱστοριῶν ἤ. Quae eadem leguntur in Scholio ex Codice Bavarico excerpto ad Demoſthenem in Editione Reiskiana Vol. IV. p. 54. Locus Xenophontis eſt in Hellenicorum 5, 4, 58. ἀναβαίνοντες αὐτοῦ ἐκ τοῦ Ἀφροδισίου εἰς τὸ ἀρχεῖον. Ita etiam Plutarchus Ageſilai c. 27. Saepiuscule ἀρχεῖα de aedibus procerum et magiſtratuum poſuit Xenophon in Cyri diſciplina.

ὁ νόμος ἀφορίζει] Apud Romanos diſciplina Tuſcorum vel augurum ſimiliter templa quaedam deorum extra urbem relegabat. Cf. dicta ad Vitruvii I, c. 7.

μαντεῖον πυθόχρηστον] Male Victorius *oraculum quod reſponſa edat*, cùm rectius antea Aretinus dediſſet: *reſponſum oraculi.*

πρὸς τὴν τῆς ἀρετῆς θέσιν] Victorius *qui conſpectum habet ad virtutis poſituram.* Aretinus: *et ad edendam virtutem ſufficienter.* Ramus *qui talem ſpeciem ſplendoremque prae ſe ferat, ut non ſolum dicatum virtuti et conſecratum domicilium, ſed ad urbis vicinas partes tuendum* (tuendas) *propugnacu-*

lum collocatum esse videtur. Camerarius: *in quo conspicietur situs virtutis plane, et idem munitior vicinis urbis partibus:* In annotatione vero ita interpretatur: *opportune satis positus ad virtutis atque laudis studia, vel sua etiam virtute id est praestantia, satis eminens.* Lambinus denique: *talis autem fuerit locus et ad efficiendam situs praestantiam satis illustris atque eminens, et prae civitatis vicinis partibus tutus ac munitus.* Scilicet is scribi voluit τῆς θέσεως ἀρετήν. Sed hac emendatione parum aut nihil ad sensum proficitur. Vetus Interpres *ad virtutis potentiam* posuit: sed Thom. habet *positionem.* Joannes Stobaeus Eclog. p. 332. h. l. ita excerpsit: τὰ ἱερὰ τῶν θεῶν ἐν τοῖς ἐπιφανεστάτοις ἱδρύσθαι τόποις. reliqua omisit; igitur inde nullum subsidium potest peti. Equidem θέαν ἀρετῆς malim. In loco Vitruvii I, 7. haec tantum similia sunt: *Aedibus vero sacris, quorum deorum maxime in tutela civitas videtur esse, et Iovi et Iunoni et Minervae, in excelsissimo loco, unde moenium maxima pars conspiciatur, areae distribuantur.*

2. ὑπὸ τοῦτον τὸν τόπον] *sub hoc loco* Victorius, *sub hunc locum* Aretinus, *cui loco subjiciatur* Ramus cum Lambino, *infra hunc locum* Camerarius: Plato Legum 6, p. 304. Τὰ μὲν τοίνυν ἱερὰ πᾶσαν πέριξ τήν τε ἀγορὰν χρὴ κατασκευάζειν, καὶ τὴν πόλιν ὅλην ἐν κύκλῳ πρὸς τοῖς ὑψηλοῖς τῶν τόπων εὐερκίας τε καὶ καθαριότητος χάριν. Πρὸς δ' αὐτοῖς οἰκήσεις τε ἀρχόντων καὶ δικαστηρίων, ἐν οἷς τὰς δίκας ὡς ἱερωτάτοις οὖσι λήψονταί τε καὶ δώσουσι.

κατασκευὴν] Vetus interpres παρασκευὴν legit, monente Victorio in Editione priore. Sequens ὀνομάζουσι in νομίζουσι recte Lambinus mutasse videtur et vertisse: *quale usu receptum est.*

ἐλευθέραν] Thessalos nominare maluit, quam Persas, quoniam Xenophontis fidem suspectam habuisse videtur, qui ita Cyri disciplinae I, 2, 3. ἔστιν αὐτοῖς ἐλευθέρα ἀγορὰ καλουμένη· ἔνθα τά τε βασίλεια καὶ τὰ ἄλλα ἀρχεῖα πεποίηται. Ἐντεῦθεν τὰ μὲν ὤνια καὶ οἱ ἀγοραῖοι καὶ αἱ τούτων φωναὶ καὶ ἀπειροκαλίαι ἀπελήλανται εἰς ἄλλον τόπον, ὡς μὴ μιγνύηται ἡ τούτων τύρβη τῇ τῶν πεπαιδευμένων εὐκοσμίᾳ. Διῄρηται δὲ αὕτη ἡ ἀγο-

ϱα ἡ περὶ τὰ ἀρχεῖα εἰς τέτταρα μέρη· τούτων δ' ἐστὶν ἓν μὲν παισὶν, ἓν δ' ἐφήβοις, ἄλλο τελείοις ἀνδράσιν, ἄλλο τοῖς ὑπὲρ τὰ στρατεύσιμα ἔτη γεγονόσι. Muretus tamen putabat Ariftotelem forum fuum liberum e Xenophonte transtuliffe. De Theffalis enim aliunde non conftat, nifi quod cum Theone Progymn. c. 4. Hefychius annotavit Theffalos portum ἀγορᾶς vocabulo fignificaffe.

παραβάλλειν] Victorius *commeare*, Camerarius *adire*, Ramus *accedere* vertit: vetus Interpres *appropinquare*.

3. [καὶ] εἰς ἄρχοντας] Copulam inferui ex Aretini verfione. Deinceps περὶ τὴν τῶν ἱερῶν οἰκοδομημάτων dure dicitur intellecto τάξιν. Vetus Interpres brevius *circa aedes facras*. Idem fequens καὶ συνέδρῳ τινὶ vertit *et in concurfu quodam*. Poftea ἀναγκαίων ἀγορὰν habet Camotiana.

γραφὰς δικῶν — κλήσεις] Victorius *fcripturas litium et vocationes ad fe*, ineptiffime vertit! *litibus et actionibus five vocationibus in jus* Ramus, *dicis fcribendis et vocantibus aliquos in jus* Camerarius, *actionum intentionibus et in jus vocationibus* Lambinus. Licebit fubfcriptionem accufatoris romanam et nominis delationem comparare cum graecis γραφὰς δικῶν.

4. Μεμιμῆσθαι] Hanc omnium librorum fcripturam ex antiqua verfione, ubi eft *diftributa effe*, Victorius temere mutavit in νενεμῆσθαι. Camerarius μεμνῆσθαι fcriptum videtur reperiffe: vertit enim: *Meminiffe autem debemus ordinis commemorati et eorum quae ad regionis curam pertinent.* Plane infulfe! Noftram lectionem expreffit etiam Lambinus.

τὰ δὲ ἥρωσιν] Heroum igitur cultus extra urbem agris proprius fuiffe videtur. Verum aliud fuadere videntur loca Thucydidis 5, 11. et Xenophontis Hellenic. 7, 4, 11. ad quae compara interpretum annotationes.

ἀργὸν ἐστι] *fupervacaneum eft*, Victorius, Lambinus et Ramus, *fuperfluum eft* Aretinus, *inane fuerit* Camerarius; περίεργον tamen Lambinus fcriptum maluit. Equidem *defidiofum* vel *defidiofi eft* verterim. Vetus Interpres *inutile eft*.

Ad Caput XII.

2. τούτοιν δ' ἐστὶν] Codex Camerarii δὲ omisit, quo facto orationem concinniorem vel καταλληλοτέραν fieri putabat vir egregius. Sed recte monuit Reizius hoc esse alterum membrum προτάσεως, et apodosin sequi in verbis ὅτι μὲν οὖν — φανερὸν, similiter ut post longiorem parenthesin factum libri I, c. 8. Lambinus verum vidit. Ceterum τοῦ τ' εὖ ζῆν esse pronunciandum τοῦ τε, recte monet Reizius.

ἐν δὲ τὸ] Consecutio et concinnitas postulabat ἓν δ' ἐν τῷ, ut Zuingerus scribi voluit. Reizius locum non similem comparavit; sed plane geminus est supra cap. 10, 3. τοῦτο δ' ἐστὶν ἐν τῷ κεῖσθαι τὸν τόπον — δεύτερον δὲ ὕδασιν ὑγιεινοῖς χρῆσθαι.

2. τυγχάνειν] Codex Camerarii τυγχάνει habet, quod ille probabat, recte improbat Reizius.

τούτου δὲ ἐλάττονος] Miror Reizii silentium, cum τούτου ad χορηγίαν commode referri non possit; debebat enim esse ταύτης. Deinde dubium est, unde pendeat dativus τοῖς εὖ διακειμένοις. Praecessit enim δεῖται τὸ εὖ ζῆν χορηγίας. Possis hanc inaequalitatem excusare ita, ut dicas philosophum voluisse ex verbo δεῖται repeti δεῖ ad dativum τοῖς διακειμένοις ἄμεινον, sed τούτου pro ταύτης excusari nulla ratione posse mihi videtur. Deinde οἱ ἄμεινον διακείμενοι Victorio ut Ramo sunt *melius affecti*, in annotatione *melius instructi a natura*, Aretino *melius dispositi*, Camerario *rectius atque melius instituti*, Lambinus *qui animo melius affecti sunt*.

3. Φαμὲν δὲ καὶ ἐν] Victorius in priore Editione posuerat veterem interpretem videri habuisse scriptum in suo libro post καὶ verbum διωρίσμεθα idque vertisse; nimis credulus Reizius id verbum recepit, comparans ex Platonis Politiae 6, p. 433. φαμέν τε καὶ διορίζομεν τῷ λόγῳ et ex nostri libri 7, 6. φράζοντας καὶ διορίζοντας. At Victorius in altera editione omnem istam annotationem omisit, nec Aretinus ejus rationem habuit scripturae: vertit enim *diximus autem in Ethicis*. Extat tamen in versione antiqua *dicimus et deter-*

minavimus. Praeterea debebat esse *διοριζόμεθα*, ut est in Eudemiis α', 1. *καθάπερ διαιρούμεθα καὶ ἐν τοῖς ἐξωτερικοῖς λόγοις* Supra 3, 6. *καὶ γὰρ ἐν τοῖς ἐξωτερικοῖς λόγοις διοριζόμεθα περὶ αὐτῶν πολλάκις.*

ἐνέργειαν] Camerarius monuit in Nicomacheis I, c. 12. esse *ἡ εὐδαιμονία ψυχῆς ἐνέργειά τις κατ' ἀρετὴν τελείαν*, et antea *εὐδαίμων ὁ κατ' ἀρετὴν τελείαν ἐνεργῶν*, similiterque *αἱ κατ' ἀρετὴν ἐνέργειαι* dicuntur vitam hominis a brutis distinguere; hinc apparet *ἐνέργειαν* etiam h. l. intelligi *ψυχῆς* vel *ἀνθρώπου.*

οἷον τὰ περὶ] Reizius scripsit: *οἷον τὰ περὶ τ. δ. πράξεις· αἱ γὰρ δίκαιαι* etcet. *ut magnam,* inquit, *difficultatem parva correctione minueremus.* Eadem ratione usus est Victorius in annotatione: *hae namque,* inquit, *sunt justa facta, quippe cum a virtute proficiscantur.* Sed possumus etiam *κατὰ* intelligere ante *τὰ περὶ τ. δ. πράξεις.*

αἱ δ' ἐπὶ τὰς τιμὰς] Intelligit Reizius *οὖσαι, γινόμεναι, πραττόμεναι*, et *τὸ ἐπί τι γινόμενον* interpretatur, quod quis facit ad aliquam rem consequendam. Sed quomodo *πράξεις ἐπ' εὐπορίας γινόμεναι*, quae fiunt ad opes consequendas, possunt dici *ἁπλῶς κάλλισται*? Igitur *ἐπὶ* in *περὶ* mutandum censeo; uti saepe in his libris Codices, etiam Stobaeus, *ἐπὶ* pro *περὶ* scriptum exhibent. Lambinus etiam ita vertit: *quae vero in honoribus et copiis bonorum externorum versantur actiones.* Optime Ramus: *quae in honoris magnificentia et facultatum abundantia virtutis actiones cernuntur.*

κακοῦ τινὸς αἵρεσις] Scribe *ἀναίρεσις*, et vide Addenda.

4. *τὰ ἀγαθά ἐστι τὰ*] Reizio prior articulus delendus videbatur; recte, puto.

ὥσπερ εἰ — λαμπρὸν] Aretinus *ceu si quis.* Victorius *tanquam si aliquis.* Muretus Var. Lect. 9, 5. *εἴ τις* vel *αἰτιῷτο* corrigebat, praeterea *Λάμπρον* musicum intelligebat; qui cum dudum mortuus esset, *κιθαρίσαι* dicendum fuisse, recte monuit Reizius. Quanquam Mureti conjecturam probavit Menagius ad Diogenem 2, 31. Reizius bis intelligi monet pronomen *τίς*: orationem enim plenam esse *εἴ τις τοῦ κιθαρίζειν τινὰ λαμπρὸν καὶ καλῶς.* Vetus Interpres *pulcre et recte*

pro caussa habeatur lyra magis quam ars scriptum videtur legisse ἡ λύρα μᾶλλον.

5. [ἐξ] ὧν ἡ τύχη] Praepositionem Reizius vidit abesse non posse. Aretini versio *in his* inseruit. Vide Addenda.

εἰ μὴ πάντας] Vulgo negatio transposita legitur post verbum εἶναι et cum altero membro orationis jungitur, sensu perturbato. Camerarius etiam monuit negationem pertinere ad prius membrum, et cum eo sentit Conringius. Lambinus contra, ut sententiam perficeret, vulgata scriptura servata, post αἱρετώτερον inseruit verba ἀλλ' οὐκ ἐνδέχεται ἀκολουθεῖ γὰρ etcet. quem secutus est Reizius, qui non animadvertit vitium, quod ita relinquitur in verbis μὴ καθ' ἕκαστον δὲ τ. π. nam ibi repetendum esset ἐνδέχεται; graecum vero non est μὴ ἐνδέχεται, sed debebat esse οὐ καθ' ἕκαστον δέ. Igitur non dubitavi Camerarii rationem sequi. Vide Addenda.

6. εἶτα καὶ] Vulgatum ἔτι correxi cum Lambino et Reizio; etiam Victorii versio *deinde* habet. Ex Sylburgiana et Heinsiana εἶτα venit in recentiores omnes, quamvis praeter Victorianam etiam Aldina ἔτι habeat, ut vetus Interpres.

Ἔνιά τε] Conringius δὲ malebat scriptum cum vetere Interprete; vulgatum defendit Reizius, qui sequentia verba aliter interjunxit, quam vulgo factum. Incisum enim post φύσεως posuit, et totum locum ita interpretatur: *Nonnulla enim sunt a natura data, quae utroque moribus inclinantur, et in deterius et in melius.* Verum non cogitavit vir doctus ἐπαμφοτερίζειν non esse inclinari utroque, sed potius ἐπαμφοτερίζοντα sunt, ut ait Camerarius, incerta ac dubia, tanquam in utramque partem propendentia, itemque communia aliquorum, et haec illave participantia. Comparat locum Thucydidis libro 8, 85. ubi Tissaphernem dicit ἐπαμφοτερίζοντα, ubi vertunt *ancipitis fidei esse*, et nostri de Generatione libro 4. ὁ δ' ἄνθρωπος ἐπαμφοτερίζει πᾶσι τοῖς γένεσι· καὶ γὰρ μονοτοκεῖ καὶ πολυτοκεῖ καὶ ὀλιγοτοκεῖ ποτε. Igitur locum vitiosum esse censeo. Aretinus vertit: *nam aliqua per naturam ad utrumque apta per mores ad pejus vel ad melius convertuntur.* Victorius *quae cum natura in utramque partem prona sint, consuetudine feruntur ad deterius et melius.* Lam-

binus *flectuntur* inseruit, Ramus *moribus aut corrumpuntur aut emendantur*. Mihi tautologia inepta inesse videtur in membro τὰ γὰρ ἔθη, et in altero ἔνια γάρ; quanquam prior sententia generalis magis est, quam altera. Malim igitur scribere ἔνια δὲ διὰ τῆς φύσεως ἐπαμφοτερίζοντα, διὰ τῶν ἐθῶν — βέλτιον ἄγονται. Conringius etiam vidit in altero membro verbum deesse.

7. μικρὰ δ' ἔνια] Aretinus *parum aliquid*, rectius Victorius *pauca quaedam*. Sequens εὐχειρώτους. Aretinus *sint parituri*, Victorius *se faciles praebituri sunt ad obtemperandum*, Lambinus *morigeri ac tractabiles*. Camerarius etiam *tractabiles* vertit.

Ad Caput XIII.

1. τοῦτό δὴ σκεπτέον] Vetus Interpres ἤδη σκεπτέον scriptum vertit *jam*.

2. ὥσπερ ἐν Ἰνδοῖς] Reizius ὅπερ malebat. Camerarius monet Strabonem tradere apud Cathecas eligi regem solitum eum, qui omnium esset formosissimus, deque regiis liberis formae judicium fieri. Locus est libro 15, p. 1024. ex Onesicrito ductus, unde sua duxit eadem tradens Curtius quoque 9, 1. et Diodorus Siculus.

τοῦ κατὰ μέρος ἄρχειν] Vitium in his verbis esse puto. Debebat enim esse κοινωνεῖν τοῦ ἄρχειν καὶ ἄρχεσθαι κατὰ μέρος. Prius enim erat, demonstrare non eosdem semper esse debere qui imperent, sed omnes participare debere; deinde modus, quo id posset effici, ostendendus erat, τὸ κατὰ μέρος. Nunc vero modus cum ipso facto permiscetur et confunditur.

βουλόμενοι] Victorius in annotatione βουλομένων interpretatur, quod ipsum rescribi voluit Reizius. Sequens τι post πρότερον mutat versio Aretini et Victorii in δέ. Paulo ante τὸ ἴσον est idem quod δίκαιον, uti sequens παρὰ τὸ δίκαιον demonstrat. Saepiuscule supra habuimus τὸ δίκαιον ἰσόν τι vel ἴσόν ἐστι.

3. τὴν αἵρεσιν] Aldina, Aretinus et Ramus διαίρεσιν probant. Deinceps Victoriana ποιήσασα αὐτὸ τῷ γένει ταὐτό, Aldina tamen αὐτῷ propius a vero habet: vetus Interpres *eidem generi.* Isingr. habet, quod cum Reizio dedi. Aretinus vertit *facit enim eosdem genere alios juniores.* Lambinus *quae fecit eorum qui sunt iidem genere et numero, alios juvenes.* Ramus *quae ex eodem hominum genere alios — fecit.* Camerarius *ejusdem ipso genere effectrix, ut alii sint juniores:* vitiosum tamen esse locum annotavit.

οὐδὲ νομίζει] Emendationem a Victorio memoratam nescio cujus, οὐδ' εἰ νομίζει, recepit Reizius, verum ita debebat esse εἰ νομίζοι. Aretinus aliam scripturam, κρείττω reddidit: *nec putat illum, cui cedit, potiorem esse.*

4. τόν τε γὰρ] Reizius monet usitatius fuisse καὶ γὰρ τὸν μέλλοντα.

τὴν δὲ τῶν ἐλευθέρων] Reizius cum Conringio deinceps notam lacunae apposuit. Conringius autem ita ad h. l. *Haec non cohaerent probe cum superioribus: nec explicatum hic est, quorsum pertineat illa memorata divisio imperii in herile et civile.* Non dubito, lectorem attentum et brevitati Philosophi assuetum non desideraturum aliquid, quod desit sententiae perficiendae.

5. πῶς ἀνὴρ] Vulgatum ὅπως correxi, *quomodo* etiam Lambinus vertit. Ceterum Camerarius in hoc loco haesit, et haec annotavit. *Cum editis libris interpretationes latinae fere consentiunt; in nostro autem vetere libro locus hic mutilus est. Sed haec si teneantur, quomodo non futura sunt contraria iis, quae differuntur libro tertio? Ibi enim plane perhibetur, aliam esse virtutem viri boni et boni civis, itemque magistratus ejusque qui cum imperio sit, et privati ac imperio subjecti. — Sane non facilis ad dissolvendum nodus hic videtur. Sed nos id quod maxime est in promtu assumamus, esse quidem oportere cives et magistratus probos atque laudatos, viros quoque virtute praestantissimos, in optime constituta republica, sed nihilominus tamen distingui notiones, ut alius intelligatur bonus civis et egregius magistratus atque princeps, et alius is, qui per se et absque omni respectu ac simpliciter*

perhibetur vir bonus et virtute praeftans, *id eft* σπουδαῖος καὶ ἄριστος. *Nam improbus et malus atque futilis nunquam fuerit civis bonus tantum, multo minus honoratus civis.* Compara libri 3, c. 2. unde lector attentus facile difficultatem hanc explicabit.

6. βέλτιον δὲ τὸ λόγον ἔχον] Conringius hinc fequentem fectionem exorditur. Lambinus ea omifit, ut fcholion; fed connectunt apte fequentem fectionem cum antecedente. Nec eft neceffe cum Reizio deinceps poft verba διήρηταί τε inferere ὁ λόγος: nam et mox fequitur πρακτικός ἐστι λόγος, ita ut lector dubitare non poffit qua de re agatur. Ait vir doctus ὁ λόγος *a nobis additum eft. Loquitur enim Ariftoteles non de rationali parte animi*, (τὸ λόγον ἔχον) *fed de ratione ipfa.* Recte! fed addito et repetito ὁ λόγος non opus erat propterea. διήρηται δὲ διχῇ fcriptum vertit vetus Interpres.

τοῦτο τὸ μέρος δηλονότι καὶ] Vulgarem diftinctionem μέρος, δῆλον ὅτι καὶ ex codice fuo correxit Camerarius affentiente demum Reizio. *videlicet et actiones* vetus Interpres.

πασῶν ἢ τοῖν δυοῖν] Haefit in his Camerarius, nec animadvertit πασῶν referri ad πράξεις τοῦ λόγον οὐκ ἔχοντος μέρους τῆς ψυχῆς καθ' αὑτό, alterum vero τοῖν δυοῖν ad λόγον πρακτικὸν et θεωρητικόν.

8. καὶ πόλεμον] Copulam abeffe malebat Reizius, nulla edita ratione. Ego vero in fequenti membro, περὶ ὧν, praepofitionem abeffe malim.

τὴν αὐτὴν διαίρεσιν εἶναι καὶ] Vulgatum αἵρεσιν correxi. Victorius in verfione *optionem* pofuit, verum in annotatione: *erga haec et delectum omnem ipforum oportere nos ita animatos effe.*

9. Πρὸς πάντα] Alienam a fententia Heinfii conjecturam ταῦτα recte judicavit Conringius.

τοὺς βίους] Camerarius *genera ac rationes vitae* interpretatur.

10. πρὸς τὸ βέλτιον τέλος] Aretinus *ad optimum finem.* βέλτιστον igitur fcriptum legiffe videtur, ut vetus Interpres. Equidem malim τὸ βέλτιον καὶ τὸ τέλος, ut antea fuit πρὸς τὰ βελτίω καὶ τὰ τέλη. Sequens πάσας omifit vetus Interpres.

φορτικῶς — χρηστέον] Vetus Interpres *graviter*, Aretinus *onerose*, Victorius *importune* vel *contumaciter*, Lambinus *inepte ac stolide*, Ramus *ridicule atque absurde*, Camerarius *temere* vertens in annotatione monet esse id quod minus considerate et audacius et *ἀνοήτως* dicitur, Heinsius *haud satis provide*. Mihi *vulgari ratione, vulgi opinione decepti* rectius verti posse videtur; atque omnino vocabulo *φορτικὸς* notio vulgi, plebis, plebejorum morum et rationis agendi dicendique inesse videtur.

11. *ζητοῦσι*] Aldinam scripturam vulgatae *ζηλοῦσι* cum Sylburgio praetuli, quanquam improbante Reizio. Verbum *ζηλοῦν* junctum infinitivo rarum est. Vetus Interpres *zelant* habet.

περὶ πολιτείας αὐτῶν] Equidem *τῆς πολιτείας* necessario scribendum censeo. *Thibronem* scriptorem a nemine praeter nostrum memoratum legi. Thimbronem Laconem, ducem commemoravit Xenophon. Vetus Interpres *Tymbron* habet, sed Thom. *Thybron*. Idem *ἀγάμενος* vertit *audacter laudans*.

12. *ἀποβεβλήκασι τὸ ζῆν καλῶς*] Camerarius *non retinere eos vitae bene degendae facultatem*. Victorius *amiserunt honestam vitam*, Lambinus *honestae vitae fructum perdidisse*, Ramus *bonam beatamque vitam contempsisse*. Heinsius solus recte: *sua felicitate exciderunt*. *Constat quippe, imperio jam excidisse*.

ἡ τῶν ἐλευθέρων] Articulum ex Parisiana Victoriana inseruit Reizius, eundem habet Aldina, omisit Victoriana altera.

13. *κρατεῖν ἤσκησεν ἐπὶ τὸ*] Reizius *κρατεῖν* deletum maluit, nulla edita ratione; equidem *ἐπὶ τῷ* scribendum censeo; ita consilii finis et scopus declaratur. Aretinus *quod vincere docuerit et finitimis dominari*. At ecce vetus Interpres *quia praevalere potuit ad principari supervicinos*. Igitur scriptum legit *ὅτι κρατεῖν ἐδύνατο ἐπὶ τὸ τῶν π. ἀ.*

ταὐτὰ γὰρ ἄριστα] Vulgatam scripturam *ταῦτα γὰρ ἄριστα — δεῖ ταῦτα ταῖς ψυχαῖς* Aldinae et suae Victorius defendere videtur, memorat tamen conjecturam nescio cujus, *ταὐτὰ* scribentis. Male etiam *ἴδια* Aldina habet. Aretinus recte: *Eadem enim optima et privatim et publice legum*.

latorem inducere oportet in animos hominum. Veram scripturam ex Victoriana priore, Sylburgiana, Heinsiana et recentioribus, deleto altero ταῦτα et priore in ταὐτὰ mutato, recepimus cum Reizio. Vetus Interpres reddita vulgari scriptura pergit: *in animabus hominum, idque quod hominum et quod adversariorum studium non hujus gratia.*

14. τῶν πολεμικῶν] Vetus interpres πολιτῶν et deinceps ζηλῶσι scriptum vertisse dicitur. Equidem *zelent* in eo reperi: cetera antea apposui.

τρίτον δὲ τὸ δεσπόζειν] Aldinum τὸ probavit Reizius, et ferri potest; Victorius et reliqui Editores τῷ dederant. Paulo antea δουλεύσωσι habet Aldina.

15. καὶ τὴν περὶ τὰ πολεμικὰ] Aretinus *ut provisio sua circa res bellicas et circa alias institutionem ad otium et pacem referatur.* Possit videri excidisse vocabulum, quod latino *provisio* respondeat.

βαφὴν] Vetus Interpres *rubiginem enim contrahunt:* Aretinus vertit *splendorem*, Victorius *duritiem*, Lambinus *nitorem et splendorem*, Ramus *ferrum nisi afferatur situm rubiginemque contrahit.* Heinsius *robur suum.* Camerarius monuit ferrum tingendo fieri durius, quod dixere στομοῦσθαι. Eam aciem et duritiem nunc dici βαφήν. Victorius similem Italorum dictionem annotavit *ha perduto la tempera.* Convenit Gallorum *la trempe.*

17. Δεῖ γὰρ πολλὰ] Aretinus vertit: *Oportet autem multa negotiorum nobis existere, ut liceat in otio esse.* Unde haec varietas? An pro ἀναγκαίων scriptum legit πραγμάτων vel ἀσχολημάτων? Paulo antea ἑξῆς σχολάζῃς scriptum reddidit vetus Interpres: *ut deinceps vaces.*

19. δεῖ — τοὺς — δοκοῦντας — ἀπολαύοντας] Vetus interpres et Aretinus scriptum legisse videntur δέονται — οἱ — δοκοῦντες — ἀπολαύοντες. Insolentiam structurae annotavit cum Camerario Victorius; poetarum Atticorum exempla posuit Porson ad Euripidis Orestem versu 659., prosaicorum scriptorum locum praeter hunc adhuc alium similem nondum reperi. τῶν μακαριζομένων Aretinus vertit *quae beatos facere putantur.*

δήσον-

δεήσονται] Aretinus *indigerent* vertit. Eodem exemplo Platonem in libro ſeptimo de republica de eodem otio bis uſum annotavit Camerarius.

εὐδαιμονήσειν] Verbum omiſit verſio Aretini, idem deinceps δεῖται vertit pro duobus verbis δεῖ μετέχειν. Poſtea idem ſcriptum videtur legiſſe αἰσχρὸν γὰρ μὴ δύνασθαι χ. τ. ἀγαθοῖς, ἀλλ' ἀσχολοῦντας omiſſis mediis illis ἔτι μᾶλλον — χρῆσθαι, quae deſunt in Aldina.

20. ἀλλὰ τῷ γενέσθαι] Intellige τῷ νομίζειν, recte monente Victorio. Malim tamen γίνεσθαι ſcriptum, et deinceps διὰ μιᾶς τινος ἀρετῆς, nempe bellica virtute. Heinſius etiam *una aliqua virtute.*

μείζω τε ἀγαθὰ] Aldina verba ἢ τὰ τοῦ πολέμου omiſit. Aretinus *cum vero majora ſint haec bona quam ea quae belli, et fructio eorum quam virtutum, quia illius gratia.* Victorius: *quia autem majora haec bona ſunt, quam bona belli, et fructus, qui capitur ex his, quam qui e virtutibus, et quod per hanc:* Lambinus: *quoniam autem majora haec eſſe bona quam bellica, meliusque eſſe his frui, quam virtutibus, et haec eſſe per ſe expetenda, perſpicuum eſt, quomodo et quibus viis ad ea perveniri poſſit, videndum.* Vides quomodo locum concinnari voluerit vir doctus. Ramus *quibus poſitis efficitur, quoniam otium negotio paxque bello praeſtet, otii quoque et pacis et virtutum otio paeique congruentium fructum bellicis virtutibus anteponendum et per ſe expetendum et optandum eſſe.* Heinſius: *Cum haec ergo (otium et contemplatio) bona ſint majora quam quae in negotio et bello uſum ſui praebent, planum eſt, fruitionem horum actioni et quam actioni inſervire diximus, (virtutum ſcilicet moralium fruitioni) eſſe praeferendam, ideoque per ſe expetendam.* Camerarius locum vitioſum cenſens hanc ejus ſententiam eſſe ſuſpicatur: *bonorum ſive commodorum pacis, quae ſint majora potioraque bellica virtute, fructum quoque ducendum potiorem ac priorem bellicis virtutibus, atque illum adeo per ſe ipſum et ſua quadam efficacitate:* Reizius locum ita corrigi voluit: ὅτι δὲ μείζω τε ἀγαθὰ ἢ τὰ τοῦ πολέμου ταῦτα (nempe τὰ τῆς εἰρήνης) καὶ μᾶλλον αἱρετέον ἀπόλαυσιν τὴν τούτων ἢ τὴν τῶν ἀρετῶν (ſub-

audi τῶν περὶ τὸν πόλεμον) καὶ ὅτι δι' αὐτὴν, (per se) φανερὸν ἐκ τούτων. Quae mihi emendatio non solum durior, sed minus etiam graeca esse videbatur. Tentavi igitur breviorem viam, et suspicor scribendum fuisse: ἐπεὶ δὲ μείζω τινὰ ἀγαθὰ ἢ τὰ τοῦ πολέμου, ταῦτα (nempe τὰ μείζω) καὶ τὴν ἀπόλαυσιν τὴν τούτων ἢ τὴν τῶν ἄλλων ὅτι αἱρετωτέραν εἶναι δεῖ, καὶ δι' αὐτὴν, φανερὸν ἐκ τούτων. Itaque nihil mutavi, nisi τι in τινὰ, ἀρετῶν in αἱρετωτέραν εἶναι δεῖ, et vocabulum ἄλλων inserui.

21. καὶ τὸν λόγον] Copulam versio Aretini et Victorii omisit; ut paulo antea πρότερον omisit Aldina. Deinceps ὁμοίως Aldina et libri scripti Victorii omnes; contra ὁμοίων vertunt vetus Interpres, Aretinus, Victorius, Lambinus, Ramus; ὁμοίως praetulit Reizius locum ita interpretatus: ὁμοίως ἦχθαι puto esse hic πόῤῥω τῆς βελτίστης ὑποθέσεως: Camerarius vertit *utque similiter aliquis moribus educatur*, in annotatione interpretatur *ut ab institutionis veritate doctrina aberret, et similis sit educatio morum.* Mihi in hoc loco inprimis displicet tempus perfectum verbi διημαρτηκέναι; sed si id toleres, reliqua ita mihi corrigenda videntur καὶ τὴν διὰ τῶν ἐθῶν ὁμοίως ἀγωγήν. Victorium etiam in extremis his laborasse, annotatio ejus ostendit. Vetus Interpres: *et per similia duci* habet. Vide Addenda.

22. Φανερὸν δὴ] Aldina δὴ omisit. Sequentia vertit Aretinus *Clarum est hoc primum quidem quemadmodum in aliis, quod generatio est a principio et finis a principio aliquo alterius finis.* Lambini versionem probat Reizius hanc: *Perspicuum igitur primum hoc quidem est, quemadmodum in aliis sic et in hac re ortum a principio initium capere, et finem ab aliquo principio nasci, quod ipsum alius finis est.* Camerarius dubius hanc esse putat loci sententiam: *Satus hominis est procreationis principium quoddam, et procreatio autem est finis quidam. Sed finis verus alius est, quo natura perficitur, mens et ratio, ad quam pervenitur homine jam sato atque procreato. Ad hunc igitur ultimum finem tam ipsam procreationem quam educationem morumque conformationem dirigendam esse ait.* Reizius ita argumentationem explicare conatur: *Loquitur Aristoteles de hominis origine ac perfectione. Origi-*

nis principium est corpus, et perfectionis finis ratio. Corpus animo perficitur, qui est finis perfectionis corporis. Animus ratione perficitur, qui est finis perfectionis animi.

23. ἕξεις — νȣ̃ς] Camerarius aliis quaerendum reliquit, quomodo jam mens perhibeatur habitus, quam alibi ȣ̓σίαν vocet, itemque quo pacto βȣ́λησις, ſicut θυμὸς, expers rationis motus, pertinente voluntate ad rationem inprimis. Victorius haeſit etiam in βȣλήσει ad habitus animi rationis expertes relata, et putat, Ariſtotelem in hoc ſequi non judicium ſuum ſed conſuetudinem, cum et in libro 2. de anima et in primo Rhetoricorum, cum divideret appetitionem, ſtatuiſſet voluntatem eſſe appetitionem cum ratione. Sed Ciceronem etiam ſaepe voluntatem facere rationis expertem. Quod attinet ad dubitationem de mente, quae referri videtur ad ἕξεις τῆς ψυχῆς, vereor, ne, ſi verba accuratius inſpiciantur, vitium aliquod certe ordinis agnoſcamus. Si voluiſſet enim ad ἕξεις referre Philoſophus, tum videtur dicendum fuiſſe ὧν μία μέν ἐστιν ὄρεξις, ἡ δὲ νȣ̃ς. Nunc vero dixit ὧν τὸ μέν ἐστιν — τὸ δὲ νȣ̃ς: quae referuntur commodius ad verba ὥσπερ καὶ τῆς ψυχῆς ὁρῶμεν δύο μέρη; quibus ſubjunguntur recte τό τε ἄλογον καὶ τὸ λόγον ἔχον. Quod ſi iisdem adjunxeris transpoſita haec: ὧν τὸ μέν ἐστιν ὄρεξις, τὸ δὲ νȣ̃ς, videbis verborum ſtructuram rectam eſſe, et ſententiam cum veritate et doctrina Philoſophi congruere. Tum vero verba καὶ τὰς ἕξεις τὰς τȣ́των δύο τὸν ἀριθμὸν (ὁρῶμεν) referuntur ad habitus corporis et animi diverſos, non ad ſolos animi habitus. Vix retinui manum, quin verba ita translocarem; ita mihi emendatio et neceſſaria et facilis eſſe videbatur.

ἡ τὴν τῆς ψυχῆς] Articulum τὴν omiſit Victoriana a Morellio repetita. Vetus Interpres *hujus autem eorum quae animae.* Scriptum igitur legit τȣ́τȣ δὲ τῶν τῆς ψυχῆς.

Ad Caput XIV.

περὶ ταύτην] Praepoſitionem ex vetere interpretatione receptam in altera demum Editione inſeruit Victorius. At

infra libri 8, c. 1. est νομοθετητέον περὶ παιδείας, atque ita alibi etiam loquitur. Posuit quidem Stephani Thesaurus exempla structurae, νομοθετεῖν τι, sed recentioris Graecitatis; antiqua desidero adhuc. Idem vetus Interpres verba πρὸς ἀλλήλους omisit.

3. τῶν γιννωμένων] Aldina τῶν γενομένων praefert.

Σχεδὸν δὴ] Aretinus vertit *fere quidem*.

4. θηλυτόκα] Camerarius θηλύτοκα scribendum censuit, cum id dicatur, in juniorum conjugio plures nasci sexus foeminei. Cum quo sentiens Reizius interpretatur *feminei partus*, tanquam sit masculus etiam partus. Video de sensu vocabuli consentire etiam Victorium et ceteros interpretes; mihi tamen non solum ista significatio nova atque insolens accidit, sed totum etiam vocabulum ab hoc loco alienum; nec ejus vestigium extat in loco plane gemino de historia animalium 7, 1, ubi est: ἔπειτα (post annos 14) γόνιμα μὲν, (τὰ σπέρματα) μικρὰ δὲ καὶ ἀτελῆ γεννῶσι καὶ οἱ νέοι καὶ αἱ νέαι, ὥσπερ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ζώων τῶν πλείστων.

ἐπιχωριάζεται] Formae passivae et structurae hoc unum adhuc fuit repertum exemplum. Vetus Interpres *lex datur*, sed Thom. *laxatur* habet.

οὐ πρὸς τὴν τῶν καρπῶν κομιδὴν] Lambinus *non quod fructus ante tempus colligerentur*. Victorius etiam cum Aretino πρὸς interpretatur *propter*: qua significatione magis παρὰ frequentatur. Cum oraculum Troezeniis datum ignoremus, de sensu verborum frustra laboramus. Apparet tamen verbis ambiguis lusisse oraculi interpretem, uti mos eorum erat. Ceterum rem ipsam docuit eodem modo in Historia animalium noster l. c.

5. σπέρματος αὐξανομένου] Aldinum et plurium Victorii codicum scripturam σπέρματος reddidit Aretinus atque unice probavit Reizius; σώματος contra Victorius in altera Editione ex Codicibus aliquot et vetere versione recepit, et vertit Lambinus et Ramus. Prior scriptura ex Sylburgiana transiit in recentiores, eamque multis rationibus adstruere conatus est Reizius. Ipsa etiam verborum structura alteram (σώματος) damnare videtur: cum enim praecesserit καὶ τὰ

τῶν ἀῤῥένων δὲ σώματα βλάπτεσθαι δοκεῖ, quid opus erat subjicere ἔτι τοῦ σώματος αὐξανομένου? Annon rectius erat ἐὰν ἔτι αὐξανομένων (omisso sed intellecto σωμάτων) ποιῶνται (οἱ νέοι) τὴν συνουσίαν. Atque hic annotari debet in quibusdam Victorii Codicibus nec σπέρματος nec σώματος scriptum adfuisse. Deinde verbum πληθύον de succorum copia atque ubertate rectius dici quam de quantitate et magnitudine corporis, vidit et monuit jam olim Victorius, et comparavit locum infra de nutritione infantum ubi est ἡ τοῦ γάλακτος πληθύουσα τροφή; quare dubitavit ipse, an vetus σπέρματος potius sit praeferendum. Verba ὃν οὐχ ὑπερβαίνει πληθύον ἔτι Reizius interpretatur dicta tanquam ad morem latinum scripta ita essent ὃν ὑπερβαῖνον οὐκέτι πληθύει. Denique mihi rerum natura ipsa veritatem scripturae σώματος demonstrare videtur. Quid enim certius, quam corporis augmento et incremento tempus aliquod a natura esse definitum? Contra seminis augmentum incipit quidem ab annis pubertatis, et perficitur ad generationem aptum, tum cum corporis incrementum et robur absolutum est; verum nullum plane tempus seminis incremento et copiae definitum est a natura, quod excedi non possit; contra seminis incrementum et copia pendet maxima ex parte a nutrimenti natura et copia eo usque, dum corpus senectute exuctum semine etiam plane caruerit. Verum quidem est, corporis incremento nocere maturam seminis excretionem; quoniam id multum ad corporis juvenilis robur augendum confert; sed minime verum est certum temporis terminum seminis augmento atque incremento esse definitum, ultra quem progrediatur nunquam, quoque intercepto corporis incrementum impediatur. Corporis incrementum intra vigesimum fere annum aetatis consistere solet, seminis vero incrementum et copia pro natura alimentorum aliasque per causas variatur usque ad annum sexagesimum. Quare equidem scripturam σώματος recepi; sed malim omisso σώματος, ut factum in aliquot Victorii Codicibus, scriptum ἐὰν ἔτι αὐξανομένων (nempe τῶν σωμάτων) ποιῶνται τὴν συνουσίαν. Verbum denique πληθύειν dicitur pro augescere, crescere, nec solum de liquidis rebus, verum etiam de aliis et de corpo-

ribus ufurpatum reperitur. Verba πλῆθύει ἔτι vetus Interpres vertit *multum adhuc.* Vide Addenda.

6. τοὺς δὲ ἑπτὰ] Repete περὶ τὴν ἡλικίαν τῶν. Sequens ἢ μικρὸν reddidit Victorius *aut paulo plus minusve*, Ramus *aut paulo ante*, Lambinus et Sepulveda omifit. Mihi quaedam deeffe videntur. Deinceps ἐν τούτῳ habet Aldina et Vafcofana.

ἀκμάζουσιν, ἡ σύζευξις] Aldina et vetus verfio ἀκμάζουσι habent, quod *vigentibus* reddidit Aretinus; fed major pars librorum fcriptorum Victorii ἀκμάζουσα habuit, quod ferri non poteft. Deinceps articulum ἡ de meo addidi, quia abeffe non poteft. Vocabulum παῦλαν vetus Interpres *profectum* vertit. Poftea ἀρχομένοις Aldinae correxit etiam Camerarius.

ἡ γένεσις] Reizius malebat γέννησις, et Victorius vertit *generatio*, Camerarius *procreatio*, Ramus *fi procreentur*, Lambinus *fi ftatim nati fuerint.* Sequens καταλελυμένης τῆς ἡλικίας Camerarius *effoeta jam aetate*, Aretinus *vergentibus ad*, Victorius *jam fracta aetate*, Lambinus *aetate jam decrepita*, Ramus *aetate jam ad fept.: inclinante.*

7. οἷς οἱ πολλοὶ — καὶ νῦν] Aldinae fcripturam ὡς — νῦν repetiit fideliter Vafcofana: Eaedem verba δεῖ χρῆσθαι omiferunt. Χρόνους τοὺς περὶ τὴν ὥραν recte Camerarius cum Aretino et Lambino *anni tempus* vertit, Victorius *tempeftates*, Ramus *anni tempora.* Ceterum menfem Γαμηλιῶνα intelligi, qui in dies brumales incidit, bene ex hoc noftro aliisque fcriptorum locis docuit S. Petitus de Legibus Atticis p. 533. ed. Weffel.

τὴν συναυλίαν ποιεῖσθαι] Bene *contubernium* vertit Camerarius, inepte Zuingerus vel Lambinus συνουσίαν conjecit, quod monuit etiam Hemfterhufius ad Luciani 2, p. 559. ed. Bipont. Plato Legum 4. p. 196. coelibatum eodem modo μοναυλίαν vocavit. Vetus Interpres *commorationem* vertit, et fequens δὴ in δὲ mutatum habuit.

τοὺς καιροὺς τῶν σωμάτων] Aretinus *tempora corporum*, Victorius *tempeftates corporibus aptas*, Lambinus *quibus potiffimum temporibus corpora optime fint affecta*, Ramus cum Camerario *tempora corporibus opportuna.* Cicero Legum I, 9.

omitto opportunitates habilitatesque reliqui corporis, moderationem vocis, orationis vim, quae conciliatrix est humanae maxime societatis. De usu ventorum borealium ad generationem inprimis masculorum foetuum multa multis in locis librorum de historia animalium et de generatione disputavit Aristoteles.

8. τοῖς γεννωμένοις] Camotiana γινομένοις habere dicitur, nostra scriptura extat in Aldina et Vascosana.

πρὸς πολιτικὴν ἐνεξίαν] *ad civilem habitum* Aretinus, *ad corporis habitudinem quae requiritur in civibus* Victorius, *ad bonam corporis constitutionem civili societati convenientem* Lambinus, *ad optimum civilis corporis habitum* Ramus, *ad habitum laudatum in societate civili* Camerarius.

ἡ θεραπευτικὴ καὶ κακοπονητική] Vetus Interpres *curis indigens etiam male habens valde:* Aretinus *humilis et imbecilla nimium*, Victorius *qui studio medicorum inducitur* (habitus) *ac valde multis laboribus partus est,* Lambinus *qui remediis et curationibus eget, quique valde laboriosus et morbis exercitus est*, Ramus *morbosus et medicorum pharmacis obnoxius.* Heinsius *imbecillis nimis morbidusque et qui a medicis dependet totus.* Camerarius *curationis indigens et non ferens labores vel laborum impatiens.* Reizius θεραπευτικὴν esse ait habitum eum, quem quis diligentia et cultura meliorem facit, κακοπονητικὴν habitum magnis laboribus partum. In Addendis tamen dubitat, an κακοπ. potius sit habitus ejus, qui otio ac desidio languens ad laborem ignavus est, igitur habitus mollis, tener, delicatus. Vide Addenda.

πεπονημένην ἕξιν] Aretinus *laboriosam habitudinem*, Victorius *laboribus assuetum habitum*, Lambinus *habitu corporis laboribus perferendis durato atque assuefacto*, Ramus *robusto et confirmato corpore*, Camerarius *exercitatus laboribus habitus.*

πρὸς ἕνα μόνον] Intelligere oportet πόνον, uti fecerunt Aretinus et Ramus; sed Victorius *ad unum finem* interpretatur, Camerarius *unius tantum modi*, Heinsius *ad unam tantum actionem.* Vitiosam equidem scripturam censeo vulgarem, et ἓν scribendum. Deinceps ἐλευθερίων habet Aldina et Vascosana.

9. ἁδρᾷ τροφῇ] Aretinus cum vetere Interprete *subtili alimonia*, Victorius *alimento tenui*, Lambinus *alimento nimis tenui ac subtili;* Ramus inepte *alimento noxio*, Heinsius *tenuiore quam oportet cibo*, Camerarius *tenui victu*.

τινὰ — πορείαν] *iter quoddam* Victorius cum Aretino, Lambino, *quotidianum iter aliquod* Ramus, *ut singulis diebus justum pedibus conficere assuescant spatium* Heinsius.

ἀποθεραπείαν] *sacra* Aretinus, *cultum* Victorius, *cultum venerationemque* Lambinus, *ad colendum et venerandum sacra pulvinaria deorum* Ramus. Camerarius monet ἀποθεραπείαν medicis significare curationem corporum post exercitationem, quibus illa reficiantur post laborem.

τῶν εἰληχότων — τιμὴν] Aretinus *quae sortitae sint concipiendi honorem*, Victorius *dearum quae sunt nactae honorem, ut opem ferant generationi*, Lambinus *quibus sorte obtigit, ut praesint gignendis animantibus.* Ramus *qui parturientibus praeesse et opitulari existimantur*, Camerarius *quae (numina) sortita sunt venerationem de procreatione.* Heinsius *qui generationi praeesse dicuntur.* Nascitur jam dubitatio, quid sit, quod Victorius deas dixerit, et in annotatione Iunonem Lucinam nominaverit, cum εἰληχότων ad deos referatur? Disco ex ejusdem annotatione fuisse, qui verba haec referret ad mulieres gravidas, quasi diceret, *quae hoc decus sint consecutae, ut declinarent sterilitatis maculam.* Mihi in verbis περὶ τῆς γενέσεως vitium videtur inesse, et περὶ tollendum aut περὶ τὰς γενέσεις scribendum.

τὰ γινόμενα τῆς ἐχούσης] Vulgatum γενόμενα correxit Reizius cum Zuingero: recte etiam Victorius vertit *quae gignuntur.* Deinceps ἡ ἔχουσα intelligitur ἡ ἐν γαστρὶ ἔχουσα. Inepte enim Zuingerus τῆς τεκούσης conjecit. Verbum ἀπολαύοντα vetus Interpres *assumentia*, Aretinus vertit *ab ea capere videntur*, Victorius *ad se ducere non parum ab ea*, Lambinus *multa a matre contrahere*, Ramus inepte *e matris utero victum alimentumque capiunt*, Heinsius *a matre bona pariter ac mala foetus trahant.* Optime Camerarius *foetus contagione gestantis affici.*

10. Περὶ ἀποθέσεως] Vetus Interpres *reservatione*, Aretinus, Victorius, Lambinus, Ramus et Camerarius *expositione* vertunt. Heinsius *tolli* posuit, et Piccartus admonuit non esse *exponere* sed *tollere*, proprie *seponere atque usu excludere*. Reizius idem monuit, addens apud Lacedaemonios loco, quo infantes improbati a judicibus publicis projiciebantur, ἀποθέται nomen fuisse. Auctor Plutarchus Lycurgi c. 16. πεπηρωμένον *orbatum natura* Aretino, *mancum debileque* Victorio et Lambino *mutilum mancumve* Camerario et Heinsio, *orbum mutilumve* Ramo.

Διὰ δὲ πλῆθος] Aretinus vertit: *In aliis vero si mores institutioque civitatis prohibeat natos exponere, ac multitudo tanta prolis alicui contigerit, ut duplicatus sit filiorum numerus: nam is definitus esse debet ad multitudinem nimiam evitandam: antevenire oportet, ne foetus concipiantur. Nam postquam concepti sunt, et sensum aut vitam acceperint, nefas est attingere eos.* Apparet eum graece scriptum hunc locum ita habuisse: περὶ δὲ τῶν ἄλλων, ἐὰν ἡ τάξις τῶν ἐθνῶν κωλύῃ — τῶν γιγνομένων, καὶ τὸ πλῆθος τῶν τέκνων τινὶ γένηται τοσοῦτον, ὥστε διπλασιασθῆναι τὸν ἀριθμὸν τῶν υἱῶν· ὡρίσθαι γὰρ δεῖ τ. τ. τὸ πλῆθος· ἐμποιεῖσθαι δεῖ et cetera. Lambinus *propter multitudinem autem liberorum ne plures sint, quam expediat, si gentium instituta et leges vetent procreata exponi, definitum esse oportet procreandorum liberorum numerum. Quod si quibus inter se copulatis et congressis plures liberi, quam definitum sit, nascantur, prius — abortus est foetui inferendus.* Ramus cum Victorio verba transtulit sententiae ratione non habita. Camerarius in vulgari Aldinae scriptura ἐθῶν — ὥρισται γὰρ δὴ — ὅσιον καὶ τὸ διωρισμένον si aberravit, non mirum. Heinsius periphrasi usus difficultatem vitavit. In libro Camerarii ἐθνῶν fuit, quod ex vetere interprete et suis libris mutavit Victorius, qui reliqua etiam vitia correxit. Reizius, qui Aretini nec hic nec alibi rationem habuit, nec de vitio loci suspicatus, voluit τάξιν ἐθνῶν h. l. esse descriptionem a gentibus factam numeri liberorum, quantum liceat alere. Quod mihi non videtur. Deinde verba μηδὲν ἀποτίθεσθαι τῶν γιγνομένων jungunt cum verbo κωλύῃ Lambinus,

Ramus et Conringius; quo facto apodosin deesse rationi monet Reizius. Itaque Conringius lacunae notam apposuit, contra Lambinus αἱρεῖσθαι δεῖ τῆς τ. τ. πλῆθος scribi voluit, omissa particula γάρ. Reizius locum ita ordinat atque interpretatur: ἐὰν ἡ τάξις τῶν ἐθνῶν κωλύῃ τὸ πλῆθος, μηδὲν ἀποτίθεσθαι δεῖ τῶν γιγνομένων. Idem adhuc mirabilius sequentia interpretatur: *non oportet supernumerarios partus abjicere, sed oportet legitimo numero liberorum completo facere finem procreandi.* Denique παρὰ ταῦτα refert non ad συνδυασθέντων, (quod ait dictum esse ὁμηρικῶς uti Il. 16, 531. ὅ, τί οἱ ὦκ' ἤκουσε μέγας θεὸς εὐξαμένοιο et Ody. 9, 256. ἡμῖν δ' αὖτε κατεκλάσθη φίλον ἦτορ Δειχομένων) sed ad γίγνηται, ut sit παρὰ ταῦτα τὰ ὡρισμένα περὶ τὸν ἀριθμὸν τῶν τέκνων; et ad γίγνηται intelligit τι. Mihi ratio Reiziana plane falsa et historiae contraria videtur esse. Numerum enim liberorum alicubi legibus aut institutis definitum fuisse, traditum non legimus; sed numerum familiarum et patrimoniorum magnitudinem aliquot gentium respublica definierat; in plurimis etiam Graeciae civitatibus exponere aut tollere liberos licebat parentibus; unius Thebanorum civitatis legem memoravit supra Aristoteles, quae liberos vel exponi vel tolli vetabat. Huc igitur nunc respicit Philosophus. Deinde membra quaedam orationis turbata esse et transposita, manifestum mihi videtur. Denique verbum συνδυασθέντων inepte infartum est, tanquam si infans hominibus extra illam vel matrimonii legitimi vel concubitus illegitimi conjunctionem nasci possit. Mihi scriptura libri, quam Aretinus reddidit omnium maxime placeret, si de libri auctoritate constaret. Schlosseri conjectura ἐὰν ἡ τάξις τῶν ἐθῶν καλὴ ᾖ vix memorari merebatur.

τὴν ἄμβλωσιν] Multi interpretes inque iis Schlosserus remedii inhumanitatem in nostro accusant, obliti loci Platonici a Camerario etiam comparati libro 5, de republica p. 25. τὰ δὲ τῶν χειρόνων (ἔκγονα) καὶ ἐάν τι τῶν ἑτέρων ἀνάπηρον γίγνηται, ἐν ἀπορρήτῳ τε καὶ ἀδήλῳ κατακρύψομεν, ὡς πρέπει. deinde p. 27. μάλιστα μὲν μηδ' εἰς φῶς ἐκφέρειν κύημα μηδὲν, ἐὰν γένηται· ἐὰν δέ τι βιάσηται, οὕτω ἐκτιθέναι ὡς οὐκ οὔσης τροφῆς

τῷ τοιούτῳ. Qui posterior locus quid aliud nisi abortum violentum habet et expositionem liberorum?

11. πρεσβυτέρων — γεγηρακότων] Vetus Interpres posterius *decrepitorum*, Aretinus *seniorum* — *senescentium* vertit, Victorius unam eandemque aetatem utroque vocabulo significari censet. Lambinus *grandiorum natu* — *senio confectorum*. Ramus *seniorum* — *aetate confectorum*. Camerarius et Heinsius recte *decrepitorum* — *imbecilla vero senum*. Ammonius in Γέρων docet aetatis senescentis hunc ordinem, ἀνὴρ πρεσβεβηκὼς ἡλικίᾳ, idem qui ὠμογέρων, hunc sequitur γέρων, hunc πρεσβύτης vel πρεσβύτερος, denique hunc ἐσχατόγηρως. Reizius tamen hoc ipso Ammonii loco posito, unde Victorii errorem convincit, τοὺς γεγηρακότας senes vietos, πρεσβυτέρους seniores interpretatur.

διὸ κατὰ] Repete cum Camerario et Lambino ὡρίσθω. Aretinus *Quapropter illud maxime tempus probandum est, in quo maxime intelligentia viget.*

ποιητῶν τινες] Solonem praecipue significari monuit cum Camerario Victorius, cujus fragmentum aetates hominum per septenarium numerum describens a Clemente servatum exhibent Analecta Veter. Poet. Brunckiana I, p. 64. Eadem tamen ratione noster saepissime etiam in Historia animalium usus esse reperitur; unde Solonicam rationem Athenis increbuisse colligo.

12. τῆς εἰς τὸ φανερὸν γεννήσεως] Male Aretinus vertit *in aperto procreandi*, Victorius *procreatione liberorum quae palam fit*, Lambinus cum Camerario *procreatione manifesta*, Ramus *ab omni procreationis studio*, Heinsius *generatione sensim abstineri*. Schlosserus *die Zeugung der öffentlich anzuerkennenden Kinder*. Garvius verba εἰς τὸ φανερὸν omisit. Omnes vero a sensu aberrarunt, quem verba Platonis supra posita e libro 5. Reipublicae optime declarant μηδ' εἰς φῶς ἐκφέρειν κύημα μηδέν.

ἢ πρὸς ἄλλον] Haec omisit Aretinus, ad παιδεραστίαν pertinentia, uti censet Victorius, cum alii praeceptum hoc mulieri datum putent, ne cum alieno marito consuescat.

πόσις] Aretino, Lambino, Ramo et Heinsio *conjux*, Victorio *sponsus*, Camerario *maritus*, qui comparavit locum Sophoclis Trachin. 550. ubi Deianeira: φοβοῦμαι, μὴ πόσις μὲν Ἡρακλῆς Ἐμὸς καλῆται, τῆς νεωτέρας δ' ἀνήρ.

Ad Caput XV.

1 οἴεσθαι] Repete δεῖ. Sequens τὴν τροφὴν habet difficultatem, si cum διαφορὰν εἶναι jungere velis; facilior esset structura, si scriptum esset ἐπεία τις ἂν ᾖ ἡ τροφή.

Φαίνεται δὲ] Aldina τε habet, quod non displicebat Reizio: Sequens εἰσάγειν Victorius e veteri versione, ubi est *inducere*, ductum substituit Aldino ἀεί. Aretinus vertit: *quibus cura est assidua bellicae habitudinis*, Camerarius vitium notavit, sed corrigere non potuit.

πληθύουσα] Aldina πλῆθουσα. Aretinus vertit *nutrimentum lactis*, Victorius *lactis alimentum copiosum*, Lambinus *lactis naturam exuberantem esse alimentum* etcet. Ramus *lactis copiosus usus*. Equidem haec praecipi puto foetis, non infantibus. Quid enim opus erat his actis nutrimentum commendare? at foetis utile erat genus cibi praecipere et potus, quo sit utendum, dum infantes lacte materno aluntur. Primum igitur praecipit cibis iis uti, qui lactis abundantiam faciunt. Haec est τροφὴ γάλακτος πληθύουσα. Deinde vini usu interdicit matribus lactantibus: quia morbos graves vini usus gignat nutrici atque infanti lactenti. Stultum erat vini usu infantibus interdicere.

2. κινήσεις] Idem praeceptum copiosius explicat Plato libro 7 Legum p. 325.

ὀργάνοις μηχανικοῖς] Annotavit Victorius serperastra Varronis, quibus infantum membra distorta corrigerentur. Locus est de Lingua latina 8, c. 5. sed haec sunt ab hoc loco aliena. Camerarius σπάργανα καὶ λίκνα, cunas et incunabula intelligi putabat. διαστρέφεσθαι vetus Interpres *defluere* vertit.

Κελτοῖς] De Germanorum infantibus Rheno immersis narrant historicorum libri, quem morem barbaris relinquendum censuit Galenus libro primo ὑγιεινῶν, annotante Came-

rario: Ceterum ὑποβάπτειν *abluere* vertit vetus Interpres, et ψυχρὸν omisit, sed Thom. habet.

3. ἀρχομένων] Comparabat Reizius cum loco Capitis 14, sect. 10. ἐὰν δέ τισι γίγνηται — συνδυασθέντων. sed locus ille de vitio suspectus est. Igitur cum Sylburgio ἀρχομένους scriptum malim. In Aldina ἀρχομένῳ est. Deinceps verba ἐκ προσ. δ' ἐθίζειν omisit Aretinus, *gradatim* vertit vetus Interpres. Ad sequens πρώτην intellige ἡλικίαν.

5. σπουδαζομένων] Zuingeri vel Lambini conjecturam σπουδασθησομένων ut non necessariam spernit Reizius; dictum enim esse, tanquam sit τῶν ὕστερον διατριβῶν. Aretinus tamen vertit *quae postea serio erunt facienda*, et vetus Interpres *posterius studendorum.* Platonis consensum de eadem re ex libro primo Legum annotavit Camerarius; sed de aetate puerorum litteris discendis admovenda idem Plato libro septimo dissentit.

6. οἱ κωλύοντες ἐν τοῖς νόμοις] Platonem tangi, vidit Camerarius, qui libro septimo legum p. 328. omni modo cavendum monet, ne infantes ad clamores et fletus irritentur: τοῖς δὴ παιδίοις τὸ δήλωμα ὧν ἐρᾷ καὶ μισεῖ κλαυμοναὶ καὶ βοαὶ etcet. Male vertit Aretinus *qui legibus prohibent*, Victorius *qui legibus vetant* ut Lambinus, *qui suis legibus vetant* Ramus, *lege interdicunt* Heinsius. Solus Camerarius recte *non recte vetant in suis legibus prohibentes.* Ceterum διατάσεις κατὰ τοὺς κλαυθμοὺς vetus Interpres scriptum vertit *cohibitiones in ploratibus.*

διατάσεις — διατεινομένοις] Aretinus *cohibitiones atque interruptiones ploratus — laborantibus.* Victorius *contentiones — cum contendunt vocem.* Lambinus *contentiones vocis — vocem contendentibus.* Ramus *contentiones — obtinentibus.* Camerarius *contentio — in contentionibus.* Vetus etiam Interpres *qui cohibentur.*

κάθεξις] Victorius annotavit locum libri 2. de ortu animalium, ubi spiritum retentum vires corpori admovere dicat. Nescio, an dicat locum I, c. 6. ὥσπερ καὶ ἐπὶ τῶν ἀνθρώπων καὶ πάντων τούτων ἀνάγκη κατασχόντας τὸ πνεῦμα ποιεῖ-

σθαι τὴν γονήν. Inter palaeftrae exercitia fpiritus retentionem faepe memorant Galenus et Plutarchus.

ἔσται] Vetus Interpres *erunt* vertit. Idem pro ἀπολαύειν *affumere* reddidit.

7. τῶν ἀνελευθέρων] Revocavi Aldinae et Camotianae fcripturam, cui ἀνελευθερίας fubftituerunt cum Victorio recentiores Editiones, quae articulum τῆς faltem addere debuerant. Noftram fcripturam vertunt Aretinus, Victorius et Lambinus.

ὥσπερ ἄλλο τι] Reizius cum Lambino εἴπερ malebat. Sed etiam alibi in his libris eadem forma reperitur. Camerarius putabat etiam hic Platonica refpici, inprimis locum feptimi de Legibus p. 378. τὰ δὲ τῶν αἰσχρῶν σωμάτων καὶ διανοημάτων καὶ τῶν ἐπὶ τὰ τοῦ γέλωτος κωμῳδήματα τετραμμένων κατὰ λέξιν τε καὶ ᾠδὴν καὶ κατὰ ὄρχησιν, καὶ κατὰ τὰ τούτων πάντων μιμήματα κεκωμῳδημένα, ἀνάγκη μὲν θεάσασθαι καὶ γνωρίζειν· ἄνευ γὰρ γελοίων τὰ σπουδαῖα, καὶ πάντων τῶν ἐναντίων τὰ ἐναντία μαθεῖν μὲν οὐ δυνατὸν, εἰ μέλλει τις φρόνιμος ἔσεσθαι, ποιεῖν δὲ οὐκ ἂν δυνατοὶ ἀμφότερα, εἴ τις αὖ μέλλει καὶ σμικρὸν ἀρετῆς μεθέξειν. ἀλλὰ αὐτῶν ἕνεκα τούτων καὶ μανθάνειν αὐτὰ δεῖ, τοῦ μή ποτε δι' ἄγνοιαν δρᾷν ἢ λέγειν ὅσα γελοῖα, μηδὲν δέον· δούλοις δὲ τὰ τοιαῦτα καὶ ξένοις ἐμμίσθοις προστάττειν μιμεῖσθαι. Sed pertinent haec ad comica et fatyrica Graecorum dramata et fpectacula, de quibus nofter poftea ipfe tradit.

ἀτιμίαις — καὶ πληγαῖς] Si verba bene habent omnia, velim equidem fcire discrimen illud, quod effe debuit inter ἀτιμίας καὶ πληγὰς et ἀτιμίας ἀνελευθέρους. Equidem putabam πληγὰς inprimis effe inter poenas fervorum et praecipue nomine ἀτιμιῶν ἀνελευθέρων intelligi. Itaque ἀτιμίας, cum jungantur verberibus, vix licebit interpretari de genere illo, quod interdum in liberos etiam homines ftatuebatur. Video etiam Platonem libro 7 Legum p. 332. ubi pueros fexennes caftigat, ἀτιμίαν excipere: τρυφῆς δ' ἤδη παραλυτέον κολάζοντα μὴ ἀτίμως.

8. λόγους ἀσχήμονας] *actus deformes* Aretinus, *fabulas obfcenas* Victorius, *fabulas indecoras et deformes* Lambinus, *fpectacula fabularum impudicarum* Ramus, *recitationes indeco-*

τας Camerarius, *fabellas parum verecundas* Heinsius. Mihi θεωρεῖν λόγους ἀσχήμονας insolens videtur esse et dictio et sententia, et fere suspicor vitii aliquid inesse vocabulo λόγους, praesertim cum sequens membrum memoret γραφὴν et ἄγαλμα. Postea ἐστὶ pro ἔστω habet Aldina.

τωθασμὸν] *lasciviam mos tribuit* cum vetere Interprete vertit Aretinus, Ramus, Victorius et Heinsius. *probra talia* Camerarius, memorans cultum Γενετυλλίδος, Εἰληθυίας et Ithyphallorum festos dies a feminis celebratos. *lasciviam atque irrisionem subobscenam* Lambinus; Priapum, Venerem, Bacchum et id genus alios deos memorat Heinsius. Victorius locum Athenaei 14, p. 622. de Ithyphallis comparavit, ubi est εἶτα προστρέχοντες ἐτώθαζον οὓς ἂν προέλοιντο. Sed phallophori isti in scena ista agunt et loquuntur; hic de templis sermo est. Vide Addenda.

πρὸς δὲ τούτους] Vulgatum τούτοις correxit Reizius, προσέρχεσθαι intelligens, quod verbum potius inserendum censeo, *ad hos* tamen vertit Victorius, ceteri *apud hos*. Lambinus ita: *veruntamen hos deos permittit lex iis, qui — et pro se et pro liberis et pro uxoribus venerari et omni cultus genere mactare.* Verba καὶ γυναικῶν omisit vetus Interpres.

τοὺς ἔχοντας — προσήκουσιν] Haec omisit Aldina, versio Aretini et Victorii; margo Isingr. haec habet pro iis: τοὺς πρεσβυτέρους.

9. οὔτ' ἰάμβων] Plato Legum 11, p. 168. ποιητῇ δὲ κωμῳδίας ἢ τινος ἰάμβων ἢ μουσῶν μελῳδίας μὴ ἐξέστω μήτε λόγῳ μήτε εἰκόνι, μήτε θυμῷ μήτε ἄνευ θυμοῦ μηδαμῶς μηδένα τῶν πολιτῶν κωμῳδεῖν. Semus Delius Athenaei 14, p. 622. οἱ αὐτοκάβδαλοι καλούμενοι ἐστεφανωμένοι κιττῷ σχέδην ἐπέραινον ῥήσεις, ὕστερον δὲ ἴαμβοι ὠνομάσθησαν αὐτοί τε καὶ τὰ ποιήματα αὐτῶν. Unde apparet ἰάμβους fuisse uti comoediam, genus dramatis et spectaculi in theatris Graecorum publice exhibiti.

μέθης] *ebrietatis* vertunt omnes praeter Heinsium, qui *priusquam justam jam attigerint aetatem ac cum caeteris accumbere simulque poculis ex more invitare sese mutuo licuerit* cautius et rectius posuit. Noster infra 8, 5. πότερον παιδιᾶς ἕνεκα καὶ ἀναπαύσεως (δεῖ μετέχειν) καθάπερ ὕπνου καὶ μέθης·

ταῦτα γὰρ καθ' αὑτὰ μὲν ἔτι τῶν σπουδαίων ἀλλ' ἡδέα, καὶ ἅμα πάνυ μίξιμεναι. — διὸ καὶ τάττουσιν αὐτὴν, (τὴν μουσικὴν) καὶ χρῶνται πᾶσι τούτοις ὁμοίως ὕπνῳ καὶ μέθῃ καὶ μουσικῇ · τιθέασι δὲ καὶ τὴν ὄρχησιν ἐν τούτοις. Est igitur potius μέθη compotatio illa amicorum in conviviis, ubi mensis sublatis πότος procedebat, et merum vinum bibebatur. Hinc μέθη εὐώδης apud Hippocratem Epidem. 5, p. 1157. potus liberior vini εὐώδους. Quid clarius loco Platonis libro 2 Legum p. 98. εἶγ' εἴη τοιαύτη μὲν μέθη, τοιαύτη δὲ παιδιὰ, μῶν οὐκ ὠφεληθέντες ἂν οἱ τοιοῦτοι συμπόται καὶ μᾶλλον φίλοι ἢ πρότερον ἀπαλλάττοιντο ἀλλήλων. Hinc Sophoclis illud τὸ μεθύειν πημονῆς λυτήριον ridiculus fit, qui de ebrietate interpretetur. Multa huc pertinentia posuit Athenaeus 2, p. 40. ubi verba ἀπὸ μέθης καὶ ἡ τῆς κωμῳδίας καὶ ἡ τῆς τραγῳδίας εὕρεσις satis bene vertunt ex compotatione et temulentia comoediae etiam et tragoediae inventio. Platonis locum initio libri 9. de Republica: ὅταν τὸ θηριῶδές τε καὶ ἄγριον τῆς ψυχῆς ἢ σίτων ἢ μέθης πλησθὲν σκιρτᾷ. Cicero de Divinatione I, 29. vertit: *illa autem pars, in qua feritas quaedam sit atque agrestis immanitas, cum sit immoderato stupefacta potu atque pastu, exsultare.*

κατακλίσεως — κοινωνεῖν] Scilicet in conviviis pueris intra certam aetatem accumbere non licebat, sed assidebant. Ita Autolycus victor pancratio apud Xenophontem in Convivio I, 8. παρὰ τὸν πατέρα ἐκαθίζετο, οἱ δ' ἄλλοι κατεκλίθησαν. ubi vide annotata. Similiter Plutarchus in Convivio Sapientum p. 11. Hutten. de Melissa Periandri uxore: παρῆλθε μὲν ἡ Μέλισσα καὶ κατεκλίθη παρὰ τὸν Περίανδρον, ἡ δ' Εὐμῆτις (filia) ἐκάθισε παρὰ τὸ δειπνεῖν.

τοῦτον — τὸν λόγον] Male Victoriana τούτων habet, quod Zuingeriana tamen correxit; item Victorii versio *de his rebus locuti sumus.* Deinceps ἐνστήσαντες Aldina habet, nostram scripturam probavit etiam Camerarius. *insistentes* vertit vetus Interpres.

10. Θεόδωρος] Philippi Macedonis aetate floruisse, eique Aeschinem oratorem in adolescentia tertiarum partium actorem fuisse ex Demosthene περὶ παραπρ. p. 418. memorat Reizius, locum Diogenis Laertii 2, s. 104. et Aeliani v. h. 14, 20. obiter

obiter corrigens. De eodem est locus Pausaniae I, 37, 2. Cf. Perizonii annotationem ad Aelianum l. c.

προεισάγειν — θεατῶν] priorem introire, in scenam prodire. Male προσάγειν Aldina dedit. θεάτρων ex vetere interprete recepit Victorius in altera Editione, unde assumsit Reizius. Ceterum ad verba ἔλεγε τὸ τοιοῦτο merito offendit Camerarius, qui haec annotavit: *Quod vero hoc dictum est? Factum enim magis exponitur histrionis. Nisi aliquis conjecturam de eo capere dicti posse videatur, aut libeat suspicari ista esse mutila.*

καὶ πρὸς τὰς τῶν πραγμάτων] Vetus Interpres *et ad eas quae rerum usuum*, sed Thom. vocem *usuum* omisit. Mihi scriptum legisse videtur πρὸς τὰς τῶν πραγμάτων χρήσεις, quod unice probo.

δυσμένειαν] Victorius *odium*, Aretinus *vel obscenitatem vel improbitatem*, Lambinus *vel turpitudo vel animi offensio*, Ramus *inprimis nequitia omnis atque lascivia.* Camerarius *in quibus aliquid est improbitatis aut malevolentiae.* Heinsius *quae scelesta sunt aut execranda.* Vetus Interpres *infectionem aut inhaesionem* vertit.

θεωροὺς τῶν μαθήσεων] Plato quoque libro 7, Legum p. 333. septennes pueros et puellas ad discendum separat et convertit.

11, οὐ καλῶς] Pubertatem enim anno XIV. assignant, id est secundae ἑβδομάδι, cum qua tamen non congruit semper.

τάξιν τινά] *institutionem circa pueros* Aretinus vertit; *ordinem* Victorius, sed in annotatione *puerorum moribus institutio an debeat adhiberi aliqua.* Lambinus *in puerorum institutione aliqua ordinis descriptio adhibenda.* Ramus *ullane puerorum debeat esse disciplina.* Camerarius *utrum ordo aliquis de pueris sit instituendus.* Heinsius *utrum ulla puerorum esse in civitate disciplina debeat atque institutio.* Hanc postremam rationem ipse etiam amplector. In postremo vetus Interpres *oportet esse hanc*, sed Thom. *oportet omne hunc.* Videtur igitur scriptum legisse melius: ποίαν τινὰ εἶναι δεῖ ταύτην.

Ad Ariſtotelis Politicorum Librum VIII.

Ad Caput I.

1. δεῖ γὰρ πρὸς] Vetus Interpres δεῖ δὲ πρ. ſcriptum vertit, non male!

2. αὐτὸν αὑτῷ — τῶν πολιτῶν] Vetus Interpres *civium ipſorum aliquem ſibi eſſe.*

3. καὶ τοῦτο. Sylburgii emendationem κατὰ τοῦτο approbat Reizius, quoniam Philoſophus non verſetur in Lacedaemoniorum laudibus commemorandis, ſed prout materia ſuppetit, eos vituperet, interdum laudet.

4. Τίς δ' ἐστὶν ἡ παιδεία] Addit vetus Interpres *praevalens aliis*, quaſi ἡ κρατιστεύουσα τῶν ἄλλων additum in ſuo libro legiſſet; ſed Thomae exemplum omiſit verba illa.

τῆς ἐμποδὼν] *diſciplina vulgari* interpretatur Reizius, vetus Interpres *ex ea quae ad activam vitam.* Idem deinceps *nulli palam*, δῆλον οὐδενί.

τὰ περιττὰ] *cognitio rerum eximiarum, cujusmodi eſt ſcientia rerum naturalium ac divinarum* Victorio, *ſtudia rerum naturalium et mathematicarum* Reizio.

εἰλήφει κριτάς τινας] *aſſertores aliquos nacta ſunt* Victorius vertit, comparans ex libro I. de anima c. 2. locum: πάντα γὰρ τὰ στοιχεῖα κριτὴν εἴληφε πλὴν τῆς γῆς: quem vertit: cuncta elementa adepta fuiſſe quempiam, qui dixerit ex ipſis ſolis conſtare animum. Non opus eſt igitur Reizii conjectura εἴληχε.

διαφέρονται καὶ πρὸς] Equidem olim fuisse scriptum suspicor διαφέρονται καὶ περὶ τῶν πρὸς τ. ἀ. αὐτῆς.

Ad Caput II.

ἐλευθέρων — ἀνελευθέρων]. Malim ἐλευθερίων — ἀνελευθέρων. huc enim redit in sectione 2. ἔστι δὲ καὶ τῶν ἐλευθερίων ἐπιστημῶν etcet.

ὅτι τῶν τοιούτων. Reizius malebat Ἔτι δὲ τ. itaque scripsit. Necessarias, inquit, non omnes discendas esse, docuit jam, cum dixit, aliarum esse liberale munus, aliarum illiberale. Nunc ostendit, rerum non necessariarum, quas vocat simpliciter utiles, quae sint discendae: Verum Philosophus nondum docuit, sed proposuit tantum, rerum utilium necessarias esse non omnes discendas. Causam nunc demum docere insit, exorsus a vulgari tum descriptione artium in artes liberales atque illiberales. Illa vero distinctio, quam sumsit Reizius, rerum non necessariarum, quas vocat simpliciter utiles, nuspiam apparet in verbis Aristotelis, nisi cum Reizio ὐ πάντα retuleris ad antecedens τῶν χρησίμων. Atqui haec ratio non procedit; nam artium et rerum utilium necessarias quidem ad doctrinam puerilem admittendas esse et recipiendas, plane censuit Philosophus, verum non omnes. Exceptionis rationem repetit a vulgari distinctione artium liberalium atque illiberalium; cujus quae sit vis, statim docere incipit; unde concludit, quasdam earum nec ad vitam beatam nec ad civilem nec ad moralem pertinere. Novam rerum utilium per se distinctionem excludit etiam sequens sectio 2. ἔστι δὲ καὶ τῶν ἐλευθερίων ἐπιστημῶν etcet. quae verba interpretantur alteram partem distinctionis antea positae ἔργων ἐλευθέρων (rectius ἐλευθερίων) καὶ τῶν ἀνελευθέρων Lambini versio sequitur talem fere scripturam: οὐκ ἄδηλον· ἀλλ' οὐ πάντα. διῃρημένων γὰρ τῶν τε — φανερὸν, ὅτι τῶν τοιούτων etcet.

Βάναυσον] Alterum hoc βαν. omittit Cod. Lipſ. ut sequens δεῖ Camotiana.

καὶ ταπεινὴν] Codex Lipſ. κατὰ πεινήν.

καταβεβλημένας] *in uſu communi poſitae* Victorius: ſtatim ſequitur παιδεύματα καταβεβλημένα. Comparat praeterea Vict. locum ex I ad Nicomachum: καίτοι πολλοὶ λόγοι πρὸς αὐτὰ καταβέβληνται. non adeo ſimilem. Vetus Interpres *praemiſſae* et ἐπαμφοτερίζουσι vertit *ad utrumlibet ſe habent.*

3. τέταρτον ἔνιοι] Victorius de tribus prioribus comparat locum Terentii in Eunucho 3, 2, 23. *Fac periculum in litteris, fac in palaeſtra, in muſicis, quae liberum ſcire adoleſcentem aequum eſt, ſolertem dabo.* De pictura Plinius 35, c. 10. *Pamphili* (Apellis praeceptoris) *auctoritate effectum eſt Sicyone primum deinde et in tota Graecia, ut pueri ingenui ante omnia graphicen hoc eſt picturam in buxo docerentur, reciperetur que ars ea in primum gradum liberalium.* Locum eundem poſuit Reizius, qui ſimul de errore Winkelmanni noſtratis admonuit, cum Sicyonem patriam Pamphili poneret, qui fuerit Macedo, ſed Sicyone docuerit.

ἤδη διαπορήσειεν] Vocabulum ἤδη omiſit vetus Interpres.

αὕτη γὰρ ἀρχὴ] Cum priores Interpretes αὕτη ad σχολὴ (in verbo σχολάζειν latens) retuliſſent, Victorius potius ad antecedens φύσις referendam cenſuit: quocum equidem ſentio. Contra Reizius cum illis facit, et interpretatur dictum, quaſi eſſet: αὕτη γὰρ ἀρχὴ, ἀρχὴ πάντων. Sed docere neglexit, qui σχολὴ dici poſſit ἀρχὴ πάντων.

τέλος γὰρ ἀναγκαῖον] Senſum vidit et reddidit Reizius: *alioqui vitae humanae finem neceſſe foret ludum eſſe.* Sed verba non reſpondent, niſi ἂν ἦν inſeras ante ἀναγκαῖον.

4. τῆς ἀσχολίας — δεῖ σχολάζειν] Haec deſunt in Cod. Lipſ. qui deinceps παιδείαν ἡμῖν habet, poſtea vero παιδικαῖς.

διὰ τοῦτο δεῖ] Haec eſt apodoſis, quae reſpondet initio illi Εἰ δὲ τοῦτο ἀδύνατον. Haec ratio etiam Lambino placuit, neque eam improbat Reizius; monet tamen, ita debere διὰ τοῦτο non cum verbo δεῖ ſed cum altero εἰσάγεσθαι conſtrui. Ipſe cum Victorio apodoſin repetit a verbis καὶ μᾶλλον ἐν ταῖς ἀσχολίαις.

καιροφυλακοῦντας] Ita Aldina, Mor. Zw. et Cod. Lipſ. *καιροφυλακτοῦντας* dedit Reizius cum aliis. Ipſe adhuc dubito.

ἐν τῇ διαγωγῇ σχολήν] Statim ſequitur rectius *πρὸς τὴν ἐν τῇ σχολῇ διαγωγήν*. Poſtea vero *πρὸς τὴν σχολὴν καὶ διαγωγήν*. Sequens *ἄττα* vulgato *ἅττα* monente Sylburgio ſubſtituit Reizius.

6. *οἱ πρότερον*] Victorius monet eosdem ſupra dici *οἱ ἐξ ἀρχῆς ἔταξαν ἐν παιδείᾳ*, hic vero dicitur *εἰς παιδείαν ἔταξαν*.

χρηματισμόν] Camotiana *χρηματικόν*.

δοκεῖ δὲ καὶ γραφικὴ χρήσιμος] Victorii prior Editio annotavit plures libros habere ſcriptum *γραφικὰ χρήσιμα* quosdem *γραφικὴ χρησίμη*. Poſterior lectio eſt etiam in Cod. Lipſ. Ceterum variata verborum ſtructura induxit Lambinum in eam opinionem, ut cenſeret inſerenda haec verba: *οὐδ' ὥσπερ ἡ γραφική*. At ita debebat ſequi: *δοκεῖ γὰρ καὶ αὕτη χρήσιμος εἶναι*. quam ſcripturam vertendo expreſſit Lambinus. Contra recte monuit Reizius curam concinnitatis abſuiſſe hic a Philoſopho, qui ſcribere potuiſſet *οὐδ' ὥσπερ ἡ γραφικὴ πρὸς τὸ κ. τ. τ. τ. ἐ. κάλλιον*.

παραγαγόντες] Reizius prius membrum cenſet male intellectum et verſum fuiſſe ab Interpretibus; ipſe locum ita interpretatur, quaſi plene ſcriptus ita ſit: *λείπεται τοίνυν τὴν μουσικὴν ὑπὸ τῶν πρότερον εἰς παιδείαν τετάχθαι πρὸς τὴν ἐν τῇ σχολῇ διαγωγήν*. Scilicet recte negat, cum Lambino ex antecedentibus repetendum eſſe *χρήσιμον εἶναι*. Utilem enim eſſe muſicam negat Ariſtoteles. Recte igitur idem Reizius vulgatum *παράγοντες* mutavit in *παραγαγόντες*. Victorius *traducentes* interpretatus in annotatione explicat: *inferioris aetatis homines tanquam abduxerunt ipſam e ſuo proprioque domicilio*.

ἀλλ' οἷον μέν ἐστι] Vetus Interpres: *ſed eſt quidem velut ad epulas vocari congaudere.* ſed Thom. habet: *ſed quale eſt vocari ad menſam opipare paratam.* In altero loco habet: *qui vocent cantaturam naturam tanquam delectantem omnes* Ibi Thom. habet: *deinde nominans quosdam alios ſubdit et cytharoedum qui omnes demulceat.* Verſus hodie non apparet in eo loco Odyſſeae 17, 385. unde ſequens hemiſtichium eſt

ductum. Nec latuit Barneſium, ut ait Reizius, ſed meminit ejus tanquam variationis ad locum antea memoratum. Vulgatur etiam οἷον, cui οἷον ſubſtitui, ut ſenſum adjuvarem. Sequens μὲν propter metrum in μὲν mutandum erit. Quod vulgo ſequebatur οἳ καλέουσιν, temerario auſu plane ejecit Reizius, ejusque in locum ex Homeri vulgatis editionibus ſubſtituit ἢ καὶ θέσπιν. Interpunctio tantum prava corrigenda erat, et verbum καλέουσιν mutandum in καλέονται vel καλεῦνται. Reſpexit ſcilicet poetae verba οὗτοι γὰρ κλητοίγε βροτῶν. Ceterum in Editionibus Homeri nunc legitur pro ἅπαντας ſcriptum non melius ἀοιδόν. Alter locus extat in Odyſſeae 9, 7. Denique neſcio, qui venerit in mentem Reizio haec ponere in annotatione: *Quomodo igitur Ariſtoteles Homeri teſtimonio potuit* (voluit) *illud conficere, muſicam olim non, ut poſtea, voluptatis cauſa eſſe adhibitam, ſed ad otium traducendum. An quidquam inter haec intereſt?* Equidem nullum veſtigium reperi diſcriminis illius inter haec duo: *voluptatis cauſſa* et *ad otium traducendum* hoc quidem in loco.

Ad Caput III.

1. τοὺς υἱεῖς] Cod. Lipſ. τοῖς υἱοῖς, unde vulgatum deinceps ἀναγκαίαν correxi; quanquam etiam χρησίμην mallem is in χρήσιμον mutaſſet.

νῦν — εἶναι] Haec duo conjungenda ſunt more Attico, ut εἶναι abundet. Sequens πρὸ ὁδοῦ γέγονε Victorius vertit *praevertendo partum eſt.* Vetus Interpres *nunc tantum nobis eſſe primum factum eſt.* Sed Thom. haec omnia omiſit.

[ἐκ] τῶν καταβεβλημένων π.] Vitium apertum corrigere tentavit Reizius ita: μαρτυρίαν, ὅτι ἐν τῶν καταβεβλημένων παιδευμάτων, et ſubaudiendum cenſuit παιδευτέον τοὺς υἱεῖς ὡς ἐλευθέριον καὶ καλόν. Sed potius inſerendum erat ἦν, ita, ὅτι ἐν τῶν κ. π. ἦν. Equidem praepoſitionem ἐκ tanquam inutilem ſecluſi; ceterum τότε ante παιδευμάτων inſertum malim.

Ἔτι δὲ καὶ τῶν χρησίμων] Ad haec verba, uti ad sequentis periodi ista Ὁμοίως δὲ καὶ τὴν γραφικὴν, repetendum est ex antecedentibus πρὸ ὁδῶ ἡμῖν γέγονεν. Tandem recta oratione pergit Philosophus sect. 2. Ἐπεὶ δὲ φανερὸν etcet. Conringius igitur, cum non meminisset, repetenda esse illa verba, quae designavimus, nexum horum trium locorum desideravit et orationem hiare dixit. Quod cum negaret Reizius, ipse tamen nec causam quaesivit, cur Conringius ita senserit, nec verba illa repetenda indicavit. Sed praeclare vidit in vulgata scriptura ἀλλ' ὥστ — ἢ μᾶλλον ἔτι vocabula ἀλλὰ et ἢ esse transposita; igitur emendationem ejus sequi non dubitavi.

πρότερον τοῖς ἔθεσιν] Recte idem vir doctus vulgatum πότερον correxit ex libri 7, c. 15. ubi disputatum fuit πότερον παιδευτέον τῷ λόγῳ πρότερον ἢ τοῖς ἔθεσι. Minus feliciter Sylburgius εἶναι in ἐστὶ mutari, Conringius illud plane deleri voluit.

3. ἀθλητικὴν] Boeotos praecipue respicere videtur. In verbis μίαν — ταύτην intelligitur ἀρετὴν, quod vocabulum duriter omittitur. Verbum λωβώμεναι vetus Interpres vertit *tollentes*.

Εἰ δὲ καὶ] Vulgatum εἴτε καὶ mutavi, ut sensus fieret manifestior.

4. ἠπειρωτικῶν] Conringius Epiri proprie dictae, Lambinus et Ramus mediterraneas gentes, Victorius Asiaticas interpretatur, et Reizius posuit locum Demosthenis, ubi ἐκ πάσης τῆς ἠπείρου est ex omni Asia. Sed tenendum, notionem et ambitum vocabuli ἤπειρος pendere a consensu praecedentium verborum. Hoc igitur in loco, ubi de regionibus littoralibus Ponti agitur ἤπειρος est omnis illa terra continens quae littore maris Pontici cingitur. Vetus Interpres *non marinarum* vertit.

λῃστικὰ] Aldina λῃστρικὰ habet cum Cod. Lips. Deinceps γυμναστικοῖς καὶ τοῖς πολεμικοῖς scriptum vertit vetus Interpres *et luctativis-agonibus et bellicis*.

ἀλλὰ τῷ μόνον] Dictum monet Reizius pro μόνον τῷ πρὸς μὴ ἀσκοῦντας ἀσκεῖν, nisi potius ita scribendum fuerit. Paulo antea αὐτοὺς Λάκωνας habet Cod. Lips.

5. θηρίων τι] Aldina θηρίων ἤδη, non inepte! Cod. Lipf. τι omifit.

ὡς φησιν ὁ λόγος] *ut ratio dictat* vertit Victorius. Hoc autem fenfu alii fcriptores dicunt ὡς ὁ λόγος αἱρεῖ.

Ad Caput IV.

κουφότερα γυμνάσια] Camotiana, Ifingr. Sylburgius κουφοτέρα γυμνασία. Sed illam fcripturam cum Victorio e vetere Interprete, qui habet *leniora exercitia afferendum:* praefert Reizius, eamque firmat poftremum ἀναγκαίων γυμνασίων. Plato de Rep. 3, p. 309. αὐτά γε μὴν τὰ γυμνάσια καὶ τοὺς πόνους πρὸς τὸ θυμοειδὲς τῆς φύσεως βλέπων — πονήσει μᾶλλον ἢ πρὸς ἰσχύν. Cod. Lipf. deinceps habet ταῖς Ὀλυμπιονίκαις.

2. Ἔτη τρία] Male Editio Reiziana ἔτι dedit. Deinceps ξηροφαγίαις vertit vetus Interpres a Victorio comparatus, quod merito rejecit Reizius. Eft fcilicet in eo *ficcis alimentis.*

3. εἴποιεν] Haud fcio an εἴπωμεν, aut εἴποι fcribendum fit.

καθ' αὑτὰ μὲν οὐδὲ τῶν σπουδαίων] Ita cum Reizio fcripfi pro καθ' αὑτὰ μὲν, ὅτι τ. σ.

παύει μέριμναν] Cod. Lipf. μεριμνᾶν. Deinceps Victorii verfio quafi fcriptum effet τάττουσιν ἐν τούτοις reddidit: *ordinant in his ipfam:* Locum enim vitiofum effe fufpicatur. Ramus vertit: *in eodem loco muficam reponunt.* Lambinus videtur legiffe τάττουσι ταύτην εἰς τὴν αὐτὴν τάξιν. Reizius malebat: τάττουσιν αὐτὴν ἐν παιδιᾷ.

οἴνῳ καὶ μέθῃ] Recte Reizius ὕπνῳ καὶ μέθῃ fcribendum conjecit. De faltatione cum mufica conjuncta laudat idem Homeri locum Odyffeae I, 151.

Ἢ πρὸς διαγωγήν] De διαγωγῇ jam antea fuit difputatum; eam igitur hic ad quaeftionem revocare non potuit. Quare fcribendum cenfeo πρὸς τῇ διαγωγῇ *praeter oblectationem otii.*

πρὸς τὴν φρόνησιν] Victorius *prudentiam* vertit, fed quaerit, an potius ἐπιστήμην voluerit intelligi Philofophus. Ad

neutrum vero intelligere se confitetur Reizius, quid valeat musica. Igitur malit φρόνησιν interpretari dictum pro φρόνημα, *animi elationem*.

4. τοῖς παισὶν] Ita vulgatum τε παισὶν correxit Reizius. Ramus autem haec vertit: *Atqui neque vitae prudentia pueris est attribuenda*; cujus versionis rationem se non perspicere ait Reizius. Equidem suspicor Ramum voluisse scribi: οὐδὲ διαγωγὴν οὐδὲ φρόνησιν παισὶν ἁρμόττει etcet. Ita vero egregie congruit sequens sententia οὐθενὶ γὰρ ἀτελεῖ προσήκει τέλος. φρόνησις enim recte dici posse videtur τέλος aetatis virilis, finis et extremus fructus aetatis virilis perfectae. Haec vero minime congruit cum aetate juvenili utpote imperfecta. Contra quomodo διαγωγὴ dici possit τέλος aetatis perfectae et virilis, equidem nescio. Est enim oblectatio otii et remissio a laboribus vel familiaribus vel civilibus, qui rectius dici poterant τέλος virilis aetatis. Cum his tamen potest conjuncta cogitari et tanquam necessaria remissio a laboribus et oblectatio musices. Potest igitur etiam διαγωγὴ cogitari una cum laboribus virilibus tanquam τέλος finis optabilis aetatis perfectae virilis. Neque Philosophum nunc de prudentia nec de scientia augenda per musicam cogitasse, docet sequens periodus, ubi docetur, musicam pueris ludi vicem exhibere, qui postea aetate perfecta et virilitatem adepta διαγωγῆς locum apud viros obtineat τελειωθέντας. Denique sequentis capitis sect. 2. verba: ὅσα γὰρ ἀβλαβῆ τῶν ἡδέων, οὐ μόνον ἁρμόττει πρὸς τὸ τέλος, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὴν ἀνάπαυσιν, docent manifesto τέλος id est finem vitae civilis ibi dici τὰς πολιτικὰς πράξεις. Quae cum non cadant in aetatem puerilem et juvenilem, sequitur nec διαγωγὴν convenire isti aetati. Quippe παιδιὰ est illius aetatis, διαγωγὴ vero perfectae aetatis virilis et rebus civilibus gerendis exercitatae. Hoc est igitur illud οὐθενὶ ἀτελεῖ προσήκει τέλος.

βέλτιον ἀπεργάζεσθαι — καὶ τέχνην] Vetus Interpres hoc ordine scripta verba legit: ἀπεργάζεσθαι τὸ ἔργον τοὺς αὐτὸ τοῦτο πεποιημένους καὶ τέχνην, non inepte!

6. ταῦτα γὰρ τί δεῖ μανθάνειν] Equidem non intelligo, quid opus sit illo ταῦτα, quod nec in sequenti gemello

membro adeſt. ταῦτα non poteſt referri ad δύναται, hoc enim ipſum refertur ad omiſſum μουσική.

κἂν εἰ] Aldina, Mor. κἂν εἴη πρὸς. Equidem καὶ εἰ malim, ut antea Philoſophus locutus eſt.

τί γὰρ δεῖ] Medium γὰρ omiſit Mor. Sylburgiana, Zwingeriana et Victoriana, addidit cum Lambino et Ramo Reizius. Poſtea αὐτὸ habet Cod. Lipſ.

Ad Caput V.

φαίνεται μετέχειν] Repete πάντων. Paulo antea Victoriana ordine mutato habet παιδιὰν ἢ παιδείαν. Noſtram lectionem habet etiam Cod. Lipſ.

2. ἐν τῷ τέλει γίγνεσθαι] Victorius interpretatur *vitam adipiſci refertam omnibus bonis, quae ipſam explent.*

οὐχ ὅσον ἐπὶ πλέον] Victorius *non ut plus inde capiant* vertit, ita ut Philoſophus indicet eos, ut ait in annotatione, qui non utuntur voluptatibus tanquam condimento aliquo vitae beatae, ſed contenti ſunt ipſis. Lambinus *utuntur ludo et joco non ſolum immoderato et ſupra modum*: Reizius: *non tantum ut ampliorem inde fructum capiant.*

3. τὸ τῷ τέλει — ὁμοίωμά τι] Cod. Lipſ. τῷ omiſit, et deinceps cum Camotiana ὁμοιώματα habet.

4. ὡς ἔοικεν, ἀλλὰ μὴν] Difficilem locum hunc eſſe fatetur ipſe etiam Reizius, negat tamen deeſſe aliquid, quod putabat Conringius cum Sylburgio. Utinam dixiſſet Reizius, ubi difficultas reſideat! Senſum ait verborum hunc eſſe: *Quod autem ad muſicae uſum attinet, utendum ea eſt non propter hanc ſolam cauſſam, id eſt non propter ſolum fructum voluptatis.* Addit κοινωνεῖν eſſe pro μετέχειν. Haec quidem omnia manifeſta atque aperta ſunt; ſed ſtructura verborum laborat non minus quam junctura membrorum.

5. Ὀλύμπου] Idem teſtatur locus Platonis in Minoe p. 509. et Sympoſio p. 192. a Reizio poſitus.

6. αὐτὴν ἐκείνην τὴν θεωρίαν] Cum Ramo et Lambino αὐτοῦ ἐκείνου ſcribendum cenſet Reizius, equidem αὐτὴν retinen-

dum, sed ἐκείνῃ scribendum puto. Sed ecce vetus Interpres omisso αὐτὴν reliqua vertit *secundum se esse delectabilem*. Igitur ἡδεῖαν καθ' ἑαυτὴν εἶναι scriptum legit.

7. αἰσθητῶν — ἄλλοις] Locum geminum Problematum 19, 22. annotavit Victorius: διὰ τί τὸ ἀκουστὸν μόνον ἦθος ἔχει τῶν αἰσθητῶν; καὶ γὰρ ἐὰν ᾖ ἄνευ λόγου μέλος, ὅμως ἔχει ἦθος, ἀλλ' οὐ τὸ χρῶμα, οὐδ' ἡ ὀσμὴ, οὐδὲ ὁ χυμὸς ἔχει etcet. Vocabulum ἠρέμα vetus Interpres *debiliter* vertit.

καὶ ταῦτ' ἐστὶν] Reizius, ut Conringii suspicionem de vitio effugeret, haec ita struenda esse monuit: καὶ ταῦτα τὰ σημεῖα τῶν ἠθῶν τὰ γιγνόμενα σχήματα καὶ χρώματα, ἔστιν ἐπὶ τοῦ σώματος ἐν τοῖς πάθεσιν. quae vertit ita: *et haec insunt in corpore, cum est motibus perturbatum.* Utinam etiam priora interpretari conatus esset; tunc enim difficultatem in structura et sensu verborum τὰ γίγνομενα σχήματα καὶ χρώματα gravius sensisset. Lambinus verba ἐν τοῖς πάθεσιν vertit *inter corporis affectus.* Ramus: *eaeque significationes non ad animi sed ad corporis affectiones referendae.* Vetus Interpres *a corpore* vertens ἀπὸ scriptum legisse videtur: Suspicor scriptum fuisse olim: Ἔτι δ' οὐκ ἔστι ταῦτα ὁμοιώματα τῶν ἠθῶν, ἀλλὰ σημεῖα μᾶλλον, τὰ γιγνόμενα σχήματα καὶ χρώματα ἀπὸ (vel ἐπὶ) τοῦ σώματος ἐν τοῖς πάθεσιν. Ita sensus mihi constare videtur, et discrimen poni inter σημεῖα παθῶν, qualia sunt σχήματα et χρώματα, et inter ὁμοιώματα ἠθῶν, quo genere musici concentus continentur.

Οὐ μὴν ἀλλ' ὅσον διαφέρει] Victorius vertit: *verum tamen pusillum illud, quod interest circa harum rerum aspectationem,* quasi ὁσονοῦν scriptum legisset. Conringius in nexu aliquid desideravit; Reizius tamen omnia optime connexa esse ait.

Παύσωνος] Camotiana et Cod. Lips. Πάσωνος. Vetus Interpres *Pausonis* vertit. Deinceps κἂν εἴτις Morel. Zwing. Sylburg. Victorius. Cf. infra c. 6, 5. De Pausone noster Poetices cap. 2. Πολύγνωτος μὲν κρείττους, Παύσων δὲ χείρους, Διονύσιος ὁμοίους εἴκαζε. Reizius putabat Pausonis fabularum argumenta vel inania et futilia fuisse, vel alioqui disciplinae juventutis offecisse. Pausonem propter paupertatem irridet

Aristophanes comicus tribus locis, quem eundem esse putant auctores Scholiorum graecorum.

8. ἡ δωριστὶ — φρυγιστὶ] Victorius admonitus ab Hier. Meio annotavit in Problem. 19. quaest. 49. esse: διὰ τί οἱ ἐν τραγῳδίᾳ χοροὶ οὔθ' ὑποδωριστὶ οὔθ' ὑποφρυγιστὶ ᾄδουσιν; — ἦθος δ' ἔχει ἡ μὲν ὑποφρυγιστὶ πρακτικὸν, — ἡ δὲ ὑποδωριστὶ μεγαλοπρεπὲς καὶ στάσιμον. — διὸ καὶ ἁρμόζει (τῷ χορῷ) τὸ γοερὸν καὶ ἡσύχιον ἦθος καὶ μέλος· ἀνθρωπικὰ γάρ· ταῦτα δ' ἔχουσιν αἱ ἄλλαι ἁρμονίαι, ἥκιστα δ' αὐτῶν ἡ ὑποφρυγιστί. ἐνθουσιαστικὴ γὰρ καὶ βακχική. ubi Meius censebat praepositionem ὑπὸ in vocabulis ὑποδωριστὶ et ὑποφρυγιστὶ delendam esse. Confirmat suspicionem locus Platonis de Republ. 3, p. 287. Bip. a Reizio positus, quem Aristotelem respexisse puto. Cf. Athenaei 14, p. 625.

9. τὰ περὶ τοὺς ῥυθμούς] Articulum τὰ omisit Camotiana et Cod. Lips. ut antecedens γὰρ vetus Interpres.

10. Ἔστι δὲ ἁρμόζουσα] Camotiana et Cod. Lips. ἔχει δὲ ἁρμοζόντως. Deinceps ἂν ᾖ δυνατὸν Lips. Postea Victoriana secunda habet ἡδυσμέναι καὶ ἐστὶ, τὶς ἔοικε.

ἁρμονίαις καὶ τοῖς ῥυθμοῖς] Deesse aut intelligi verba πρὸς τὴν ψυχὴν recte censuit Reizius; itaque hunc locum interpretatos esse Victorium, Ramum, Lambinum. De Victorio tamen dubito: saltem in Editione secunda versio cum interpretatione perversa concinit. Cicero de Oratore 3, §. 197. *Nihil est tam cognatum mentibus nostris, quam numeri atque voces* etcet.

ἁρμονίαν εἶναι τὴν ψυχὴν] Cf. nostri de anima I, 4. Platonis Phaedonem f. 56. seqq. Ciceronis Tuscul. I, 13. Aristides Quintilianus de Musica libro 2, p. 102. Annotat Reizius hos philosophos animum negasse naturam esse a corpore separatam; contra qui statuebant, animum habere harmoniam, eos animum ut naturam quandam peculiarem agnoscere et ponere.

Ad Caput VI.

χειρεργοῦντας] Victorius ita vulgatum antea χειραγωγοῦντας, quod habet etiam Cod. Lipſ. correxit, conſentiente vetere Interprete.

τοὺς μὴ κοινωνήσαντας] Articulum addidi admonitus a vetere Interprete, qui vertit *eos qui non communicaverunt.*

δύναται τὸ νέον] Cod. Lipſ. δύναται τὸν τὸ νέον. Voluit, credo: δυνατὸν τὸ νέον. Deinceps παιδικῶν Camotiana, παιδίων malebat Sylburgius ut referatur ad vocabulum τοῖς νηπίοις; quocum ego propter ſequens τοῖς μείζοσι τῶν νέων ſentio. Reizius παιδιῶν a παιδιά ductum, praetulit.

2. γινομένους] Vulgatum γινομενους correxit Reizius.

3. ἐπιτιμήσεως, ἣν] Vetus Interpres: *De increpatione autem facta, qua quidam increpant.* Idem pro παιδευομένοις deinceps πολιτευομένοις ſcriptum vertit.

4. πρὸς μὲν τὰς χρήσεις ἤδη — , ὕστερον] Rami et Victorii verſionem recte improbavit Reizius; ipſe vero explicat ita: *pueri corpus inutile fieri poſſe ad exercitationes bellicas et civiles, ad bellicas jam nunc, ad civiles poſterius. Alteras hic dicit* χρήσεις, *alteras* μαθήσεις. De ſententia non tam equidem laboro, quam de verborum ſtructura perplexa. χρήσεις ſunt cum quis corpore vario modo utitur. Diverſae ſunt χρεῖαι varia et neceſſaria opera, ad quae corporis et membrorum uſus adhibetur. Ad χρήσεις tanquam genus referuntur ἀσκήσεις πολεμικαὶ καὶ πολιτικαὶ, quibus idoneum corpus adoleſcentis fieri vult Ariſtoteles, antequam ad diſcendum et eruditionem tranſeat. Dubito an πολιτικὰς ἀσκήσεις dixerit Ariſtoteles μαθήσεις; potius ἄσκησις ad actus corporis pertinere videtur, et πολιτικαὶ ἀσκήσεις, bellicis oppoſitae, videntur exercitationes palaeſtricas ſignificare; πολεμικὰς enim ἀσκήσεις alibi diſcebant, et meditabantur ἔφηβοι alibi. Igitur malim ſcriptum ἄχρηστον πρὸς τὰς χρήσεις, πρὸς μὲν τὰς πολεμικὰς καὶ πολιτικὰς ἀσκήσεις ἤδη, πρὸς δὲ τὰς μαθήσεις ὕστερον.

περὶ τὴν μάθησιν εἰ] Vulgatam interpunctionem συμβαίνει δ' ἂν περὶ τὴν μάθησιν, εἰ μήτε Reizius ita interpretatur:

συμβαίνοι δ' ἂν μὴ γίγνεσθαι τὸ σῶμα βάναυσον περὶ τὴν τῆς μουσικῆς μάθησιν. Quibus ambagibus non est opus, si mecum mutaveris distinctionem.

τὰ τοιαῦτα μέχρι] Repete *εἰ διαπονοῖεν*, aut si mavis, *δεῖ διαπονεῖν*. Mirabiliter *τὰ τοιαῦτα* interpretatur Reizius: *Immo etiam quae propria sunt institutionis puerilis, modo hactenus discere oportet, ut possint delectari honestis modis et numeris.* Contra antecedunt *τὰ θαυμάσια καὶ περιττὰ*, quae partem etiam institutionis puerilis facere coeperant. Haec igitur esse debent *τὰ τοιαῦτα*: quae quousque discenda sint homini ad virtutem civilem instituendo, docet Philosophus. Huc refertur etiam, eique opponitur *τὸ κοινὸν τῆς μουσικῆς*, vulgaris musica, qua praeter vulgus imperitum animalia etiam multa delectantur. Camotiana Editio male *κοινωνῷ* habet scriptum. Denique *τὸ πλῆθος* scribendum puto, quod significabit vulgo; sine articulo positum vocabulum *multos* servos et pueros significat.

5. *κἂν εἴτι τοιοῦτον*] Vulgatam mutare vetant loca compluria. Ceterum Reizius monet pueros lyram doctos fuisse; addit ex Aristoxeno apud Ammonium *λύραν* vocatam fuisse *κίθαριν*, et *κιθαριστὰς*, qui postea *λυρῳδοὶ* dicti fuerint. Plato vero rejectis tibiis, trigonis et pectidibus retinet tamen *λύραν καὶ κιθάραν* de Republ. 3, p. 288. Bip.

τῷ λόγῳ] Cum Victorio Reizius monuit esse orationem, quae a psallente accinitur. Usum tibiae apud Athenienses primum exemplo Alcibiadis abdicatum fuisse, narrat Plutarchus in ejus vita

6. *σχολαστικώτεροι γινόμενοι*] Vulgatum *γιγνόμενοι*, cum quo disconvenit sequens *φρονηματισθέντες* et *ἥπτοντο*, correxi. Prius vocabulum Victorius interpretatur *plus otii nacti.* Aretinus *studiosiores facti.* Vetus Interpres *sapientes facti.* Idem *ἥπτοντο sequebantur.* Sequens *ἐπιζητοῦντες* Aretinus *experientes* Heinsius *explorantes*, Victorius *ultra conquirentes* reddit. Ceterum *πρὸς τὴν ἀρετὴν* habet Cod. Lips.

ἐν Λακεδαίμονι] Aliud exemplum ludorum theatralium ibi editorum nusquam traditum legi: et Lacones nunquam

musicam tractasse ipse Aristoteles supra tradit. αὐτὸς omisit vetus Interpres.

ἐπιχωρίασιν] Vetus Interpres *devenit* vertit, et πίνακος *titulo.*

Ἐκφαντίδῃ] Margo Isingr. ἐν φαρτίδῃ, Cod. Lipf. Ἐνφαντίδῃ. Vetus Interpres *Elephantidi.* Ramus vertit *quam tabulam Thrasippus cum ludos fecisset Ecphantidae devotam et sacram suspendit;* quem secutus est Heinsius. Victorius *cum choragi munere functus esset Ecphantidae.* Lambinus *qui Ecphantidae ludorum sumtum suppeditarat.* Recte quidem Reizius monet graece dici χορηγεῖν τῇ αὐτοῦ φυλῇ, ἀνδράσι, παισί, κυκλίῳ χορῷ, πυῤῥιχισταῖς ἀγενείοις et similia; sed idem qui Victorii et Lambini versionem reprehendit, non melius ipse locum Lysiae p. 699. interpretatur, ubi est: κωμῳδοῖς χορηγῶν Κηφισοδότῳ ἐνίκων, καὶ ἀνήλωσα σὺν τῇ τῆς σκευῆς ἀναθέσει ἑκκαίδεκα μνᾶς: *sumtum in chorum comicum feci adhibito Cephisodoto chori praesule,* cum deberet *feci poetae Cephisodoto.* Hinc error ejus in Ecphantide. Male etiam addit *Quis fuerit Ecphantides iste, nostra nihil refert. Alius certe videtur a Satyrorum scriptore, de quo Fabricius in Comicorum deperditorum notitia.* Denique ad varios emendandi conatus vanos decurrit, quos memorare nihil attinet. Ecphantides enim est poeta comicus antiquus. Eustratius ad Nicomachea p. 53. B. ἀλλὰ καὶ Ἐκφαντίδης παλαιότατος τῶν ἀρχαίων ποιητὴς φησι· Μεγαρικῆς κωμῳδίας ᾆσμα δίειμι· αἰσχύνομαι τὸ δρᾶμα Μεγαρικὸν ποιεῖν. Ejusdem meminit Hesychius in verbo ἐκκεχοιριλωμένη, Καπνίας, Χοιρίλον. Debebat vero et solebat poeta semper nominari in inscriptione tripodis et donarii, cui sumtus praebuerat tribus aliqua ad chorum. Addo versionem Aretini *patet ex tabula a Thrasippo posita, cum ludos pro tribu sua dedit.* Suspicor eum in Codice suo scriptum ἐν φρατρίᾳ legisse et φρατρίαν tribum esse interpretatum.

7. πολλὰ — τῶν ἀρχαίων] Repete ἀπεδοκιμάσθη, ut fecit Victorius, Sepulveda et Aretinus. Propter χειρουργικὴν ἐπιστήμην. qua opus esse ait ad organa illa tractanda, eadem ex usu abdicat adolescentum Aristoteles; Plato vero de Rep. 3, p. 288. Τριγώνων ἄρα καὶ πηκτίδων καὶ πάντων ὀργάνων ὅσα πο-

λύχορδα καὶ πολυαρμόνια, δημιουργὺς ἐ θρέψομεν. Eundem ad numerum eandem ob cauſam refert ibidem tibias.

8. ὑπὸ τῶν ἀρχαίων] Neſcio an antiquior auctor fabulae innotuerit Melanippide dithyrambico poëta, ex cujus carmine locum recitavit Athenaeus 14, p. 616. cui reſpondit aemulus Teleſtes in fragmento ibidem poſito. Melanippidem admirabatur Socrates teſte Xenophonte Memor. I, 4, 3. Eum variis in locis inſectatur Ariſtophanes. Hinc ejus aetas apparet, quae bene congruit cum narratione Plutarchi de uſu tibiarum Athenis abdicato exemplo Alcibiadis.

Ad Caput VII.

τεχνικὴν δὲ] Parentheſeos ſigna primus appoſuit Conringius, ſed ea incluſit pauciora, quam Reizius, ſcilicet usque ad verbum φορτικῆς, quoniam cum Ramo et Lambino ſtatuebat ἀπόδοσιν ſequi in verbis διόπερ. Contra cum Victorio Reizius vidit conſequentiam ſententiae incipere demum a verbis σκεπτέον ἔτι, quae in Reiziana Editione (ex Conringiana expreſſa) inepte Caput VII. exordiuntur. Ceterum vetus Interpres pro τίθεμεν reddidit *dicimus*.

καὶ βαναύσους δὴ π. γ.] Intellige τὺς τεχνίτας; quae verba in ſequenti membro ὥστε καὶ τὺς τεχνίτας propter ſequens τὺς πρὸς αὐτὸν μελετῶντας facilius omitti et huc traduci poterant. Quam quidem rationem eo lubentius praeferrem, quoniam ſingularis ὁ πράττων μεταχειρίζεται (nempe τὴν μουσικὴν) anteceſſit. Ibi vero Camotiana verba ἐ τῆς omiſit, Cod. Lipſ. ἐ τὴν habet.

πρὸς αὐτὸν μελετῶντας] Cod. Lipſ. πρὸς αὐτὴν αὐτῶν μελετῶν τῶν τὰς habet. Deinceps verba διὰ τὰς κινήσεις Victorius explicat *propter mutationes illas artis*. Heinſii paraphraſis: *tantum enim poſſunt depravati iſti motus*. Is vero verba ſuperiora μεταβάλλειν — μουσικὴν ita vertit: *In horam autem ille, cui muſicam accommodant, mutatur populus*.

2. σκεπτέον ἔτι τὰ] Vulgatam σκεπτέον δ' ἔτι περί τε τὰς ἁρμ. Reizius mutavit in σκεπτέον δὲ τὰ περί τε τ. ἁρ. Equidem

dem δὲ in apodosi, inprimis post parenthesin tam longam, ferri posse non putabam, quanquam Reizius eam Devarii auctoritate tueri voluerit; ideo delevi, et τὰ cum Reizio inserui. Sed idem vir doctus statim pravam interpunctionem reliquit in verbis καὶ πρὸς παιδείαν· πότερον etcet. quae cum sequentibus copulanda erant. Aretinus ea verba plane omisit; et possunt sane commode hic abesse, cum statim repetantur in istis τοῖς πρὸς παιδείαν διαπονοῦσι; quae Reizius cum Lambino interpretatur de iis, qui in institutione puerorum elaborant, cum reliqui fere omnes Interpretes naturali significatione verbum διαπονοῦσι acceperint de discentibus musicam; quam rationem ipse etiam sequor, cum in reliquis locis Aristotelis hos musicae studiosos non praeceptores eorum monere et docere soleat.

τρίτον δεῖ τινα ἕτερον] Cod. Lips. δή τινα. Idem paulo antea membrum καὶ πᾶσι τοῖς ῥυθμοῖς omisit. Reizius quaerit quis iste sit διορισμὸς duplex, de quo locutum se modo esse indicat Aristoteles: et recte statuit duplicem illum terminum intelligi, cum definiuntur genera harmoniarum et rhythmorum; tertium vero eum esse, ubi μελοποιίας et μελῶν ipsorum ratio habetur. Reliqui interpretes omnes locum non explicarunt sed obscurarunt vertendo.

3. νομικῶς] *Legaliter* vertit vetus versio a Victorio comparata; pro νομοθετικῶς dictum suspicatur Reizius. γενικῶς habet margo Isingr. praeterea τοὺς τρόπους τύπῳ εἰπόντες. Heinsius vertit: *nos vero obiter quantumque ad civilem opus erit disciplinam, quasi aliud agendo, ea designabimus.* Aretinus verba παρ' ἐκείνων omisit, et hunc locum vertit: *nos autem solummodo in genere de ipsis dicamus.* Plato de Rep. 3. p. 297. παραδοῖμεν αὐτῇ τὰ περὶ τὸ σῶμα ἀκριβολογεῖσθαι, ἡμεῖς δὲ ὅσον τοὺς τύπους ὑφηγησαίμεθα.

4. φαμὲν δὲ] Minime abundare δὲ, uti censuit Conringius, recte monuit Reizius. Apodosis enim est in sect. 5. verbis φανερὸν ὅτι, quod vidit et monuit etiam Victorius.

περὶ ποιητικῆς] Ubi tamen factum in eo quidem scripto, quod superest, hodie non apparet. Solus Lambinus male *lustrationem seu expiationem* vertit κάθαρσιν, quae quidem in

sceleratis locum habet, ab hoc loco plane aliena, uti jam olim admonuit Victorius, qui verius illam ἀφοσίωσιν dici ait. De musica et tragica καθάρσει praeter Lessingium nostrum in Dramaturgia Hamburgica bene disputavit Gallus Batteux cum in libro: *Quatre Poëtiques*, tum in Actis Parisinis Tom. 39.

διαγωγὴν] otii oblectationem: ἄνεσιν, animi remissionem, συντονίας ἀνάπαυσιν, requiem a contentione. Ita interpretatur Reizius: Lambinus haec turbavit vertendo.

5. ἠθικωτάταις] Reizius interpretatur eas, quae animum contrahunt, πρακτικὰς, quae dilatant, ἐνθουσιαστικὰς, quae commovent, ἐξοργιαζούσας denique καὶ καθαρτικὰς, quae tranquillant.

πρὸς ἀκρόασιν] Conjecturam Britanni *Twining* in Annot. ad Aristotelis Poeticam p. 234. κάθαρσιν scribentis, tanquam plane ineptam et a serie sententiarum alienam recte rejecit Schlosserus.

κατακώχιμοι] Victorius *oppressi sunt*, Ramus et Lambinus *concitati feruntur*, Aretinus *devoti et supplices fiunt*. Vetus Interpres *detenti sunt*, ubi male Thom. *decentes* habet. Debebant, ut ait Reizius, *opprimi* vel *concitari facile possunt;* et sic Heinsius.

6. Ταυτὸ δὴ τοῦτο] Vetus Interpres scriptum δὲ reddidit.

ἐπιβάλλει — ἑκάστῳ] Recte interpretatur Reizius *pro magnitudine commotionum, quibus quisque perturbatur.* Male ceteri Interpretes: vetus: *adjacet* vertit suo more. Ceterum paulo antea καὶ ὅλως τοὺς παθητικοὺς scribi jussit Reizius.

χαρὰν] Victoriana prior χώραν habet, quod interpretatur vetus versio; unde vulgatum θεατρὸν praeeunte Victorio correxit Reizius. Vetus enim Interpres habet *ponendum*.

7. Εἰσὶ δὲ ὥσπερ] Transpositis verbis malim ὥσπερ δ' εἰσὶν αὐτῶν. Sequens παρακεχρωσμένα veteri Interpreti *districtae*, Thom. *discerptae:* Victorio *e vero colore ejecti cantus*, Aretino *infractae*, Heinsio *qui colorem prae se ferunt quasi alienum*. Quid sit optime docebit locus Plutarchi Q. S. 3, 1. εἰ τὰς μὲν ἐν τοῖς μέλεσι, παραχρώσεις βδελυττόμενος καὶ κατηγο-

ρῶν τῦ καλῦ Ἀγάθωνος, ὃν πρῶτον εἰς τραγῳδίαν φασὶν ἐμβαλεῖν καὶ ὑπομίξαι τὸ χρωματικὸν εἶδος, ὅτε τὰς Μυσὺς ἐδίδασκε.

8. ὐ καλῶς] Alios negationem omittere ait Conringius. Sed aperte noster in Platone duo reprehendit, unum quod solam Phrygiam et Doricam harmoniam probavit, alterum, quod nihilominus tibiae usum damnavit, quae Phrygiae harmoniae accommodata fuit. Locum Platonis e tertio de republica saepius jam indicavimus p. 287. Platonem quidem defendere conatus est Schlosserus ita, ut Aristoteli opponat verba Socratis: ὐκ οἶδα τὰς ἁρμονίας, ἀλλὰ κατάλειπε ἐκείνην τὴν ἁρμονίαν etcet. quasi Socrates vel Plato de Phrygia et Dorica harmonia nihil praeciderit; sed idem Plato p. 288. ὐκ ἄλλας αἰτεῖς λιπεῖν, ἢ ἃς δὴ νῦν ἔλεγον. Hae vero erant Dorica et Phrygia. Respondet Socrates, ὐκ ἄρα πολυχορδίας γε ὐδὲ παναρμονίυ ἡμῖν δεήσει ἐν ταῖς ᾠδαῖς τε καὶ μέλεσι. Alia ratione Platonem defendere conatus est Victorius; Platonicae nempe reipublicae diversam esse conditionem ab ea, ad quam Aristoteles admisit diversa ingenia et homines etiam agrestes atque rudes. De tibiae tamen usu concedit reprehensioni Aristotelicae.

9. διότι Φιλόξενος] Est pro ὅτι positum. Malebat tamen Reizius καὶ δὴ ὅτι. Sequens μύθυς vel vitiosum vel insititium censuit Victorius. Ramus διθυραμβικὺς μύθυς legisse videtur; Lambinus *in fabulis Dorica harmonia dithyrambum facere conatus* vertit. Aretinus etiam *in fabulis*. Heinsius, referente Conringio, ποιῆσαι vel simile quod verbum scriptum fuisse suspicabatur. Reizius latere nomen dithyrambi Philoxenei suspicatus est; et recte quidem. Equidem non dubito Μυσὺς id fuisse, quo nomine fabulam tragicam ab Aeschylo et Agathone publico in certamine Athenis commissas fuisse novimus. Philoxeni dithyrambum Centauri nomine inscriptum vindicavit nuper Britannus, cujus verba retulit G. Hermann ad Aristot. de Poetica p. 100.

10. δύο σκοποί.] Vetus Interpres *duae considerationes*. Idem sequens ἀπειρηκόσι vertit *abdicatis*.

11. ἀνειμένας — ὡς μεθυστικάς] Reizius censebat Platonem μεθυστικὰς dixisse spectantem languorem et defectum

virium, qui ſequitur ebrietatem. Ipſo tamen verbo μεθυστικὰς Plato non eſt uſus de Rep. 3, p. 286. ubi ita loquitur: ἀλλὰ μὴν μέθη γε φύλαξιν ἀπρεπέστατον, καὶ μαλακία καὶ ἀργία; — τίνες ἂν μαλακαί τε καὶ συμποτικαὶ τῶν ἁρμονιῶν; Ἰαστὶ καὶ Λυδιστί, αἵτινες χαλαραὶ καλοῦνται. Nihilo tamen minus inde ſequitur harmonias μαλακὰς et χαλαρὰς convenire non ſolum μαλακίᾳ καὶ ἀργίᾳ ſed etiam ipſi μέθῃ. Sed ipſa animadverſio ad rem non magnopere pertinet, et magis animum Ariſtotelis alienum a Platone manifeſtum facit.

ἀλλ' ἀπειρηκυίας] Peſſime Victorius vertit *ſed remiſſas*, Aretinus *ſed defeſſas*. Rectius Heinſius genitivum agnoſcens: *Licet enim haec illius mens non eſſet, vim ebrietatis hos concentus ac praecipue cum viget maximeque fervet, (furioſos quippe tum ac concitatos reddit) verum potius cum aliquantulum remiſit, referre: — in hoc errat tamen, quod idcirco rejecerit concentus quaſi, quod militibus non convenirent, convenire in civitate aliis non poſſent.*

παιδείαν, οἷον] Vetus Interpres *intellectum, quae*. Thom. habet *ut quae*.

δῆλον ὅτι] Conringius ea quae ſequuntur, plane aliena a prioribus eſſe, itaque multa intercidiſſe videri, cenſuit. Cui reſpondit Reizius, haec conſentire omnia cum prioribus. Scopum enim tertium hic tangi a Philoſopho, qui in eo ſit, ut harmonia, quam pueri diſcunt, ea ſit, quae non modo per ſe, verum etiam propter facultatem ornamenti et doctrinae illos deceat. Equidem neſcio, unde Reizius ſcopum hunc tertium, quem medium ait vocari ab Ariſtotele, arripuerit. Sectione 10. duos propoſuit τὸ δυνατὸν καὶ τὸ πρέπον. Sed antea principium doctrinae puerilis muſicae ſumendum ſtatuerat ab eo, quod eſt medium inter extrema (ἐπεὶ τὸ μέσον τῶν ὑπερβολῶν ἐπαινοῦμεν) id eſt ab harmonia Dorica. Quam cum expediiſſet, transiit ad duos ſcopos, τὸ δυνατὸν et πρέπον; quibuscum principium illud, τὸ μέσον τῶν ὑπερβολῶν nihil habet commune, multo minus τὸ μέσον illud ſcopus vocari, minime omnium *medius* poteſt. Quae cum ita ſint, apparet Conringio non eſſe a Reizio ſatisfactum; interpretatio enim eſt falſa. Video tamen quid in errorem induxerit

Reizium. Ita enim ad h. l. Victorius commentatur: Addit videndum restare, an exiſtat adhuc harmonia aliqua, congruens puerorum aetati. — Duobus igitur ſuperioribus tertius hic ſcopus adjungendus erit in tradenda diſciplina hac pueris. Quare non erunt amplius duo, ſed tres, quos etiam ipſe in extremo hujus libri enumerat, id eſt medius: incipit enim ab hoc, quem modo indicavit: medium vero vocat, quia ſimul et ad elegantiam ſplendoremque et ad optimam diſciplinam valet: interjectusque eſt inter haec duo, quaſi contraria; alter eſt, quod fieri et ad exitum perduci poteſt; tertius vero, quod decet ſingulas aetates. Haec Victorius, qui miro errore putavit ὅρυς poſtremo loco poſitos ab Ariſtotele poſſe etiam σκοπὺς vocari. Communi aliquo vocabulo uſus philoſophus et principium illud, τὸ μέσον, et ſcopos duos, τὸ δυνατὸν et τὸ πρέπον, comprehendit et ὅρυς dixit, in quo minime peccaſſe dici poteſt. At ille graviter peccat, qui σκοπὸν eundem eſſe putat quem ὅρον; multo gravius etiam, qui principium mediocris illius harmoniae Doricae, (τὸ μέσον τῶν ὑπερβολῶν) a qua doctrinam puerilem exorditur Philoſophus, eademque concludit, cum ſcopo decoris et τῦ δυνατῦ confundit, id eſt qui principium cum fine commutat. Sed cauſa erroris communis eſt in prava diſtinctione verborum graecorum. Totum enim iſtud membrum ἔτι δὲ εἴτις — τῶν ἁρμονιῶν connexum eſt arctiſſime cum antecedente periodo, unde repeti debet ex illis: δεῖ καὶ τῶν τοιύτων ἁρμονιῶν ἅπτεσθαι haec copulandi formula ἔτι δὲ ἅπτεσθαι δεῖ, εἴτίς ἐστι τοιαύτη τῶν ἁρμονιῶν etcet. Hoc adeo manifeſtum eſſe puto, ut ſemel indicatum longiore argumentatione opus non habeat. Quare ſequitur etiam poſtremum membrum ſeparandum atque aliter interpungendum eſſe; id quod feci, inſerta tamen particula ἄν, quam ſenſus poſtulabat. Ita vero apparet, veſtigia lacunae non adeo manifeſta relinqui in extremo libro, quam hucusque fuit exiſtimatum. Quod enim Reizius ad Cap. 7, ſ. 2. poſuit, tractationem de rhythmis cum libri parte extrema intercidiſſe, id nititur conjectura non ſatis manifeſta, ſeorſim ab harmoniis Philoſophum tractaſſe rhythmos, quod factum a Platone novimus in libro tertio de re-

publica p. 289. ſeqq. Sed cum ſatis copioſe et diſtincte harmonias et μελῳδίας ſive μέλη tractaverit, quatenus eae res ad eruditionem juvenilem pertinent, crederè licet, eum propoſito iſti Cap. 7. ſect. 2. ſatisfeciſſe, nec opus habuiſſe ſeorſim rhythmos pertractare. Verumtamen de hac quidem dubitatione mea lubens lectoribus judicium permitto; de mutanda vero diſtinctione vulgari, et conclusione capitis perfecta nemini facile disputanti contra concedam. Denique video Heinſium mecum ſentire, qui poſtrema haec poſuit in Paraphraſi: *Ex quo manifeſtum, ſingulis ſingula convenire aetatibus, et, quod ante dixi, verum eſſe, tria haec in omni civitate, quod ad diſciplinam, maxime ſpectanda: id quod convenit cum mediocritate, id quod poteſt fieri, et id quod decet.* Ceterum vetus Interpres in extremo adſcripſit: *Reliqua hujus operis in graeco nondum inveni:* quae omiſit exemplum Thomae additum.

Addenda.

Ad I, 1, 3. *κατὰ τὴν ὑφηγημένην μέθοδον.* Lambinus, qui *ὑφηγημένην* dictum censuit pro *προηγημένην*, formulamque interpretatur: eo quo coepimus modo: docte et copiose de ea exposuit in annotatione ad Ethica Nicomachea 2, 7.

Ad I, 1, 7. *ὁμογάλακτας.* Hesychius *ὁμογάλακτες οἱ ἐκ τοῦ αὐτοῦ γένους, ἢ ἀδελφοί.* Idem *ἀγάλακτες, σύγγονοι, ἥλικες, ὁμογάλακτες.* Aeschylus Agam. versu 727. *ἀγάλακτον* habet. Suidas *ἀγάλακτες, ὁμογενεῖς.* Iterum Hesychius *ἀγάλαξ, ὁμότιτθος.* Photii Lexicon: *Ὁμογάλακτες, οἱ τοῦ αὐτοῦ γάλακτος, οὓς καὶ γεννήτας ἐκάλουν.* Hesychius: *γεννῆται, οἱ τοῦ αὐτοῦ γένους, καὶ ἄνωθεν ἀπ᾽ ἀρχῆς σχόντες ἱερὰ κοινά· οἱ δὲ ὁμογάλακτας καὶ φράτορας. τοὺς γεννήτας συγγενεῖς.* Harpocratio et Suidas: *γεννῆται — οἱ ἐκ τοῦ αὐτοῦ καὶ πρώτου γένους τῶν τριάκοντα γενῶν, οὓς καὶ πρότερόν φησι Φιλόχορος ὁμογάλακτας καλεῖσθαι.* Quae repetiit in voce *ὁμογάλακτες* Suidas. Philochorus apud Suidam et Photium in *ὀργεῶνες* ita: *τοὺς δὲ φράτορας ἐπάναγκες δέχεσθαι καὶ τοὺς ὀργεῶνας καὶ τοὺς ὁμογάλακτας, οὓς γεννήτας καλοῦμεν.* Similia habet Scholion Platonicum ad Critonem in Bibliothecae Mediceae Catalogo Bandini T. III. p. 259.

Ad I, 1, 9. *ἄτερπερ ἄζυξ (ὥσπερ) ἐν πετεινοῖς.* Sepulveda ait hunc locum in emendatioribus manuscriptis ita scriptum esse, *ἄτερπερ ἄζυξ ὢν ὡς ἐν τοῖς πετεινοῖς.* itaque vertit *velut expers conjugii, ut in volucribus.* vocabulum graecum interpretatur *solitarius*, quales sint aves omnes maleficae, ut aquilae et accipitres.

Ad I, 1, 10. *ὥσπερ γὰρ καὶ τελειωθὲν βέλτιστον τῶν ζώων ἄνθρωπός ἐστιν.* Reiskii conjecturam *ἀγελασθὲν* scribentis a

sententia ipsa refutari monuit Gurlitt, qui ipse deinceps scriptum malebat ἀδικία ἡ ἔχουσα ὅπλα, inserto articulo ἡ. Quod sequitur ὁ δ' ἄνθρωπος ὅπλα ἔχων φύεται φρονήσει καὶ ἀρετῇ, Reiskius mutabat in φρόνησιν καὶ ἀρετήν, uti jam olim conjecerat Montecatinus; sed idem simul vidit et monuit, ita sententiam, per se jam difficilem et dubiam, fieri plane falsam.

Ibidem: ἡ γὰρ δίκη πολιτικῆς κοινωνίας τάξις ἐστίν· ἡ δὲ δίκη τοῦ δικαίου κρίσις. Quod quidam in priore membro vocabulum δίκη intelligi voluerunt *justitiam*, idem in altero Reiske maluit, qui δίκη mutabat in δικαιοσύνη: hoc quidem minore cum probabilitate, quam fieri potuisset in priore. Sensum loci et sententiarum consecutionem bene explicuit Giphanius. Non male Gallicus interpres, *Champagny*, hunc locum vertit: *Justice, telle est la base de la société; jugement, c'est ce qui constitue l'ordre de la société: or le jugement c'est l'application de la justice.* Latine equidem verterim: *Justitia enim virtus est mere politica vel civilis: judiciis enim civilis communio ordinatur: justi autem atque injusti disceptatio fit judiciis.* Justitiam etiam Plato mere politicam virtutem agnovit in libris περὶ πολιτείας, quos quidam περὶ δικαιοσύνης vel περὶ τοῦ δικαίου inscripserunt.

Ad I, 2, 1. οἰκονομίας δὲ μέρη. Sepulveda ait se vetustorum exemplarium fidem secutum esse, dum vertebat οἰκίας ita: *domus vero partes sunt, ex quibus domus statim consistit.*

Ad I, 2, 2. καὶ γαμική, (ἀνώνυμος — σύζευξις) καὶ τρίτον ἡ τεκνοποιητική, καὶ αὕτη γάρ. Sepulveda ait in vetustis Codicibus ita scriptum hunc locum extare; γαμική, ἀνώνυμον γὰρ ἡ γυναικὸς καὶ ἀνδρὸς σύντευξις, (sic) καὶ τρίτον τεκνοποιητική καὶ γὰρ αὕτη. Hinc apparet Giphanium vocabulum σύντευξις duxisse, quod potuit errore operarum ortum esse, ut ibidem ἀνώνυμοι extat scriptum.

Ibidem: κἂν εἴτι — λαβεῖν βέλτιον τῶν νῦν ὑπολαμβανομένων. Reiske putabat deinceps verbum λάβωμεν excidisse. Sed recte monuit Gurlitt haec omnia pendere ab antecedente verbo ἴδωμεν.

Ad I, 2, 3. καὶ ἡ αὐτὴ οἰκονομία — καὶ πολιτικὴ καὶ βασιλική. Reiske conjecerat καὶ ἡ πολιτική τε καὶ ἡ βασιλική. At ita debebat etiam esse ἡ οἰκονομία καὶ ἡ δεσποτεία.

Ad I, 2, 8. βελτίων ἡ ἀρχὴ ἡ τῶν βελτιόνων ἀρχομένων. Reiske conjiciens βέλτιον ἀρχομένων a vero aberravit.

Ad I, 2, 14. τὰ μὲν ἰσχυρὰ — τὰ δ' ὀρθά. Quanquam vulgata scriptura habet, quod possit homini Europaeo mirationem nunc facere, Reiskii tamen conjectura νωθρὰ substituentis edito ὀρθὰ aperte falsa est. Judicium de re permittamus vicinis et peregrinis ἀνδραποδισταῖς et ἀνδραποδοκαπήλοις.

Ad I, 2, 16. ἔστι γάρ τις καὶ κατὰ νόμον δοῦλος. Copulam καὶ addi voluit etiam Reiske, quam e Camotiana assumsi.

Ibidem: ὡς δεινόν. In eandem mecum conjecturam incidit Reiske, δεινὸν ὂν scribendum esse. Sed quod statim τοῖς δ' ἐκείνως καὶ τῶν σοφῶν: mutatum voluit in ἐκ τῶν σοφῶν, assentiri equidem non possum.

Ad I, 2, 17. ὅτι τρόπον τινὰ ἀρετή. Inserta negatione οὐχ ὅτι scribi voluit Reiske, contra Philosophi sententiam.

Ibidem: ἀλλὰ περὶ τοῦ δικαίου μόνον εἶναι τὴν ἀμφισβήτησιν· διὰ γὰρ τοῦτο τοῖς μὲν εὔνοια δοκεῖ τὸ δίκαιον εἶναι. Vitium hujus loci sensit etiam Reiske, qui scribi voluit ἀλλὰ τὸ περὶ τοῦ δικαίου. Ad verba autem διὰ γὰρ τοῦτο adscripsit ἄδηλον vel διστάζεται vel διαφέρεται γὰρ τοῦτο.

Ibidem: οὔτε πιθανὸν ἄτεροι λόγοι, ὡς οὐ δεῖ τὸ βέλτιον κατ' ἀρετὴν ἄρχειν. Reiskii conjecturam ὡς δεῖ ἢ ὡς οὐ δεῖ τὸ β. κ. ἀρ. ἄρχειν. doctioribus considerandam commendo in loco difficili et varie etiam a me ipso tentato.

Ad I, 2, 18. Ὅλως δ' ἀντεχόμενοί τινες — τὴν κατὰ πόλεμον δουλείαν τιθέασι δικαίαν. Reiske conjecit: Ὅμως δ' — τὴν κατὰ πόλεμον δίκαιον δουλείαν δικαίαν τιθ. sed posterior pars conjecturae sententiae Aristotelis, quae statim sequitur, refragatur.

Ad I, 2, 18. ἅμα δ' οὔ φασι. Sepulveda Codicum scripturam ὅλως secutus vertit *non tamen omnino dicunt:* interpretatus *non nituntur jure universali, et quod habet omnes numeros, sitque omni ex parte justum; nam quatenus lege nituntur,*

justum esse videtur: quatenus vero legi obsunt alia graviora, non est, justum.

Ibidem: Διόπερ αὐτοὺς οὐ βούλονται λέγειν. Reiske cum Montecatino recte αὐτοὺς scriptum voluit, et sequentia ita interpretatur: *ex eorum verbis qui sic ajunt, id unum colligitur, eos aliud nihil pro servo habere, quam quod natura servire aptum natum est.*

Ad I, 2, 19. ἀμφοῖν ἐκγόνων ἐξ ἀμφοτέρων. Vulgatum ἐκγόνοιν damnavit etiam Reiske, qui mox ἐξ ἀνθρώπων ἄνθρωπον maluit, uti sequitur ἐκ θηρίων — θηρίον. Atque ita Basileensis cum Aretino scriptum habet.

Ibidem: ἡ δὲ φύσις βούλεται μὲν τοῦτο ποιεῖν πολλάκις, οὐ μέντοι δύναται. Reiskii conjectura δύναται ἀεὶ vitii certe indicium habet. Gurlittus autem suspicatur πολλάκις ad sequentia verba esse referendum. Ita plane Lambinus: *Natura autem vult illa quidem hoc facere, sed saepenumero non potest.* Verum ita scribendum fuerat τοῦτο ποιεῖν, πολλάκις μέντοι οὐ δύναται. Quam equidem scripturam solam veram nunc existimo esse. Heinsius ita: *Quod naturae sane semper est propositum, quamvis id non semper et eodem efficiat successu. Non enim semper potest id quod vult.*

Ibidem: καί εἰσιν οἱ μὲν φύσει δοῦλοι. Scripturam Victorianae et Conringianae, καὶ οὐκ εἰσὶν οἱ μὲν, a vetere etiam interprete redditam, correxit Reiske conjiciens καὶ καθ' ὅτι εἰσιν, vel ὡς οὐκ εἰσὶν οἱ μὲν φ. δ. Statim postea in verbis τὸ τοιοῦτον, ὧν συμφέρει τῷ μὲν τὸ δουλεύειν scribi voluit ᾧ, referens male ad τοιοῦτον.

Postea sect. 20. in verbis ἣν πεφύκασιν ἀρχὴν ἄρχειν postremum delendum censuit; in quo me non habet assentientem.

Ad I, 2, 21. καὶ φιλία δούλῳ καὶ δεσπότῃ πρὸς ἀλλήλους. Reiske addi voluit ἁρμόττον vel πρέπον; sed praestat intelligere verbum ἐστὶ.

Ibidem: οὐδὲ πᾶσαι ἀλλήλαις αἱ ἀρχαί. Quod probaveram ipse cum Lambino vocabulum, ὅμοιαι, idem addi jussit Reiske. Verum accuratius inspecta lectione, quam vetus Interpres reddidit, eam solam veram agnovi πρὸς ἀλλήλας. Scilicet

dialectici vocant τὰ πρός τι (Aristotelis Topic. 2, 8.) quae nostri *relata* vocant. Similiter τὰ πρὸς ἄλληλα vocant, (Aristoteles Rhetor. 2, 23, 2.) quae nostri *correlata* vocant, alii vertunt *quae inter se conferuntur*. Cicero ad Herennium I, 20. *res quae cadunt sub eandem rationem.* Quinctilianus Instit. 5, 10, 78. *res mutuam confirmationem praestantes*, nimis anguste! Sunt igitur ἀρχὴ δεσπότου τῶν δούλων, ἀρχὴ οἰκονομικὴ τῶν τέκνων καὶ τῆς γαμετῆς, πολιτικὴ ἀρχὴ τῶν ἐλευθέρων καὶ ἴσων omnes quidem ἀρχαὶ, sed minime sub eandem rationem veniunt, nec sunt πρὸς ἀλλήλας; nam prima est δούλων ἀρχὴ, altera natorum et uxoris, tertia liberorum et parium. Hae vero personae non sub eandem cadunt rationem, sed sunt inter se ratione et conditione diversissimae. Quare non dubitavi scripturam recipere, quae mihi evidentissima videbatur.

Ad I, 2, 23. ἡ χρηστικὴ δούλων. Reiske δούλῳ maluit; equidem dubito.

Ibidem: πολεμική τις οὖσα ἢ θηρευτική. Reiskii conjecturam καὶ ἡ θηρευτική, plane vanam esse puto.

Ad I, 3, 2. ἔχει διαμφισβήτησιν· εἰ γάρ ἐστι τοῦ χρηματιστικοῦ. Loci difficultatem expedire conatus est Reiske scribendo οὐκ ἔχει δ. ἔργον γάρ ἐστι τοῦ χρ. — ὡς τὸ πρῶτον ἡ γεωργικὴ πότερον μέρος ἐστὶ τῆς χρηματιστικῆς.

Ad I, 3, 5. Οἱ δὲ καὶ μιγνύντες, ἐκ τούτων ἡδέως ζῶσι, προσαναπληροῦντες τὸν ἐνδεέστατον βίον, ᾗ τυγχάνει ἐλλείπων. Reiske scribi voluit μιγνύντες ἐκ τούτων, ἡδέως — προσαναπληροῦντες τὸ ἐνδεὲς κατὰ τὸν βίον. Aretinus etiam: *Sunt qui et ista miscentes jucunde vivant, supplentes deficientem vitam, qua deficiens est.* Vetus Interpres *consupplentes defectissimam vitam, qua fiunt deficientes.* Sed Thomae exemplum habet *quae fuerit deficiens.* Equidem non dubito Reiskium in hoc loco verum vidisse. Modus enim ille excedens ἐνδεέστατον βίον plane ferri non potest; nec de conjunctione verborum μιγνύντες ἐκ τούτων dubitandum censeo.

Ad I, 3, 8. Ἓν μὲν οὖν εἶδος κτητικῆς κατὰ φύσιν τῆς οἰκονομικῆς μέρος ἐστὶν, ὃ δεῖ ἤτοι ὑπάρχειν ἢ πορίζειν αὐτὴν, ὅπως ὑπάρχῃ, ὧν ἐστι θησαυρισμός. Reiske scriptum maluit: κτητικῆς ἡ κατὰ φύσιν — ᾗ δεῖ ἤτοι ὑπάρχειν.

Ad I, 3, 12. ὅτι οὐκ ἔστι φύσει τῆς χρηματιστικῆς ἡ καπηλική· ὅσον γὰρ ἱκανὸν αὐτοῖς, ἀναγκαῖον ἦν ποιεῖσθαι τὴν ἀλλαγήν. Vereor, ut ſcopum tetigerit Reiskii conjectura ſcribentis τῆς φύσει χρηματιστικῆς — ἱκανὸν αὐτοῖς, τηρεῖσιν, ἀναγκαῖον ἦν ποιεῖσθαι τῆ πλεονάζοντας τὴν ἀλλαγήν.

Ibidem: Οἱ μὲν γὰρ τῶν αὐτῶν ἐκοινώνουν πάντων, οἱ δὲ κεχωρισμένοι πολλῶν πάλιν καὶ ἑτέρων. Reiskii conjectura: Οἱ μὲν γὰρ συνοικοῦντες ὀλίγων καὶ τῶν αὐτῶν videtur concinnitati orationis conſulere.

Ad I, 3, 14. εἶχε τὴν χρείαν εὐμεταχείριστον πρὸς τὸ ζῆν. In verbo ζῆν merito haeſit Reiske, et conjecit ſcribendum πρὸς τὸ μετακομίζειν. Heinſius vertit: *transferri quoque facile ad uſus poſſet.* Omiſit igitur verba, quae plane ſunt ab hoc loco aliena.

Ad I, 3, 17. Διὸ ζητοῦσιν ἕτερόν τι τὸν πλοῦτον — ὀρθῶς ζητοῦντες. Heinſius vertit: *qui prudentiores ſunt, intelligunt, alias divitias quaerendas eſſe, — nec profecto qui ſic ſentiunt falluntur.* Locus plane ſimilis eſt ſupra Cap. 2, 18. καίτοι ὅταν τοῦτο λέγωσιν, οὐδὲν ἄλλο ζητοῦσιν, ἢ τὸ φύσει δῆλον. Latinum *disputare* et *diſpicere* ſimiliter uſurpatur. Hunc verbi ζητεῖν et ζητήσεως uſum annotavit etiam H. Stephani Theſaurus.

Ibidem. καὶ αὕτη μὲν οἰκονομική. (Reiske interpretandi cauſa adſcripſit ἡ κατὰ φύσιν χρηματιστική) ἡ δὲ καπηλική: deinceps haec deeſſe putavit, quae latine dedit: *altera vero parandarum opum ars, illa non nata natura, ſed ingenio humano excogitata, cauponaria eſt. Cauponaria haec parat quidem ea opes, at non quibuscunque modis* etcet. Intelligi igitur vel ſuppleri voluit οὐ κατὰ φύσιν ἐστὶ, ὅτι οἰκονομική· ἡ γὰρ καπηλικὴ ποιητικὴ χρημάτων etcet.

Ad I, 3, 18. Τῆς δὲ οἰκονομικῆς, οὐ χρηματιστικῆς, ἔστι πέρας· οὐ γὰρ τοῦτο τῆς οἰκονομικῆς ἔργον. Reiske conjecit: τῆς δ' οἰκονομικῆς ἔστι πέρας· οὐ γὰρ τοῦτο τῆς οἰκονομικῆς ὃ καὶ τῆς χρηματιστικῆς ἔργον: probabili ſententia, praecipue ſi cum Gurlitto ſcripſeris οὐ γὰρ ταὐτὸ τ. οἰ: ὃ καὶ τ. χ. ἔργον. Vetus Interpres habet: *yconomicae autem non pecuniativae eſt terminus: non enim yconomicae opus:* Thomae exemplum

non enim hoc habet. Hinc apparet Conringium male auctoritate Interpretis hujus abusum fuisse.

Ad I, 3, 18. ἐπαλλάττει γὰρ ἡ χρῆσις τοῦ αὐτοῦ οὖσα ἑκατέρα τῆς χρηματιστικῆς. Sepulveda ait in vetustis et emendatioribus exemplaribus esse ἑκατέρας. ipse autem vertit: *usus enim, utriusque pecuniariae facultatis cum sit ejusdem rei, alter pro altero sumitur. Nam pecuniarum comparatio ad eundem usum pertinet, non tamen eadem ratione.* Interpretatur autem ita: *Cum utriusque pecuniariae facultatis, tum ejus, qua utitur pater familias, tum ejus, qua mercator, usus, id est opus et officium, versetur in eadem re, in parandis scilicet per numum rebus utilibus, efficitur ut alter pro altero accipiatur; id est, ut idem usus et officium esse videatur.*

Ad I, 3, 22. ἀλλὰ δεῖ τοῦτο μὲν ὑπάρχειν — ἐκ δὲ τούτων, ὡς δεῖ, ταῦτα διαθεῖναι προσήκει τὸν οἰκονόμον. Bene vidit etiam Reiske priori μὲν respondere membrum ἐκ δὲ τούτων, quod vertit deinde vero. Comma post διαθεῖναι removendum et post δεῖ ponendum esse, quod feci, monuit Gurlittus.

Ad I, 3, 23. διὰ τὸ ἀπ' αὐτοῦ τοῦ νομίσματος εἶναι τὴν κτῆσιν. Reiske conjecit ἀπ' αὐτῆς vertens: *quoniam per eam pecuniae possessio fit, neque in eum usum convertitur, cujus caussa inventa est.*

Ad I, 4, 2. παράστασις Reiskio venditio mercium per lancem et libram, *das Zuwägen.*

Ad I, 4, 5. προσάπτουσι. *tribuunt* recte interpretatur Gurlitt, comparans περιάπτειν apud Aristophanem, Pluti versu 591. Xenoph. Cyrop. I. 5, 7. Memor. 2, 6, 13. Hieronis 11, 13.

Ibidem: πολλὰ χρήματα συλλέξαντος. Monuit etiam Gurlitt, scribi debuisse συλλέξαντα.

Ad I, 4, 8. Τοῦτον μὲν οὖν ὁ Διονύσιος αἰσθόμενος. Reiske maluit Τοῦτον οὖν deleta particula μὲν; deinceps εὕρημα pro ὅραμα, ut Camerarius, postea ἐτεχνάσατο.

Ad I, 5, 1. καὶ γὰρ γυναικὸς ἄρχει καὶ τέκνων, Ita vulgatum ἄρχειν corrigi voluit etiam Reiske.

Ibidem: sect. 2. μεταβάλλει — καὶ τὸ ἀρχόμενον. Reiske interpretatur recte: *vices imperandi et parendi permutat imperans et parens pars.*

Ad I, 5, 7. Ὁμοίως τοίνυν ἀναγκαῖον ἔχειν καὶ περὶ τὰς ἠθικὰς ἀρετὰς ὑποληπτέον, δεῖν. Reiskio aut ἀναγκαῖον delendum videbatur esse, aut scribendum ὑπολαμβάνειν. Idem deinceps ὅσον ἑκάστῳ ἐπιβάλλει πρὸς τὸ αὐτοῦ ἔργον supplendum censuit, uti plures fecerunt interpretes.

Ad I, 5, 11. τὸν δεσπότην, ἀλλ' οὐ [τὸν] τὴν διδασκαλικὴν ἔχοντα τῶν ἔργων δεσποτικήν. Reiske vulgatae vitio animadverso ita medebatur, ut scriberet ἀλλ' οὐ τὸν διδασκαλικὴν ἔχοντα τῶν ἔργων δεσποτικήν. Postremum vero vocabulum pro δεσποτείαν dictum interpretabatur.

Ad libri II. C. 1, s. 2. τόπος εἷς ὁ τῆς μιᾶς. Sepulvedá scripturam emendatiorum exemplarium vulgatae τόπος ἰσότης μιᾶς praetulit et reddidit.

Ad II, 2, 12. ἢ τί μαθόντες ὑπομενοῦσι τὴν ἀρχήν. Sepulveda in codicibus antiquis emendate legi ait τί παθόντες, quod vertit *aut qua ratione ducti.*

Ad II, 3, 12. ἐκ δὲ τοῦ τετάρτου τῶν τετάρτων. Sepulveda ait in emendatioribus libris esse τεττάρων non τετάρτων, idque vertendo reddidit. Annotatio mea non respondet texto graeco, ubi verba quaedam seclusa volui, quae tamen editio sine signis censurae posuit.

Ad II, 8, 7. εἰ καὶ προεῖτο τὴν ἀπορίαν τῶν ἐπιεικῶν. Veram scripturam ἀπορίαν ex exemplaribus emendatis annotavit Sepulveda et reddidit: *Quod si jam proborum egestatem legumlator contemnebat.* Contra idem sect. 6. scripturam Εἰ δὲ δεῖ βλέπειν καὶ πρὸς εὐπορίαν χάριν σχολῆς recte vertit, nec, ut falso in annotatione ad eum locum posui, ἀπορίαν praetulit.

Ad II, 9, 4. Τῆς ναυαρχίας γὰρ, — ὁ δῆμος αἴτιος γενόμενος ἐφρονηματίσθη. Praefecturam navium sensui loci non esse accommodatam, bene viderunt et monuerunt Sepulveda et Camerarius, quorum ille ναυαγίας, hic ναυμαχίας praetulit. Neutram conjecturam possum laudare; neque tamen video, quo jure Victorius vulgatam defendere conatus sit. Ille vero contra Sepulvedam disputans ita: *Ut ναυαρχία vocatur in singulis civitatibus potestas tradita legibus alicui ducendi classem, ita imperium in naves collectas e pluribus sociis populisque, eodem animo bellum navale gerentibus.* Ipse enim locus

quasi clamat, victoriam maritimam vel nauticam ab Aristotele intelligi, quam deinde imperium maris et sociorum consecutum est. Haec autem significatio vocabulo ναυαρχία inesse non videtur.

Ad II, 9, 7. τὴν ταφήν. Hanc scripturam Codicum testatus et secutus est Sepulveda, qui deinde νόμους θετικοὺς vertit: *tum de filiorum procreatione, quas leges illi theticas appellant, quasi positivas.* Interpretatur autem ita: *Fortasse quia erant veluti fundamentum reipublicae. Nam θέσις interdum, ut ὑπόθεσις, fundamentum significat. Quod vero ait de filiorum procreatione, ad ritum nuptiarum referendum esse videtur.* Male igitur verba Victorii: *Peccavit igitur valde, qui τικτικοὺς pro θετικοὺς, conjecturam secutus, emendandum putavit:* ad Sepulvedam retuli in annotatione p. 159. a cujus ingenio et doctrina talis conjectura aliena fuit, quanquam is in significatione vocabuli παιδοποιία erraverit.

Ad III, 1, 3. ἀλλ' ἀνάγκη νέμειν προστάτην. Sepulveda versionis antiquae vestigia secutus conjecerat scribendum esse ἀλλ' ἀναγκαῖον ἀποδοῦναι παραστάτην· διὸ ἀτελέστως μετέχουσι τῆς τοιαύτης κοινωνίας. Igitur is neo in suis Codicibus scriptum reperit membrum ab Aldina et Camotiana omissum, non magis quam Victorius, qui usum et sermonem fori Attici melius callebat, quam Cordubensis.

Ad III, 1, 9. Γοργίας — οὕτω καὶ Λαρισσαίους. Respicit Gorgiae scholas Larissae habitas, de quibus vide dicta infra in Addendis ad V, 5, 9.

Ad III, 1, 10. τότε γὰρ οὔτε τὰ συμβόλαια ἔνιοι βούλονται διαλύειν, ὡς οὐ τῆς πόλεως ἀλλὰ τοῦ τυράννου λαβόντος] Exemplum illustre e rebus Atheniensium narrat Isocrates Areopagitici c. 28. quo simul verbum διαλύειν illustratur: δανεισαμένων γὰρ τῶν ἐν ἄστει μεινάντων ἑκατὸν τάλαντα παρὰ Λακεδαιμονίων εἰς τὴν πολιορκίαν τῶν τὸν Πειραιᾶ κατεχόντων, ἐκκλησίας γιγνομένης περὶ ἀποδόσεως τῶν χρημάτων, καὶ λεγόντων πολλῶν, ὡς δίκαιόν ἐστι διαλύειν τὰ πρὸς τοὺς Λακεδαιμονίους μὴ τοὺς πολιορκήσαντας ἀλλὰ τοὺς δανεισαμένους, ἔδοξε τῷ δήμῳ κοινὴν ποιήσασθαι τὴν ἀπόδοσιν.

Ad III, 7, 5. δεῖ γὰρ ἐλευθέρους τ' εἶναι καὶ τίμημα φέροντας. In his verbis non solum sententia inest imperfecta, (deest enim ἐν τῇ πόλει vel simile membrum) sed insolentia etiam dictionis τίμημα φέροντας mendi suspicionem facit. Sepulveda vertit: *nam liberi sint oportet, et qui tributum pendant.* Victorius: *oportet enim et liberos esse et censum ferentes:* in annotatione interpretatur: *opus enim est in civitate liberos esse et homines qui e privato suo in publicum conferant.* Aretinus: *oportet enim ingenuos esse et censum habere ad onera perferenda:* Giphanius: *oportet namque et liberos esse et tributum conferentes.* Lambinus: *oportet enim in civitate esse homines liberos et locupletes, qui pro censu tributum conferant.* Sensum hic optime vidit, quem verba ita demum suppleta fundent καὶ τίμημα ἔχοντας καὶ πρὸς τὸ κοινὸν φέροντας. Infra 6, 3, 2. μηδὲν εἶναι δημόσιον τῶν καταδικαζομένων καὶ φερόντων πρὸς τὸ κοινὸν, ἀλλ' ἱερόν. Sed ecce Harpocration et cum eo Suidas τίμημα interpretatur τὸ ἐκ τῆς οὐσίας εἰσφερόμενον παρ' ἑκάστου. Suidas addit exemplum hoc: ταῖς οὐσίαις ἑκάστου τιμήματα πρὸς λόγον τῆς δυνάμεως ἐπιθεὶς, δικαιότατον πολίτευμα εἰσηγήσατο. Harpocratio simpliciter orationem Demosthenis contra Aphobum laudat.

Ad III, 8, 4. ὁ γὰρ ὀστρακισμὸς τὴν αὐτὴν ἔχει δύναμιν τρόπον τινὰ τῷ κολούειν τοὺς ὑπερέχοντας καὶ φυγαδεύειν. Non recordatus eram criseos Valckenarianae ad Herodoti 5, 6, p. 423. cui verba καὶ φυγαδεύειν ab ipso Aristotele non videbantur adjecta. Sed, ut ostracimus statuum popularium peculiaris fuit, et τὸ κολούειν τοὺς ὑπερέχοντας ad tyrannica consilia refertur, ita τὸ φυγαδεύειν τοὺς ὑπερέχοντας videtur ad imperia oligarchica referendum esse. Tria enim haec reipublicae genera comparat inter se Philosophus.

Ad Libri III, Cap. 11. f. 3 et 4. Locum hunc difficilem, in quo Victorius, Camerarius, Zuingerus et Conringius merito adhaeserunt, iterum diligentiusque consideravi, cum in Lambini interpretatione emendanda hucusque pervenissem. Philosophus ab initio capitis usque ad sectionem 10. enarrat varias et contrarias philosophorum, qui de republica instituenda atque administranda scripserant, opiniones, num impe-

imperium penes unum aut plures homines eosque probos, an omnino penes legem eſſe tantum debeat. Poſteriorem opinionem de legum auctoritate ſola conſtituenda et tuenda explicare et firmare conatur ab initio capitis usque ad ea verba ſectionis 3. ubi eſt: *Τὸν ἄρα νόμον ἄρχειν αἱρετώτερον μᾶλλον ἢ τῶν πολιτῶν ἕνα τινά.* Statim vero ſequitur ratio contraria huic de hominibus et magiſtratibus legum cuſtodibus ac miniſtris conſtituendis, in verbis *κατὰ τὸν αὐτὸν δὲ λόγον* usque ad verba ſectionis 4. *ὅ,τι ἂν δόξῃ πεπειραμένοις ἄμεινον εἶναι τῶν κειμένων.* Tum vero iterum proſequitur auctor rationes eorum, qui legi tribuunt omnem auctoritatem in republica regenda: *Ὁ μὲν οὖν τὸν νόμον κελεύων ἄρχειν* usque ad verba ſectionis 6. *Ὥστε δῆλον, ὅτι τὸ δίκαιον ζητοῦντες τὸ μέσον ζητοῦσιν· ὁ γὰρ νόμος τὸ μέσον.* Tum addit exemplum morum, qui tanquam leges aliquae non ſcriptae majorem etiam quam leges ſcriptae vim habeant ad rempublicam bene maleve adminiſtrandam. *Ἔτι κυριώτεροι καὶ περὶ κυριωτέρων — ἀλλ' οὐ τῶν κατὰ τὸ ἔθος.*

Apparet ita male divulſa eſſe membra disputationis, quae ad auctoritatem legum confirmandam pertinent; itaque his in ordinem ſuum translocatis et reſtitutis, reliqua hoc ordine ſequentur de imperio hominibus et magiſtratibus in republica adminiſtranda permittendo: *Κατὰ τὸν αὐτὸν δὲ λόγον τοῦτον* usque ad illa *ἄμεινον εἶναι τῶν κειμένων.* Tum ſequentur ſectio 7. et ſequentes usque ad finem ſectionis 9. His ita transpoſitis omnis disputatio bene atque ordine procedere videtur; atque hanc ipſam translocationem in animo habuiſſe Zuingerum ſuſpicor. Superſunt nunc verba ſect. 4. *Ἀλλὰ μὴν ὅσα γε μὴ δοκεῖ δύνασθαι διορίζειν ὁ νόμος, οὐδ' ἄνθρωπος ἂν δύναιτο γνωρίζειν. Ἀλλ' ἐπίτηδες παιδεύσας ὁ νόμος ἐφίστησι τὰ λοιπὰ τῇ — τοὺς ἄρχοντας.* in quibus vitium manifeſtum nunc demum, ordine disputationis aperto et palam facto, cum Aretino et Victorio agnoſco. Partem vitii correxit Victorius ſcribendo *ὁ δ' ἄνθρωπος ἂν δύναιτο γνωρίζειν*: quam ſcripturam verſione reddidit Aretinus. Jam quae ſequuntur, cum antecedentibus, ſublato puncto, continuata ſtructura verborum jungenda eſſe apparet. Conjunctionem

ἀλλὰ omisit Aretinus, quae sensum loci turbat. Antiquus Interpres ἀλλὰ τὸ καθόλε scriptum legit et vertit *sed universale instituit:* Equidem hanc emendandi rationem inii, ut scribendum putarem: Ἀλλὰ μὴν ὅσα γε μὴ δοκεῖ δύνασθαι διορίζειν ὁ νόμος, ὁ δ' ἄνθρωπος ἂν δύναιτο γνωρίζειν. τὰ μὲν καθόλε ἐπίτηδες παιδεύσας ὁ νόμος, ἐφίστησι τὰ λοιπὰ τῇ δικαιοτάτῃ γνώμῃ κρίνειν καὶ διοικεῖν τοὺς ἄρχοντας. Atque ad hanc rationem exegi atque emendavi Lambini versionem.

Ad III, 11, 10. Ἔστι γάρ τι — καὶ ἄλλο πολιτικὸν καὶ δίκαιον καὶ συμφέρον· τυραννικὸν δ' ἐκ ἔστι κατὰ φύσιν· ἐδὲ τῶν ἄλλων πολιτειῶν ὅσαι παρεκβάσεις εἰσί. Vitium loci vidit et vertendo emendavit Lambinus: *aliud ad regium aliudque ad civilem societatem: et cuique horum aliud est jus aliudque utile. Tyrannicum autem non est naturae consentaneum, neque ulla aliarum reipublicae administrandae formarum, quae a recto deflexerunt.* Hunc sensum ut assequaris, graeca ita scribenda levissima cum mutatione videntur: καὶ ἄλλο πολιτικόν, ὥσπερ καὶ δίκαιον καὶ συμφέρον. Sequens τυραννικὸν simul genus hominum ad tyrannidem ferendam natum, et jus tyrannicum et συμφέρον tyrannicum significat.

Ad Libri IV, Cap. I, sect. 1. μιᾶς ἐστι θεωρίας τὸ περὶ ἕκαστον γένος ἁρμόττον. Scripturam Victorianae et vulgarium editionum θεωρῆσαι Victorius vertit *unius est contemplari, quod circa unumquodque convenit*, in annotatione: *In omnibus artibus et scientiis hoc usu venit, communeque ipsarum est, ut una videat, quod in unoquoque genere stratoque ipsius congruat ac maxime quadret.* Eandem scripturam cum vetere Interprete reddidit Sepulveda his verbis: *unius ejusdemque munus est, quid cuique generi congruat considerare.* Giphanius: *unius est videre, quid cuique generi conveniat.* Ita etiam Aretinus. Contra Lambinus *Unius ejusdemque hominis est, quid cuique generi conveniat, videre.* Camerarius loci sententiam his verbis comprehendit: *Cum omnes artes atque scientiae de tota aliquo genere, alia etiam arte scientiave indigeant, qua accommodatio applicatiove illarum definiatur, ut exercitatio consentanea et usus fructus existat.* Is igitur ad μιᾶς intelligi voluit vocabula τέχνης καὶ ἐπιστήμης. Heinsius ita;

Omnium qui artes profitentur ac scientias, quae non in parte tantum haerent, deque ea docent ac praecipiunt, sed universo aliquo in genere versantur, munus est, non tantum quid simpliciter sit optimum docere, sed et quid sit singulis accommodatum. Sensum is cum Lambino optime vidit et reddidit; verum in verbis graecis frustra eum quaerimus. Nam etiamsi cum Camerario ad vocem *μιᾶς* repetas vocabula *τέχνης καὶ ἐπιστήμης*, sensum tamen verum non assequeris, nisi *μιᾶς* *unius ejusdemque* interpreteris, quod fecit Lambinus. At vero accipi ita debere vocem, manifesto docet locus sect. 2. ubi sententiam generalem transfert ad scientiam politicam his verbis: *Ὥστε δῆλον, ὅτι καὶ πολιτείαν τῆς αὐτῆς ἐστιν ἐπιστήμης τὴν ἀρίστην θεωρῆσαι, τίς ἐστι, καὶ ποία τις ἂν οὖσα — καὶ τίς τίσιν ἁρμόττουσα.* Itaque ut sententiae verba accommodarem, scripturam vulgarem *θεωρῆσαι* mutavi in *θεωρίας*. Si quis emendationem et faciliorem et commodiorem repererit, ei gratulabor de invento, idque lubens accipiam. Oblitus autem fui monere lectorem in annotatione de mutatione facta, cum animum fere totum defixum haberem in loco difficillimo: *ἐάν τις μὴ τῆς ἱκνουμένης ἐπιθυμῇ μηθ᾽ ἕξεως μήτ᾽ ἐπιστήμης τῶν περὶ τὴν ἀγωνίαν.* Vereor tamen, ut vel sic verum conjectura fuerim assecutus. Contra nunc me recordatio *ἕξεως ἀθλητικῆς* admonet et facit, ut vehementer dubitem de conjectura a me proposita, qua verbum *ἐπιθυμῇ* in *ἐπιτύχῃ* mutatum volui. Habitum corporis justum et perfectum una cum scientia perfecta rerum quae ad artem palaestricam pertinent docent et praestant studiosis paedotriba et gymnastes. Non omnes tamen ad summam habitus et scientiae palaestricae perfectionem aspirare nec volunt nec possunt. His igitur, qui mediocri scientia et habitu corporis contenti gymnasticae artis auxilium expetunt, eadem gymnastica satisfacere et potest et debet. Hic sensus mihi videtur nunc esse verborum *μηδὲν ἧττον — καὶ ταύτην ἔτι τὴν δύναμιν.* Verba tamen ipsa haec postrema non satis integra esse etiamnum existimo. Mediocrem enim ἕξιν et scientiam vix potuit commode Aristoteles verbis *ταύτην τὴν δύναμιν* comprehendere; certe equidem non video, quomodo potuerit ἕξει τῇ *ἱκνουμένῃ καὶ ἐπι-*

στήμη opponere ταύτην τὴν δύναμιν. Nodum hunc aliis solvendum relinquo. Nam Camerarii versionem plane non intelligo, qui ita: *tamen est paedotribae et exercitationum periti istius quoque facultatis apparatus proprius.*

Ad IV, 1, 3. οἱ δὲ μᾶλλον κοινήν τινα λέγοντες. Bene cecidit error vel calami vel operarum, quo factum, ut Casauboni conjectura in annotatione vulgatae praelata, καινήν, non reciperetur. Summae illae et perfectae formae reipublicae, quae dicitur ἀκροτάτη, opponitur μᾶλλον κοινή eodem sensu, quo libro secundo Plato in libris Legum aliam eamque κοινοτέραν, quam in libris de republica, formam reipublicae administrandae proposuisse dicitur.

Ad Libri IV, Cap. 1. sect. 4. ἣν ῥᾳδίως ἐκ τῶν ὑπαρχουσῶν καὶ πεισθήσονται καὶ δυνήσονται κοινωνεῖν. Scripturam ὑπαρχουσῶν alio referre quam ad antecedens τάξις, quae idem significat h. l. quod πολιτεία, non licet. Verum ita sensus vel contrarius vel ineptus existit. Vetus Interpres simpliciter verbum ὑπαρχουσῶν *existentibus* interpretatur omissis ἐκ τῶν; Aretinus vertit *ut velint et possint homines ex his quae sibi adsunt, faciliter eam recipere.* Victorius: *ordinem inducere, quem facile ex iis, quae sunt, et probare et usu tueri valeant.* In annotatione addit: *ex omnibus iis, qui sunt quasi in manu eorum, quibus praebetur, probent.* Intelligi igitur voluit τάξιν. Sepulveda *quem ex suppetentibus facile homines adducantur et possint in publicum usum admittere.* Annotatio haec ita interpretatur: *qui ordo non multum ab iis ordinibus et institutis, quibus civitas utitur, abhorreat, ut homines facile ut eum recipiant adducantur, et item, ut recipiendi facultas adsit.* Is igitur plane cum Victorio sensit. Aliter Giphanius: *introducere descriptionem, ad quam facile ex copiis praesentibus et adducantur et possint esse participes.* Lambinus ita: *quam facile possint praesentibus institutis spretis ac rejectis et approbare et ad usum communem transferre.* Similiter is τάξιν repeti voluit, et verba ἐκ τῶν ὑπαρχουσῶν τάξεων more insolito interpretatus est *mutatis et rejectis praesentibus institutis.* Heinsius denique ita: *quae maxime e re nata et facillime haberi ac communiter admitti possit ac recipi.* Hic

igitur cum Giphanio scribendum censuit ἐκ τῶν ὑπαρχόντων, quam equidem scripturam unice probare possum.

Ad IV, 1, 5. Νόμοι δὲ κεχωρισμένοι τῶν δηλούντων τὴν πολιτείαν. Interpretationem Aretini falsam et deserendam esse, nunc demum intelligo, dum Lambini versionem texto graeco nostro accommodare studeo, in qua verum loci sensum, quem reddere conati sunt ceteri interpretes, manifestiorem repraesentare studui.

Ad IV, 2, 4. ἀλλὰ ταῖς πλείσταις ἁρμόττουσα πόλεσι τίς ἐστι; Sepulveda haec ita vertit: *et si qua est alia optimatum respublica et recte constituta, quae tamen sit, quae plurimis civitatibus conveniat.* Vetus interpretatio vulgatam reddidit, sed pro ἀριστοκρατικὴ scriptum ἀριστοκρατία legit. Ceterum moneo paulo antea verba εἴπερ ἐστιν εἶδη καὶ τῆς ὀλιγαρχίας in Heinsiana et iis, quae Heinsianam sequuntur, seclusa esse, tanquam spuria, quanquam vetus interpretatio reddiderit. Si tamen abessent, nemo desideraret facile.

Ad IV, 3, 8. ἔτ' ἂν οἱ ἐλεύθεροι ὀλίγοι ὄντες πλειόνων καὶ μὴ ἐλευθέρων ἄρχωσι, δῆμος. Difficultatem in annotatione significatam Sepulveda tollere conatus est haec annotans: καὶ μὴ ἐλευθέρων *et non liberos solum, sed etiam divites: vel eos dicit non liberos, qui operibus necessariis serviunt, cujusmodi sunt agricolae, opifices et mercenarii.* Omnis loci difficultas statim explicatur vocabulo δῆμος mutato in ὀλιγαρχία. Id fieri jubet et cogit sequens membrum, ubi in contraria ratione partium recte δῆμος nominatur. Error est librarii, de quo minime nunc dubitandum censeo. Cives non liberi sunt aborigines Apolloniae, quos in civitatem assumserant coloni Corinthii, qui cum se solos liberos esse crederent, incolas autem barbaros, imperium et summam potestatem sibi generique suo arrogarunt, cum incolis vero cetera communicarunt. Videtur igitur Apolloniatarum et Theraeorum respublica potius genus politiae aliquod fuisse.

Ibidem: ἐν Κολοφῶνι — μακρὰν οὐσίαν οἱ πλείους — τὸν πρὸς Λυδοὺς] Locus est classicus Xenophanis Colophonii e libro περὶ κτίσεως Κολοφῶνος apud Athenaeum 12, p. 526. (454 Schw.).

ἁβροσύνας δὲ μαθόντες ἀνωφελέας παρὰ Λυδῶν,
ὄφρα τυραννίης ἦσαν ἐπὶ στυγερῆς,
ᾔεσαν εἰς ἀγορὴν παναλουργέα φάρε' ἔχοντες,
οὐ μείους ἤπερ χίλιοι εἰς ἐπίπαν,
αὐχαλέοι, χαίτῃσιν ἀγαλλόμεν' εὐπρεπέεσσιν,
ἀσκητοῖς ὀδμὴν χρίσμασι δευόμενοι.

Hanc luxus peſtem coepiſſe graſſari apud Colophonios ait Phylarchus hiſtoricus ibidem poſtquàm cum Lydis amicitiam et ſocietatem (συμμαχίαν) contraxiſſent. Theopompus hiſtoricus ibidem teſtatur χιλίους ἄνδρας αὐτῶν ἁλουργεῖς φοροῦντας στολὰς ἀστυπολεῖν. quae ſunt ex Xenophanis loco ducta. Addit autem: τοιγαροῦν διὰ τὴν τοιαύτην ἀγωγὴν ἐν τυραννίδι καὶ στάσεσι γενόμενοι αὐτῇ πατρίδι διεφθάρησαν. Denique Diogenis Babylonii teſtimonium ſubjunxit Athenaeus. Locum Xenophanis interpretatus eſt Cicero ſexto de republica apud Nonium p. 243. a. ed. prior. Merceri: *ut quemadmodum ſcribit ille, quotidiano in forum mille hominum cum palliis conchylio tinctis deſcenderent.*

Ad IV, 3, 12. κομψῶς τοῦτο οὐχ ἱκανῶς δ' εἴρηται. Mos et concinnitas poſtulat, ut ſcribamus κομψῶς μὲν τοῦτο οὐχ ἱκανῶς δ' εἴρηται et recte Aretinus *ordinate quidem hoc ſed non ſufficienter dictum eſt.* Sepulveda ſimiliter *luculente quidem disputatum eſt, ſed ita ut aliquid deſideretur.*

Ad IV, 9, 9. ἥκιστα στάσεις — γίγνονται τῶν πολιτῶν. Vulgatum πολιτειῶν correxi ſententia flagitante, quanquam verſiones omnes, quas comparavi, vulgatum reddiderint.

Ad IV, 9, 12. εἷς γὰρ ἀνὴρ συνεπείσθη μόνος — τὴν τάξιν. Gelonem Syracuſanum intelligebat Camerarius laudans Aeliani v. h. 6, 11. ſed ex iſto loco et ex altero 13, c. 37. apparet Gelonem imperium populo rogante retinuiſſe. Sepulveda vertit locum: *unus duntaxat vir ex principibus ſuperioribus extitit, qui hanc reipublicae rationem inſtituere animum induceret.* Is Theopompum regem Laecedaemoniorum intelligi cenſuit, qui ephoros inſtituit, auctore Ariſtotele. Cum eo ſenſit Zuingerus. Sed Theopompus minime dici poteſt, cum ephoros induxiſſet in adminiſtrationem reipublicae La-

cedaemoniorum, τὴν διὰ μέσων vel κοινὴν πολιτείαν καὶ ἴσην, hoc enim voluit significare verbis ταύτην τὴν τάξιν, ἀποδοῦναι. Nec Aristoteles rempublicam Laconicam uspiam dixit τὴν διὰ μέσων vel τὴν κοινὴν καὶ ἴσην, nec Theopompus regno se abdicavit, quod verbo ἀποδοῦναι significari videtur. Victorius vertit: *unus enim vir solus ex iis, qui prius rerum potiti sunt, persuasus est hunc ordinem tribuere.* Intelligi voluit is Clisthenem Atheniensem, qui potius primus Solonicam vel τὴν πάτριον πολιτείαν Atheniensium labefactavit et democratiam novissimam et pessimam induxit. Nec potest ille dici ἐφ' ἡγεμονίᾳ γενόμενος, nec reddidisse patriae τὴν πολιτείαν τὴν διὰ μέσων vel τὴν κοινὴν καὶ ἴσην. Giphanius vertit. *Nam eorum qui olim cum imperio fuerunt unus tantum vir repertus est, qui hanc temperationem instituerit.* Theopompum regem etiam is cum Sepulveda intelligi censuit: item Heinsius. Lambinus vertit *Unus vir enim solus ex iis, qui ante principatum in Graecia tenuerunt, adductus est, ut hunc reipublicae descriptionem institueret.* Mihi Theseus intelligi videtur, de quo refert Plutarchus vita Thesei c. 24. hanc Aristotelis in republica Atheniensium narrationem: Ὅτι πρῶτος ἀπέκλινε πρὸς τὸν ὄχλον, καὶ ἀφῆκε τοῦ μοναρχεῖν. Ejus vero hanc institutionem refert Plutarchus πρῶτος ἀποκρίνας χωρὶς εὐπατρίδας καὶ γεωμόρους καὶ δημιουργούς, εὐπατρίδαις μὲν γινώσκειν τὰ θεῖα καὶ παρέχειν ἄρχοντας καὶ νόμων διδασκάλους εἶναι καὶ ὁσίων καὶ ἱερῶν ἐξηγητάς, τοῖς δ' ἄλλοις πολίταις ὥσπερ εἰς ἴσον κατέστησε, δόξῃ μὲν εὐπατριδῶν, χρείᾳ δὲ γεωμόρων, πλήθει δὲ τῶν δημιουργῶν ὑπερέχειν δοκούντων.

Ad IV, 10, 11. ὀλίγοι τε ὄντες τὸ πλῆθος καὶ κατὰ τὴν σύνταξιν. Heinsii interpretatio est eadem, quam dedit Sepulveda his verbis: *ita cum pauci numero essent atque ordine deficerent, imperium magis patiebantur.* Maneo equidem in sententia ea, quam in annotatione proposui, deesse nempe verbum unum alterumve post verba κατὰ τὴν σύνταξιν, ceterum ipsam σύνταξιν accipio de descriptione civium in centurias ad usum rei militaris; quibus centuriis, seu quo alio nomine vocandae sunt hujusmodi classes, praeerant in Graecia ταξίαρχοι. Cives harum classium et arma gerebant et exer-

cebant se in armis. Tales autem sententia loci, ex antecedente disputatione facile colligenda, flagitare videtur.

Ad IV, 11, 8. πρὸς τὸ βουλεύεσθαι βέλτιόν τι αὐτὸ ποιεῖν, ὅπερ — ἐν ταῖς ὀλιγαρχίαις. Pudet nunc me obsequii, quod editionibus vulgaribus praestiti, quod ipsum me a recta deinceps via emendandi deduxit. In vulgata enim nihil mutandum est praeter scripturam πρὸς τὸ βουλεύεσθαι βέλτιόν τι αὐτό. Simpliciter scribendum erat βουλεύεσθαι βέλτιον, τὸ αὐτὸ ποιεῖν, ὅπερ. Manifesto scripturam hanc reddidit vetus Interpres: *ad consiliari melius quod ipsum facere, quod quidem in praetoriis in oligarchiis.* Quanquam Editio Thomae habeat *meliusque ipsum* quasi τὸ αὐτὸ significet τὸ βουλεύεσθαι. Reliqua mutatione in annotatione proposita et ducta e versione Aretini non opus est. Nam de senatu hic sermo est: idem tamen etiam obiter in concionis deliberatione facere deinceps suadet Philosophus. Atque haec verba τοῦτο δὲ καὶ — ποιεῖν apertissime demonstrant, priora verba τὸ αὐτὸ ποιεῖν scribi debere, nec vulgatum βελτιόν τι αὐτὸ ποιεῖν ullo modo defendi posse.

Ad IV, 12, 6. ἀρχεῖα πολλῶν ἐπιμελεῖσθαι — μίαν ἀρχὴν] Hic locus omnium manifestissime docet ἀρχεῖον esse collegium plurium magistratuum; quo sensu vocabulum praeter nostrum et Dionysium frequentavit Isocrates Areopagitici c. 9. μηδ' ἀκριβέστερον εἰδέναι τὰς ἐκ τῶν ἀρχείων προσόδους ἢ τὰς ἐκ τῶν ἰδίων γινομένας αὐτοῖς. ad quem locum video virum egregium, *Coray*, dubitare de scriptura, cum ipse ἀρχεῖον nisi de sede magistratuum dici non putaret; quae fuit etiam Victorii ad hunc ipsum locum nostrum opinio.

Ad Libri V, 1, 6. οὐ μὴ τοῖς ἀνίσοις ὑπάρχει ἀνάλογον. Vulgatum οὐ μὴν vetus Interpres suo more vertit *non solum inaequalibus existit proportionale.* Nam et alibi οὐ μὴν *non solum* vertit. Sepulveda tamen jam olim recte vertit: *cum imparibus non tribuitur, quod proportione debetur.*

Ibidem sect. 7. τὸ δὲ κατ' ἀξίαν] In loco Isocratis ad h. l. laudato in annotatione p. 289. vitium haesit, quod miror etiam ab acutissimo *Coray* non animadversum. Scribendum enim ibi καὶ τῆς μὲν ταὐτὸν ἅπασιν ἀπονεμούσης, τῆς δὲ τὸ προσῆ-

κοι ἑκάστοις. Vulgo enim additum πρὸς ſenſum pervertit et ſtructuram verborum. τὸ προσῆκον eſt τὸ κατ' ἀξίαν.

Ibidem ſect. 8. ἄποροι δὲ πολλοὶ πολλαχοῦ. Ita, non εὔποροι, in Codicibus emendatis ſcriptum legi teſtatur Sepulveda. Lambinus vertit: *egentes vero et improbos multos multis locis.* Vetus Interpres πολλοὶ omiſit. Lambini ſupplementum equidem nón ſpernendum cenſeo. Philoſophus enim non ſolum junxit εὐγενεῖς καὶ ἀγαθοὺς, ſed antea etiam εὐγένειαν καὶ ἀρετήν.

Ad V, 2, 12. Κολοφώνιοι καὶ Νοτιεῖς.] Notium promontorium, oppidumque cum portu fuit olim Aeolicis urbibus annumeratum, ut apparet ex Herodoto 1, 149. quod quo tempore Aeolibus eripuerint Colophonii, non conſtat; ſuſpicor tamen aut eodem tempore aut certe ſimili ratione factum, qua Smyrnaeis Aeolenſibus Smyrnam eripuerunt. De Notio Colophoniorum imperio ſubjecto, Notienſiumque diſſidiis et contentionibus eſt claſſicus locus apud Thucydidem 3, 34. unde duxit Polyaenus 3, 2.

Ad V, 3, 2. ὥστε καὶ τὸ ἐν αὐτῇ μικρὸν ἁμάρτημα ἀνάλογόν ἐστι πρὸς τὰ ἐν τοῖς ἄλλοις μέρεσιν. Vetus Interpres vertit: *quare et quod in ipſo parvum peccatum, proportionale eſt ad ea quae in aliis partibus.* Aretinus *itaque parvum in principio erratum, correſpondens eſt ad alias partes.* Victorius *quapropter, quod in ipſo parvum eſt, proportione reſpondet ad ea, quae ſunt in aliis partibus.* Ita etiam Lambinus. At Ramus *reliquarum partium peccatis aequali proportione reſpondet.* Giphanius: *reſpondet aliis aliarum partium.* Heinſius *proportionis ratione non ſit minor, quam majora quae ex eo oriuntur.* Camerarius: *principii peccatum rationis quadam comparatione peccatis partium aequale ſit.* In annotatione haec addit: *Eſt autem elegans* ἔμφασις *in nominis duplice ſignificatione: nam* ἀρχὴ *Graecis et principium ſeu initium, et principatus ſeu magiſtratus eſt.* Contra Victorius in annotatione ita: *Partes autem negotii illius accipiendae ſunt, et quaſi corporis. Non enim puto hic intelligi debere partes animantium, ut quidam interpretes acceperunt: apertum autem eſt errare poſſe aliquos ſtatim in capite alicujus facti, et cum ad illud*

aggrediuntur: ut etiam si integrum illud ac recte administratum fuerit, in partibus postea ipsius labi ac peccare. Equidem ignoro quos ille dicat interpretes; hoc vero mihi persuasi, rationem Camerarii Victorianae esse praeferendam. Audiamus tamen etiam Sepulvedam, qui cum haec vertisset: *Itaque parvus error in ipso, proportione respondet in aliis partibus;* haec annotavit: *Minimum erratum in principio mediocre malum parit in ceteris partibus, sed paulo majus erratum proportione majus malum parit. Exempli gratia si peccatum ut unum in principio, parit incommodum, ut quatuor; peccatum ut tria parit, ut duodecim; ut sit utrobique tripla proportio. Quorumcunque igitur civium dissensio magnum malum parit in civitate. Sed dissensio magistratuum aut nobilium seu divitum, quia majus peccatum est in principio, idcirco tanto majus malum parit, proportione scilicet peccatorum in principio.*

Ad V, 4, 4. σχεδὸν γὰρ οἱ πλεῖστοι τῶν ἀρχαίων τυράννων ἐκ δημαγωγῶν γεγόνασιν. Phanias Eresius in libro Τυράννων ἀναίρεσις inscripto apud Athenaeum 3, p. 90. (353 Schw.) Φιλόξενος ὁ καλούμενος σωληνιστὴς ἐκ δημαγωγοῦ τύραννος ἀνεφάνη, ζῶν τὸ μὲν ἐξ ἀρχῆς ἁλιευόμενος καὶ σωληνοθήρας ὤν, ἀφορμῆς δὲ λαβόμενος καὶ ἐμπορευσάμενος βίον ἐκτήσατο. Titulum libri idem Athenaeus libro 10, p. 348. posuit Τυράννων ἀναίρεσις ἐκ τιμωρίας, ubi de Scopada Creontis filio, Scopadae antiqui nepote, Cyro juniori et Socrati aequali narrat. Ejusdem volumen περὶ τῶν ἐν Σικελίᾳ τυράννων laudat Athenaeus 6, p. 232.

Ad V, 5, 7. ἡ ἐν Φαρσάλῳ πολιτεία· ἐκεῖνοι γὰρ ὀλίγοι ὄντες πολλῶν κύριοι εἰσι, διὰ τὸ χρῆσθαι σφίσιν αὐτοῖς καλῶς. Verba haec indicare videntur Pharsalicam oligarchiam adhuc durasse, cum haec scriberet Aristoteles, quamvis varie impugnatam, etiam a Lycophrone et Iasone Pheraeis, a cujus impetu prudenter civitatem Pharsalum et τὰς ἐξ αὐτῆς ἠρτημένας πόλεις defendit Pharsalorum princeps Polydamas, narrante Xenophonte Hellenicorum 6, c. 1. ubi habes simul specimen bene et cum fide administratae oligarchiae Pharsalorum, cum reliquae fere omnes civitates in potestatem Iaso-

nis venissent. Sisyphum Pharsalium ejusque adulatorem Athenaeum Eretriensem memorat Theopompus apud Athenaeum Dipnos. 6, p. 252. in nono libro historiae graecae, quem tyrannum intelligi voluisse videtur. Scopas ille fortunatus Simonidis carmine Cei nobilis et ruina domus occisus, auctor familiae Scopadarum, habitavit Cranone in Thessalia, auctore Cicerone de oratore 2, 86. De loco, ubi habitavit Scopas, dubitatum fuisse a veteribus Grammaticis discimus e Quinctiliani Instit. XI. 2, 14. Pharsali fuisse Scopae domum, ipse quodam in loco significare visus est Simonides Quinctiliano; quare Apollodorus, Eratosthenes, Euphorion, et Eurypylus Larissaeus tradiderant Pharsali rem accidisse; contra Apollas et Callimachus et Cicero Cranonem nominaverunt. In Quinctiliano editum *Eurypilus* correxi, quod nomen graecum non est; contra Eurypylum, ex Aleuadarum familia, nominavit Herodotus 9, c. 58. et Eurypylum scriptorem, dubium an eundem, nominat Athenaeus 11, p. 508. (392 Schw.) Plures Eurypylos et Eurypylen habet Apollodori Bibliotheca. Deinde in Quinctiliano vulgo legitur *Apollas Callimachus*; sed aut *Callimachius* scribendum censeo, ut Callimachi sectator significetur, aut copulam *et* interserendum. Athenaeus bis scriptorem nominavit; libro 2, p. 63. (243 Sch.) ubi est Ἀπελλᾶς; iterum 9, p. 369. (360 Sch.) ubi est in Edd. et Codice optimo Ἀπόλλας ἐν τῷ περὶ τῶν ἐν Πελοποννήσῳ πόλεων, Casaubonus autem Ἀπελλᾶς maluit, annotato Clementis Alexandrini loco in Protreptico p. 42. ubi Ἀπελλᾶς auctor Δελφικῶν est. Sed haec obiter dicta sunto. Redeo ad Scopadas. Inter procos filiae Clisthenis Sicyonii memorat Herodotus 6, 127. Diactoridem Cranonium τῶν Σκοπαδέων. Phanias Eresius in libro τυράννων ἀναίρεσις inscripto apud Athenaeum 10, p. 438. (105 Schw.) narrat Scopam, Creontis filium, Scopae vetustioris illius nepotem, compotationes amasse tradit: ubi ὁ παλαιὸς Σκόπας mihi, ut olim Perizonio, dici videtur ille Simonidis Cei carmine celebratus et inter Graecos nobilitatus. Quem locum Aelianus v. h. 2, 41. cum exscriberet, simpliciter Σκόπαν τὸν Κρέοντος υἱὸν dixit. Ejusdem iterum aliunde

meminit 12, 1, ubi Σκοπᾶ τȣ̃ πατέρȣ scriptum legitur. Is monile pretiosum ad Cyrum juniorem transmisisse dicitur, eumque fuisse censet Perizonius Cranonium illum Scopam, qui Socratem ad se ut veniret, invitasse dicitur a Diogene Laertio sect. 25. Ad vetustiorem illum pertinere videtur dictum, quod refert Plutarchus in Catone majore p. 413. Hutt. et de divitiarum amore p. 159. Hutt. Antiquiori illi Scopae, Simonidis Cei carmine celebrato, familiam Scopadarum nobilitatem et divitiarum laudem inter Graecos debuisse agnovit Theocritus Idyllii XVI. versu 44, 45. ubi Σκοπάδας et Κρεώνδας vocat. Ad quem locum Scholia graeca, Scopam, a Simonide carmine epinicio et threno celebratum, ajunt Cranonium, patre Creonte, matre Echecratia natum fuisse. Ipse etiam Theocritus Cranonem Scopadas habitasse tradit. Scilicet ex hoc ipso scriptorum dissensu de domo Scopae apparet, eum Pharsalum et Cranonem imperio suo cum aliis Thessaliae oppidis tenuisse; quemadmodum postea etiam Pharsalorum oligarchia dominata est in plures urbes, ut e Xenophontis Hellenic. 6, 1, 2. apparet. Iason Pheraeus, postquam conciliatus per Polydamantem Pharsaliis Thessalorum ταγὸς communi consensu creatus fuisset, milites conscripsit per omnes Thessaliae urbes et descripsit tributa ad eam normam penestis, quam primus Scopas usus fuisse dicebatur: προεῖπε δὲ καὶ τοῖς περιοίκοις πᾶσι τὸν φόρον, ὥσπερ ἐπὶ Σκόπα τεταγμένος ἦν, φέρειν. Penestas hic nomine περιοίκων intelligi puto, quo nomine etiam Aristoteles de iisdem et de similibus aliorum populorum rusticis servis utitur. Scopas vero ille, qui primus penestarum tributa descripsisse dicitur, num Simonideus, an alius antiquior fuerit, ignoramus.

Κρεώνδας Theocritus Scopadas vocat, quasi e voce Κρεοντίδας contractos, si Scopas ille Simonideus Creontis et Echecratiae filius fuit. Scopadarum genealogiam ignoramus; itaque de Creonte hoc et altero junioris Scopae patre non magis constat. Quinctilianus l. c. addit: *Scopam nobilem Thessalum periisse in eo convivio constat: adjicitur sororis filius: putant et ortos plerosque ab illo Scopa, qui major aetate fuerit.* Quocum loco comparandus est locus Phavorini in Sto-

baei Sermone 103. ἄνθρωπος ἐὼν μηδέποτε φῇς ὅτι γίνεται αὔριον, μηδ᾽ ἄνδρ᾽ ἰδὼν ὄλβιον, ὅσσον χρόνον ἔσσεται, ἀλλὰ μηδὲ οἶκον, ὥσπερ ἐν μέλει ὁ ποιητὴς διεξέρχεται τὴν τῶν Σκοπαδῶν ἀθρόαν ἀπώλειαν. Carmen Simonidis respicit, cujus fragmentum ibidem extat, minus tamen integrum, in ruinam domus, qua Scopadarum familia fuit oppressa. Excerptum inde posuit Brunck in Analectis 1, p. 120. ad quem locum Cel. Jacobs in Animadv. p. 203. non meminerat annotationis Valesianae. Sed falsum est, quod Valesius e loco Phavorini collegit his verbis: *Aleuadarum familia diu stetit usque ad tempora Philippi Macedonis; at Scopadarum cito extincta est.* Critiae Atheniensis, qui fuit inter 30 tyrannos, versus habet Plutarchus in Cimone c. 10. Πλοῦτον μὲν Σκοπαδῶν, μεγαλοφροσύνην δὲ Κίμωνος, Νίκας δ᾽ Ἀγησίλα τοῦ Λακεδαιμονίου sibi optantis.

Thucydidis tempore Thessali regibus non parebant sed oligarchia utebantur plerumque. Ita enim ille 4, 78. ubi Brasidae Laconis transitum per Thessaliam narrat: τοῖς τε Ἀθηναίοις ἀεί ποτε τὸ πλῆθος τῶν Θεσσαλῶν εὔνουν ὑπῆρχεν· ὥστε εἰ μὴ δυναστείᾳ μᾶλλον ἢ ἰσονομίᾳ ἐχρῶντο τὸ ἐγχώριον οἱ Θεσσαλοί, οὐκ ἄν ποτε προῆλθεν. Plebs igitur Atheniensibus favebat; oligarchici imperii compotes Lacedaemoniis; igitur Brasidas ab amicis Pharsaliis facile duces itineris obtinuit. Haec fere perpetua caussa seditionum fuit Larissaeis, Pharsaliis et reliquis Thessalis, dum Athenienses plebem et Penestas suscitare conabantur contra optimates, Lacedaemonii vero partes oligarchorum tuebantur. Exemplum Amyniae Atheniensis ad Pharsalios legati, Penestas ad seditionem excitantis habet Aristophanes Vesparum versu 1263 cum Scholiis ad eum locum et ad Nubes versu 691. Critiae cum Prometheo Thessalo facientis Xenophon Hellenicorum 2, 3, 36. et Memorab. 1, 2, 24. δυναστείαν quam dicat Thucydides, ipse explicat 3, 62. ubi Thebani legati de rebus suis tempore belli Persici exponunt ἡμῖν γὰρ ἡ πόλις τότε ἐτύγχανεν οὔτε κατ᾽ ὀλιγαρχίαν ἰσόνομον πολιτεύουσα οὔτε κατὰ δημοκρατίαν, ὅπερ δέ ἐστι νόμοις μὲν καὶ τῷ σωφρονεστάτῳ ἐναντιώτατον, ἐγγυτάτω δὲ τυράννου, δυναστεία ὀλίγων ἀνδρῶν εἶχε τὰ πράγματα. Simili-

ter Brasidas ibidem 4, 126. Lacedaemoniorum rempublicam δυναστείαν vocat: οἵγε μηδὲ ἀπὸ πολιτείων τοιούτων ἥκετε, ἐν αἷς οὐ πολλοὶ ὀλίγων ἄρχουσιν, ἀλλὰ πλειόνων μᾶλλον ἐλάττους, οὐκ ἄλλῳ τινὶ κτησάμενοι τὴν δυναστείαν ἢ τῷ μαχόμενοι κρατεῖν.

Ad V, 5, 9. ὅπερ συνέβη ἐν Λαρίσσῃ ἐπὶ τῆς τῶν Ἀλευαδῶν ἀρχῆς τῶν περὶ Σάμον. Sepulveda vertit: *ut accidit Larissae in Aleuadarum Samiorum principatu.* Ceterorum interpretum errores antea annotavi. Vertendum erat: *ut accidit Larissae, cum magistratum* vel *imperium gereret Samus ex Aleuadarum familia*: Aleuadae nec ab insula Samo originem duxerunt, nec imperarunt Samiis, sed Heraclidae fuerunt, id est, auctorem generis Herculem, ut reges Lacedaemoniorum jactabant. Testatur Pindarus Pyth. 10. carmine in victoriam Pythicam Hippocleae Thessali ex urbe Pelinnaeo, Aleuadis cognati, scripto, ubi statim initio dubitatum fuit, Ἀριστομάχου Ἡρακλέος ad Aristomachum Herculis e posteris, unde Lacedaemoniorum reges stirpem derivabant, an ad ipsum Herculem referendum sit, ita ut Hercules *bello excellens* dicatur. Ibidem versu 100. Thoracem commemorat ex Aleuadarum eadem familia, ejusque fratres versu 107. qui tum adhuc regiam auctoritatem inter Thessalos obtinuisse videntur. Thoracem certe ἕνα τῶν Ἀλευαδῶν pronunciant Scholia graeca: eadem τοὺς ἀδελφοὺς versus 107. rectius ad Thoracem referunt, quam alii ad victorem Hippocleam. Ad totam familiam Aleuadarum pertinet versus 110. cum sequentibus: ἐν δ᾽ ἀγαθοῖσι κεῖνται πατρώϊαι κεδναὶ πολίων κυβερνάσιες. quibus paternum Aleuadarum regnum vel imperium inter Thessalos significatur. Hippocleae victoriam Pythicam Scholia graeca referunt ad Pythiada 22. id est ad Olympiadis 70 annum 3 eadem ejusdem Olympicam victoriam commemorant et referunt ad Olympiadem 72 et 73. Aleuadas Thessaliae reges nominat Herodotus 7, 6. qui libri 9, 58. narrat fratres Larissaei Thoracis Eurypylum et Thrasydaeum, Thessaliam Mardonio Xerxis duci prodidisse: atque hos ipsos postea Aleuae filios appellat, eosdem sine dubio, quorum imperium commemoravit Pindarus. Thoracem Thessalum solum, Mardonio et Xerxi faventem nominat Ctesias Persicorum

c. 24. Primum clari generis Aleuadarum et nominis auctorem Aleuam regem, Pyrrhi filium nominat Ariſtoteles apud Harpocrationem in voce Τετραρχία, ubi haec referuntur verba: καὶ Ἀριστοτέλης δὲ ἐν τῇ κοινῇ Θετταλῶν πολιτείᾳ ἐπὶ Ἀλεύα τοῦ Πύῤῥου διῃρῆσθαί φησιν εἰς τέτταρας μοίρας τὴν Θετταλίαν. Has quatuor partes, τετράδας vocatas, Hellanicus in libro de rebus Theſſalorum ſcripto, ediderat Θετταλιῶτιν, Φθιῶτιν, Πελασγιῶτιν, Ἑστιαιῶτιν. Eundem Ariſtotelis librum Athenaeus dicere videtur libri 11, p. 499. d. ubi tamen eſt brevius ἐν τῇ Θετταλῶν πολιτείᾳ. Praeterea de ſingularibus rebuspublicis Aleuadarum et Scopadarum imperio vel oligarchiae ſubjectis tractaſſe ſeparatim videtur, quod vel ipſe titulus operis indicare videtur. Ita Ariſtotelem ἐν τῇ κοινῇ Ἀρκάδων πολιτείᾳ laudat Harpocration in voce Μυρίοι; praeterea τὴν Τεγεατῶν πολιτείαν ejus laudant Scholia Ariſtophanea ad Nubes. Aleuas, Pyrrhi et Archedicae filius, quomodo procurante patruo, nolente vero patre, a Pythia rex Theſſaliae pronunciatus fuerit, narrat Plutarchus in extremo libro de fraterno amore p. 68. ed. Hutten. ubi adoleſcentis Aleuae ingenium petulans et ſuperbum annotat. Aleuadarum dona Simonidi Ceo data obiter commemoravit Sozomenus in Prooemio Hiſtoriae eccleſiaſticae: οὐ τοιοῦτοι Ἀλευάδαι περὶ Σιμωνίδην. Quo tempore regium Aleuadarum imperium ceſſaverit et ad oligarchiam tranſierit, nusquam traditum reperi. Oligarchia vero Aleuadarum pluribus inteſtinis ſeditionibus agitata et vexata, usque ad Philippi Macedonis, Alexandri magni patris, duravit. Plato initio Menonis nominavit Ariſtippum, Lariſſaeum, Menonis Pharſalii amatorem, e familia Aleuadarum oriundum. Narrat ibi obiter de Gorgiae ſophiſtae ſcholis Pharſali habitis, quibus interfuerant Aleuadae: ἀφικόμενος γὰρ (ὁ Γοργίας) εἰς τὴν πόλιν ἐραστὰς ἐπὶ σοφίᾳ εἴληφεν Ἀλευαδῶν τε τοὺς πρώτους (ὧν ὁ σὸς ἐραστής ἐστιν Ἀρίστιππος) καὶ τῶν ἄλλων Θετταλῶν. Has easdem ſcholas Gorgiae reſpiciebat noſter ſupra 3, 1, 9. Gorgiam una cum Polycrate Athenienſi ſophiſta, audivit etiam Iaſon Pheraeus, teſte Pauſania 6, 17, 5. et Iſocrates adoleſcens ſenem Gorgiam in Theſſalia audiviſſe dicitur a Cicerone Oratoris c. 52. Seditionem contra

Aleuadas Lariſſae ortam obiter narrat Xenophon Anab. I, 1, 10. ubi Ariſtippus Lariſſaeus, Aleuadarum unus, auxilia a Cyro accipit πιεζόμενος ὑπὸ τῶν οἴκοι ἀντιστασιωτῶν. ad quem locum vide annotata. Eandem obiter ſignificat Thucydides 2, 22. ubi auxilia Lariſſaeorum Athenienſibus miſſa Olympiadis 87, anno 2, duxiſſe dicuntur Polymedes et Ariſtonous ἀπὸ τῆς στάσεως ἑκάτερος. Pharſaliorum auxilia ſolus ducebat Menon. Aleuadarum potentiam inprimis labeſactavit Lycophron Pheraeus, narrante Xenophonte Hellenic I, 5, 3. Medii, Lariſſaeorum principis, bellum cum Lycophrone geſtum narrat Diodorus 14, 82. Plura vide in annotatione ad Xenophontis locum p. 87. Aleuadas plane evertit Philippus, rex Macedoniae, de quo ita refert Harpocratio ſub voce Τετραρχία: Ὅτι δὲ Φίλιππος καθ᾽ ἑκάστην τούτων τῶν μοιρῶν ἄρχοντας κατέστησε, δεδηλώκασιν ἄλλοι τε καὶ Θεόπομπος ἐν τῇ τεσσαρακόστῃ τετάρτῃ Idem teſtatur locus Demoſthenis, quem interpretatur Harpocration, Philippica 9. uti recte numerat idem: καὶ τετραδαρχίας κατέστησε παρ᾽ αὐτοῖς, ἵνα μὴ μόνον κατὰ πόλεις ἀλλὰ καὶ κατὰ ἔθνη δουλεύωσι. Athenaeus libri 6, p. 249. ex eodem Theopompi Chii libro poſuit locum hunc: Θρασυδαῖον τὸν Θεσσαλὸν καταστῆσαι (Φίλιππόν φησι) τῶν ὁμοεθνῶν τύραννον, μικρὸν μὲν ὄντα τὴν γνώμην, κόλακα δὲ μέγιστον. Ulpianus ad Olynthiacam Demoſthenis p. 8. et ad 2, p. 14, ita: Ἀλεύας ἀπόγονός τις τοῦ Ἡρακλέους Θετταλὸς ἐτυράννησε Θετταλῶν, εἶτα καὶ οἱ τούτου παῖδες, μὴ φέροντες οὖν τὴν τυραννίδα οἱ Θετταλοὶ, καὶ ἀποροῦντες, τί δεῖ ποιεῖν, μετεπέμψαντο εἰς συμμαχίαν τὸν Φίλιππον· εἶτα ἐλθὼν ἐκεῖνος ἐξέβαλε τοὺς Ἀλευάδας ἐκ τῆς τυραννίδος. Pauca de Theſſalia a Philippo occupata habet Juſtinus 7, 6. Demoſthenes ipſe in Oratione pro Cteſiphonte ita: μέχρι τούτου ὠνομάζετο φίλος Φιλίππου Εὔδικος καὶ Σίμος οἱ Λαρισσαῖοι, ἕως Θετταλίαν ὑπὸ Φιλίππῳ ἐποίησαν. Idem in oratione contra Neaeram Θετταλὸν altero loco Lariſſaeum vocat, ubi Σιμὸς ſcribitur. De Eudico Harpocratio εἷς ἐστιν οὗτος τῶν κατασταθέντων ὑπὸ Φιλίππου κυρίων Θετταλίας ἁπάσης. Idem in voce Σιμὸς ait εἷς τῶν Ἀλευαδῶν οὗτός ἐστι τῶν δοκούντων συμπράξαι τῷ Μακεδόνι. Ulpianum in errore verſari putabat Weſſelingius ad Diodorum 16, 14.

p. 92. qua de re quo rectius judicare possint lectores, paulo altius historia Aleuadarum repetenda est e scriptoribus graecis, qui cum Aleuadarum mentionem saepius quam Scopadarum fecerint, facile inde colligimus veram esse Aristotelis narrationem de Pharsalica Scopadarum oligarchia temperatiore et firmiore.

Diodorus 15, 61. sub Olympiade 102, 4. de Alexandro Pheraeo tyranno narrat, Aleuadas Larissaeos, (τῶν Λαρισσαίων τινες, οἱ δι' εὐγένειαν 'Αλευάδαι προσαγορευόμενοι) vim Alexandri timentes abiisse in Macedoniam ad Alexandrum regem ejusque auxilium petiisse contra Alexandrum Pheraeum. Ille vero Macedo potitus Larissa et Cranone ipse retinuit in sua potestate. Iidem Alexandri successoribus Lycophroni et Tisiphono, tyrannis Pheraeorum, resistentes advocant Philippum Macedoniae regem, qui tyrannos bello vicit civitatibusque Thessalorum libertatem reddidit; quo facto magnum inter eos nomen nactus Thessalos postea omnium expeditionum socios habuit. Ita Diodorus 16, 14. ubi est: οἱ δ' 'Αλευάδαι καλούμενοι παρὰ τοῖς Θετταλοῖς, δι' εὐγένειαν δὲ ἀξίωμα ἔχοντες περιβόητον, ἀντέπραττον τοῖς τυράννοις. Cum Lycophrone tyranno Pheraeorum, Graecorum foedere Corinthio junctorum auxilio implorato, bellum gessit Μήδιος ὁ τῆς Λαρίσσης δυναστεύων, et Pharsalum Lacedaemoniorum praesidio occupatam expugnavit, civesque vendidit Olympiadis 96 anno 2. Sed antea etiam Hellanocrates Larissaeus patria ejectus Archelai Macedoniae regis auxilium imploraverat, quem spe frustratus una cum aliis occidit, narrante Aristotele Polit. 5, 8, 12. De Philippi regis machinationibus contra Aleuadas haec narrat Polyaenus 4, 2, 11. ἀφικόμενος εἰς Λάρισσαν, ἵνα τοὺς τῶν 'Αλευαδῶν ἐξοικίας καθέλῃ, νοσεῖν ὑπεκρίνατο, ὅπως εἰσιόντας αὐτοὺς ὡς ἐπισκεψομένους συλλάβοι. Βοΐσκος ἐξήγγειλε τοῖς 'Αλευάδαις τὴν ἐπίθεσιν, καὶ διὰ τοῦτο τέλος οὐκ ἔσχεν ἡ πρᾶξις. ubi Masuicius e Codice Cantabrig. τοὺς τῶν 'Αλευαδῶν ἐξ οἰκίας καθέλοι scribi voluit. Sed nec ita locus persanatus est, nisi λοιποὺς addas: Boiscus videtur esse idem, quem pugilem Thessalum vocat Xenophon Anab. 5, 8, 23. Alio loco Polyaenus 4, 2, 19. narrat factiones Thessalorum duas, quarum se-

des Pharsalus et Larissa fuit, in quibus oppidis familia Scopadarum et Aleuadarum opibus et potentia floruit. Inter has factiones reliqua Thessalorum oppida divisa invicem pugnabant; Philippus autem dum utrique factioni auxilium, quod petierant, ferebat, tandem utramque oppressit et Thessaliam omnem occupavit. Haec ita narrat Polyaenus: Πελινναίων πολεμούντων Φαρσαλίοις καὶ Φεραίων Λαρισσαίοις, τῶν δὲ ἄλλων ἐς τούτους διῃρημένων, ἀεὶ προσεβοήθει τοῖς καλοῦσι, νικῶν τε οὐκ ἀναστάτους ἐποίει τοὺς ἡττωμένους, ὅπλα οὐ παρῃρεῖτο, τείχη οὐ κατέβαλλε, τὰς στάσεις ἔτρεφε μᾶλλον ἢ ἔλυεν, τῶν ἀσθενεστέρων ἐπεμελεῖτο, τοὺς δυνατωτέρους καθῄρει, τοῖς δήμοις φίλος ἦν, τοὺς δημαγωγοὺς ἐθεράπευεν· τούτοις τοῖς στρατηγήμασι Φίλιππος ἐκράτησε τῆς Θεσσαλίας, οὐ τοῖς ὅπλοις. His artibus totius Thessaliae potitus Philippus Aleuadarum potentiam fregit quidem, sed quosdam ex eorum numero idoneos tetradarchiis a se instistitutis praefecit, uti Demosthenis et Harpocrationis testimoniis constat. Itaque apparet Ulpiani narrationem non usquequaque veram esse.

De Larissaeorum oligarchia Aristoteles supra sect. 5. obiter memoravit πολιτοφύλακας a plebe legi solitos, eosque ideo plebis assentatores factos. Superest nunc locus ipse ille, ad quem illustrandum haec praemisimus, in quo nomen Σάμος dubitationem habet. Graecum nomen fuisse, testatur poeta Σάμος Philippo recentiori Macedoniae regi familiaris, ab eodemque deinde occisus, apud Polybium 5, 9, 4. et 24, 8, 9. quem tamen Plutarchus, de discrimine adulatoris p. 172. Hutt. Σάμιον vocat. Et Samii poetae ejusdem epigrammata extant in Analectis Brunckianis I, p. 485. quae vulgo Σιμμίου dicebantur. In Anthologia Planudea p. 517. Simmiae carmen inscribebatur ante Σαμμίου. Meleagri Praefatio nominat versu 14. καὶ Σαμίου δάφνης κλῶνα μελαμπέταλον. Itaque nomen poetae epigrammatici verum potius Σάμιος esse videtur: adeoque nihil praesidii inde loco et nomini Aristotelico parari potest. Sed bene succurrit locus Scholii ad Theocriti Idyllii 16, versum 34. ubi Aleuadae memorantur. Ibi enim est: Τὰ δὲ περὶ Ἀλεύαν τὸν Σιμμίου πάντα ἀγείλεκτο Εὐφορίων. Videtur igi-

tur in nomine hujus Aleuae ἀπογόνȣ eadem ſcripturae varietas libros occupaſſe, quae in nomine poetae. Ceterum num Scholiaſtae Simmias et Ariſtotelicus Samus vel Samius unus idemque an diverſus ſit, non magis explicare poſſum, quam tempus, quo vixerit. Aliam de Simo, Aleuadarum uno, locus Demoſthenicus antea poſitus, ſuſpicionem ſuggerit, cujus nomen facile potuit in Σάμος mutari. Haec eadem conjectura in mentem venit Schloſſero. E loco Scholiaſtae Theocritei Valeſius ad Sozomenum conjecturam duxerat in Plutarcho Aleuam dici τὸν πυῤῥὸν, rufum, non τὸν Πύῤῥȣ Pyrrhi filium. Sed locus ipſe eam refutare videtur, cum ſimul mater Archedice nominetur. Praeterea ſcripturam τὸν φάσκω τὸν Πυῤῥὸν unde Valeſius duxerit, neſcio, diverſam a vulgari. Facilis erat de tota hac re disputatio, ſi extaret hodie liber Euphorionis περὶ Ἀλευαδῶν quem laudavit Clemens Alexandrinus Stromatum I, p. 389. ubi edebatur περὶ Ἀλιάδων. Correxit vitium H. Valeſius ad Harpocrationem ſub voce Τετραρχία, et ſimul Suidae locum, ubi eſt Ἔφορος Κυμαῖος, ἱστορικὸς, ὁ νεώτερος, ἔγραψε τὰς Γαλιηνȣ̃ ἱστορίας ἐν βιβλίοις κζ. Κορινθιακὰ, περὶ τῶν Ἀλευαδῶν. Vulgarem ſcripturam Γαληνȣ̃ transtulit Eudociae Violetum; errorem e Raphaelis Volaterrani admonitione corrigi juſſit Kuſterus, nulla Valeſii mentione facta, qui de familia Aleuadarum disputavit in annotatione ad Harpocrationem p. 185. ed. Gronov. et ad Sozomeni Prologum p. 75. De eadem etiam Valckenaer ad Herodotum 7, 6. Pauca Ruhnken. ad Timaei gloſſam p. 22. Ἀλευάδαι, οἱ ἐν Λαρίσσῃ τῆς Θετταλίας εὐγενέστατοι, ἀπὸ Ἀλεύȣ βασιλέως τὸ γένος ἔχοντες.

Ad V, 7, 6. εὐπορίας δὲ νομίσματος γιγνομένης] Sepulveda in Codicibus emendatis vocabulum νομίσματος rectius deeſſe cenſuit, quoniam ſupra c. 5, ſect. 11. de eadem re ſit ſcriptum εὐετηρίας γιγνομένης δι' εἰρήνην ἢ δι' ἄλλην τινὰ εὐτυχίαν. Vertit igitur *ſed ubertate ſuccedente.* Contra recte monuit Victorius νομίσματος bene habere, nec tollendum eſſe, quoniam ubertas ſola non ſufficiat ad pretia rerum et copiam pecuniae augendam, ex quibus tamen cenſus aeſtimari ſolet et debet.

Ibidem sect. 8. Καὶ τὸ εὐημερῶν δὲ τῆς πόλεως ἀνὰ μέρος φυλάττεσθαι. Vetus Interpres: *et quod jocundum autem civitatis sigillatim observare — firmare actiones et principatus.* Aretinus *et si quid exsultet elatumque sit in civitate per partes observare.* Victorius: *partem civitatis, cujus sunt res valde secundae, nunc hanc nunc illam, cavere:* Recte Victorius monuit ἀνὰ μέρος esse *mutatis vicibus;* itaque non sunt haec verba copulanda cum verbo φυλάττεσθαι, sed cum participio εὐημερῶν. Pessime Sepulveda vertit: *Ab iis quoque per partes cavendum est eisdem de causis, qui vitam in urbe per otium et voluptatem transigunt.* Ceterum suspicio incidit, pro ἀνὰ μέρος scriptum olim fuisse αἰεὶ μέρος, ut haec verba participio εὐημερῶν attribuantur.

Ibidem sect. 17. περὶ τὰς [ἄλλας] πολιτείας. Sepulveda recte vertit: *sic in rebuspublicis omnibus accidit.*

Ibidem sect. 18. φθείροντες τοῖς καθ' ὑπεροχὴν νόμοις. Hanc scripturam Sepulveda etiam e Codicibus emendatis vertit: *ergo qui evertunt legibus modum excedentibus, ii respublicas evertunt:* interpretatus: *qui evertunt vel tollunt divites aut populum legibus — hi rempublicam evertunt, popularem divitibus sublatis, paucorum potentiam, sublato populo.*

Ad V, 8, 6. Βούλεται δὲ ὁ βασιλεὺς εἶναι φύλαξ. Lambinus hic ut saepe alibi verbum βούλεται vertit *videtur:* alibi *solet.* Is usum verbi Aristotelicum explicuit egregie ad Nicomachea 5, 2, p. 122. ed. Zuingeri.

Ibidem sect. 7. καὶ τὸ ἐκ τοῦ ἄστεος ἀπελαύνειν] Sepulveda vertit *urbis munitiore loco summovere:* falsus, ut mihi videtur, versione antiqua. In annotatione interpretatur munitiorem urbis locum, quo ipsi tyranni cum externo praesidio continentur. De Periandro, Corinthiorum tyranno, narrat Heraclides in Excerpto: Περίανδρος δὲ πρῶτος μετέστησε τὴν ἀρχὴν, δορυφόρους ἔχων, καὶ οὐκ ἐπιτρέπων ἐν ἄστει ζῆν. Idem de tyranno Cephalleniorum, Promnesi filio, haec: ἱερτὰς πλέον δυοῖν οὐκ ἐπέτρεπεν, οὐδ' ἐν πόλει διαιτᾶσθαι πλέον ἡμερῶν δέκα τοῦ μηνός.

Ad V, 8, 11. πρὸς Σίῤῥαν καὶ Ἀῤῥάβαιον. Thucydides 4, 79. narrat inimicitias Perdiccae Macedonum regis, Alexandri

Philellenis filii, cum rege Lyncestarum, quem Ἀῤῥιβαῖον vocat iterum c. 83. Bellum cum rege Lyncestarum a Perdicca et Brasida Lacone gestum narrat c. 124. Libri scripti nomen non variant, nisi quod Ἀῤῥαβαῖον habent. Narratio pertinet ad Olympiadis 89, annum 1. Idem I, 57. narrat Perdiccae inimicitias cum fratre Philippo et Derda; ubi Scholiastes Derdam vocat Aridaei filium, ἀνεψιὸν vero Perdiccae et Philippi. Cum Philippo et Derdae fratribus Athenienses fecisse dicuntur c. 59. Derdam Macedonem ab Olynthiis captum memorat Theopompus Athenaei 10, p. 436. Derdae, nescio an ejusdem, sororem Philam, Philippo postremo, Alexandri magni patri, nuptam, Satyrus Athenaei 13, p. 557. Perdiccae hujus filius Archelaus fuit, nonus Macedoniae rex ex ratione Herodoti et Thucydidis. Philippi filius fuit Amyntas, docente Wesselingio ad Diodori 12, 50. qui videtur is esse, de quo Aristoteles. De cognomine τῦ μικρῦ f. 10. aliunde non constat. Sed parvus cognomine diversus videtur esse ab eo, qui simpliciter Ἀμύντας hac sectione, et filius Archelai dicitur.

Ad V, 9, 3. ποταγωγίδαι καλύμενοι. Vulgatum αἱ ποταγωγίδες καλύμεναι Sepulveda etiam, ut Budaeus, Plutarchi in Dione auctoritate aliorumque scriptorum confisus mutari jussit in sexum masculum.

Ad VI, 1, 2. Verba τὰ δὲ περὶ τὰ δικαστήρια ἀριστοκρατικῶς ἢ τὸ μὲν περὶ τὸ βυλευόμενον e Codicibus emendatioribus addita vertit Sepulveda.

Ad VI, 1, 11. κυρίυς εἶναι τῶν αἱρέσεων καὶ τῶν δικαστηρίων; vulgatum διαιρεσίων Sepulveda ad consultandi intelligentiam vertendo retulit, et annotavit διαιρεῖν saepius ab Aristotele usurpari pro disserere et disceptare, διαίρεσιν autem pro disputatione seu disceptatione; hic autem esse pro deliberatione seu consultatione. Nam consultationem esse disputationem ac disceptationem quandam.

Ad VI, 2, 6. τῷ τῶν Ἀφυταίων νόμῳ. Rationem Aphytaeorum ab Aristotele obscure memoratam ita Sepulveda explicare conatus est. *Sic habent*, inquit, *agros distributos, ut omnes habeant aequas partes, exempli gratia septena jugera.*

Itaque si qui fundus quadraginta duobus jugeris constet, is non ab uno aliquo, sed a sex civibus possidetur, quo fit, ut pauperes, quemadmodum multitudine, sic etiam censibus vincant divites, qui pauci sunt. Non igitur censent totam possessionem in unius scilicet civis patrimonio, sed partem in quoque. Itaque quod pertinet ad agros omnes, habent paria patrimonia, quamvis pecuniis et supellectile divites excedant.

Ad VI, 2, 11. καὶ περὶ Κυρήνην οἱ τὸν δῆμον καθιστάντες. Heraclides in Fragmento reipublicae Cyrenaeorum: Δημοκρατίας δὲ γινομένης Βῆττος (Βάττος) εἰς Ἑσπερίδας ἐλθὼν ἀπέθανε, καὶ τὴν κεφαλὴν αὐτῦ λαβόντες κατεπόντισαν. Battus is fuit ultimus Cyrenaeorum rex; eum Battus cognomine pulcher antecessit, numero septimus; hunc in imperio Arcesilaus postremus secutus est. De hac democratia loqui videtur Aristoteles, de priore aliqua Herodoti locus in annotatione memoratus.

Ad VI, 5, 4. τὰ μὲν ἀπὸ τῶν προσόδων γινόμενα — ἀθρόα χρὴ διανέμειν τοῖς ἀπόροις. Vetus Interpres vertit *quae quidem a reditibus fiunt:* Aretinus *quae ex reditibus proveniunt:* Sepulveda *pecunias ex vectigalibus congerere:* Victorius *quae a vectigalibus proveniunt.* Ramus *omnes publicorum vectigalium fructus:* Giphanius *quae ex vectigalibus redeunt:* Lambinus *quae ex vectigalibus efficiuntur:* Heinsius *Quare diligenter tum habendi tum et conservandi reditus sunt publici, vel ideireo, ut in plebem nempe ac praecipue egenos, ubi opus sit, cum cura et in solidum distribuantur.* Vides vitiosam scripturam omnes reddidisse, quam damnat ipsa sententia, initio sectionis hujus posita, cui consilium hoc opposuit Philosophus: τὰ γὰρ περιόντα νέμουσι: *quae sumtibus necessariis supersunt, dividunt plebi demagogi.* Igitur περιόντα scriptum fuisse ab Aristotele non dubito, idque in versione secutus sum.

Ibidem ἀφειμένους τῶν ματαίων λειτουργιῶν. Aldinae ἐφειμένους, ab Aretino redditum, Sepulveda e veteri exemplari mutari jussit in ἀφειμένους, quod item conjecit Camerarius.

Ad VI, 5, 10. Καλοῦσι δὲ τούτους οἱ μὲν εὐθύνας, οἱ δὲ λογιστάς, οἱ δ' ἐξεταστάς, οἱ δὲ συνηγόρους. Primo loco corrige vitium et scribe εὐθύνους. De Logistis et Euthynis in republica

Athenienfium fatis bene disputavit Petitus Leg. Attic. p. 306 — 312. unde conftat de discrimine quod fuit inter utriusque magiftratus munera. Apud Logiftas nempe in Logifterio confidentes magiftratus omnes, legati et quicunque partem aliquam reipublicae adminiftraverant, rationes referre et deponere cogebantur. Hi reos male geftae reipublicae denunciabant, εὔθυνοι vero, numero Logiftis pares, fuffragio, non forte electi, de crimine eorum partim judices fedebant. Hinc in lege de magiftratu ὑπευθύνῳ non coronando apud Aefchinem junguntur πρὶν ἂν λόγους καὶ εὐθύνας δῷ. Quos vero Ariftoteles in Republica Athenienfium a Logiftis diverfos effe demonftraverat, auctore Harpocratione, eosdem hic nomine tantum, videlicet in diverfis urbibus et rebuspublicis, diftinguere videtur. Petiti Collectaneis addo locum Ariftophanis Vefparum verfu 560. feqq. ubi judicii εὐθύνης exemplum comice exhibetur, reus autem rogat judicem τῆς εὐθύνης ἀπολῦσαι. Logiftas obiter memorare videtur idem Comicus Avium verfu 318. Ἄνδρε γὰρ λεπτὼ λογιστὰ δεῦρ' ἀφῖχθον ὡς ἐμὲ. ubi Edd. vett. λεπτολογιστὰ dabant, Codd. λεπτοσοφιστὰ quidam dant, quod cum Dawefio in λεπτὼ σοφιστὰ mutandum fuit. Λογιστὰ enim huic loco non conveniunt. De nomine εὔθυνοι fupereft dubitatio propter locum Harpocrationis qui Εὔθυναι, inquit, Λυσίας ἐν τῷ κατὰ Νικίου, εἰ γνήσιος, εὐθύνης, ὄνομα ἀρχῆς. quam fcripturam Gronovius inepte defendebat ex altero loco in Λογισταὶ, ubi eft ὅτι διαφέρουσι τῶν εὐθυνῶν. ubi cum Aldina Codex Medic. εὐθυνῶν habet. Multo ineptius verfum Eupolidis Ἄνδρες λογισταὶ τῶν ὑπευθύνων χορῶν, ex Mediceo libro interpolare conatur ita τῶν ἐπ' εὐθυνῶν χωρῶν, vertens *Logiftae regionum vel dignitatum*, *quae funt fub Euthynis*. Nullum cum aliud patrocinium formae illi εὔθυναι parari poffit, maneat illud, veram unice effe εὔθυνοι. Tertium nomen ἐξετασταὶ nusquam hoc quidem fenfu memoratum reperi. Aefchinei enim ἐξετασταὶ τῶν ξένων plane diverfi funt generis. Quarti συνήγοροι in Scholio ad Ariftophanis Vefparum verfum 690. ubi Chaereae filius judicium convocat, praefinita die et hora Αὐτὸς δὲ φέρει τὸ συνηγορικὸν, δραχμὴν, κἂν ὕστερος ἔλθῃ, ita defcribuntur: ἐλάμβανον γὰρ οἱ ῥήτο-

ρεις δραχμὴν, ὅτε συνηγόρει ὑπὲρ τῆς πόλεως ἢ ὑπὲρ ἄλλε τινός· ἐκ τέτε δὲ φαίνεται ὅτι μισθοφόρος ἦν ἡ ἀρχή· κληρωτὸς δὲ γενομένης δίκα συνηγόρες Ἀριστοτέλης φησί. Scilicet in Republica Atheniensium. Nimis jejune Harpocration ἐοίκασι παρὰ Ἀθηναίοις τινὲς χειροτονεῖσθαι συνήγοροι ἐπὶ τῷ συναγορεύειν. quae eadem repetiit Suidas. Esse, qui proprie ῥήτορες vocabantur, decem numero, statuit Petitus p. 345. qui multa de eorum δοκιμασίᾳ posuit, nihil de officio annotavit. Legum custodiam iis fuisse mandatam arguit locus Demosthenicus contra Timocratem initio ᾔδει γὰρ ὁ νομοθέτης ὅτι τὰς ἄλλας ἃς γέγραφεν αὐτῶν (τῶν νόμων) φυλακὰς ἔστι πολλαχῶ διακρέσασθαι, τὰς συνηγόρες, ἃς χειροτονεῖτε, δύναιτ' ἂν πεῖσαί τις σιωπᾶν. Est postea: τίς ἦν μόνη φυλακὴ καὶ δικαία καὶ βέβαιος τῶν νόμων; ὑμεῖς οἱ πολλοί. (nempe δικασταί.) Judicibus affuisse in judicio apparet e loco Aristophanis Equitum versu 1358. Ἐάν τις εἴπῃ βωμολόχος ξυνήγορος· Οὐκ ἔστιν ὑμῖν τοῖς δικασταῖς ἄλφιτα, Εἰ μὴ καταγνώσεσθε ταύτην τὴν δίκην, Τοῦτον τί δράσεις, εἰπὲ, τὸν ξυνήγορον. Idem significat locus in Acharnensibus versu 705. ubi senes in judiciis populi vexati a ξυνηγόρῳ τῷ λάλῳ, Cephisodemo, queruntur. Omnium autem manifestissimus est locus primus, in Vespis, versu 692. post versum supra allatum de mercede συνηγόρε, drachma diurna, ille, convocata judicio, Καὶ κοινωνῶν τῶν ἀρχόντων ἑτέρῳ τινὶ τῶν μεθ' ἑαυτῶ, Ἤν τις τὶ διδῷ τῶν φευγόντων, ξυνθέντε τὸ πρᾶγμα δύ' ὄντε, Ἐσπεδάκατον· κᾆθ', ὡς πρίων, ὁ μὲν ἕλκει, ὁ δ' ἀντενέδωκε· Σὺ δὲ χασκάζεις τὸν Κωλακρέτην· τὸ δὲ πραττόμενόν σε λέληθε. Quae conveniunt cum sententia loci Demosthenici; unde simul apparet συνηγόρων munus fuisse judiciis publicis assidere, ibique custodiam legum agere. Atque hi συνήγοροι quanquam Aristotelicis admodum similes videri possint, tamen non ausim pronunciare eosdem, nisi verba Philosophi οἱ μὲν — οἱ δὲ malis interpretari *partim* — *partim*, quod an fieri possit recte per leges Grammaticae, dubito. Plura de συνηγόροις nunc non habeo, quae dicam: et dum comparo *Heynii* disputationem de judiciorum publicorum ratione et ordine apud Romanos et Graecos in Vol. IV. Opusculorum academicorum, mentionem συνηγόρων ibi plane nullam factam video.

Ad VII, 5, 4. κἂν ἄλλος τις ᾖ κρείττων κατ' ἀρετὴν καὶ κατὰ δύναμιν τὴν πρακτικὴν τῶν ἀρίστων, τούτῳ καλὸν — δίκαιον. Vetus interpres, Camerarius et Sepulveda vocabulum ἀρίστων cum priore κρείττων recte conjungunt, ceteri interpretes omnes male cum verbo πρακτικὸς copularunt. Giphanius tamen dubitasse videtur: quaerit enim in annotatione, quid Philosophus vocet δύναμιν πρακτικήν. Videtur tamen illi intelligere aut prudentiam, sive usum ac peritiam in rebus civilibus, aut naturae bonitatem sive facilitatem et proclivitatem ad res gerendas.

Ibidem 3, 5. μάλιστα δὲ καὶ πράττειν λέγομεν καὶ κυρίους τῶν ἐξωτερικῶν πράξεων τοὺς ταῖς διανοίαις ἀρχιτέκτονας. Miror unde duxerint scripturam quam vertendo reddiderunt Camerarius, Sepulveda et Ramus: λέγομεν καὶ κυρίως τοὺς τῶν ἐξωτερικῶν πράξεων ταῖς δ. ἀρχ. Camerarius ita: *Jam eos potissimum, cum proprie loquimur, agere aliquid perhibemus, qui in communibus actionibus principes sunt artificii considerando, qui architecti vocantur.* Sepulveda vero: *Sed et eos maxime proprieque agere dicimus, qui cogitationibus sunt actionum externarum architecti.* Ramus denique: *Imo vero proprie eos agere dicimus, qui mente atque animo principes atque architecti externorum sunt operum.* Quae scriptura et sententia mihi ab hoc loco plane aliena esse videtur. Ut enim architectus agere potissimum dicitur, cum operis praecipit, quid agendum sit, et consilio cum toti operi perficiendo, tum singularum operarum laboribus praeest, quo ipso facto ipse et πράττειν et πράξεων τῶν ἐξωτερικῶν κύριος εἶναι recte dicitur, ita qui meditationibus et cogitationibus animi vacant in republica ita, ut aliorum civium actionibus incitandis et regendis consilio et prudentia sua praesint, agere et κύριοι τῶν ἐξωτερικῶν πράξεων, et denique ταῖς διανοίαις ἀρχιτέκτονες recte dici possunt.

Ad VII, 5, 5. παρέχοντες σφᾶς αὐτοὺς ἀγορὰν] ἀγορὰν hic esse idem cum ἐμπορίῳ, docet locus aptissimus Thucydidis I, 13. de Corinthiis: αἰεὶ δή ποτε ἐμπόριον εἶχον, cum Graeci terra potius quam mari per illorum agrum commercia inter se exercerent; postquam vero Graeci, mari pacato, navi-

gationem frequentarunt, ἐμπόριον παρέχοντες ἀμφότεροι δυνατὴν ἔσχον χρημάτων προσόδῳ τὴν πόλιν. ubi Codd. optimi ἀμφότερα habent, quod aut interpretari oportet dictum pro κατ' ἀμφότερα, ut in loco nostro superius est, aut, quod equidem malim, scribendum ἀμφοτέρα, intellecto ὁδῷ, ut dicitur ἑτέρα. Corinthii itaque dicuntur utraque via, et terra marique commeantibus Graecis emporium praebuisse urbem suam. Nam verba τὴν πόλιν copulari debent etiam cum verbo παρέχοντες.

Ad VII, 5, 7. πολλὰς γὰρ ἐκπληροῦσι τριήρεις — πόλιν ἑτέραν ἐμμελεστέραν. Sepulveda scripturam Aldinae ἐκπληροῦσι a Ramo servatam correxit, et deinde ἐνδεεστέραν praetulit et vertit ut antiquus Interpres, sine dubio Codicum fidem secutus.

Ad VII, 6, 3. οὐ γὰρ δὴ περὶ φίλων ἀπάγχειο. Sepulveda vertit: *nonne ab amicis cruciaris?* Camerarius *ne tu sane amicorum caussa suspende te.* Hic tamen apertissime a sensu verborum aberravit, cum modum imperativum ἀπάγχεο esse putaret, qui cum negatione οὐ conjungi non potest. Equidem non dubito σὺ γὰρ δὴ περὶ φίλων ἀπήγχεο scriptum fuisse, eamque conjecturam in versione repraesentavi.

Ad VII, 12, 13. τὸ μὲν γὰρ ἕτερον κακοῦ τινος αἵρεσίς ἐστιν· αἱ τοιαῦται δὲ πράξεις τοὐναντίον· κατασκευαὶ γὰρ ἀγαθῶν εἰσι καὶ γεννήσεις. Primus et solus Sepulveda verum loci sensum vidit. Vertit enim: *illud enim est malum tollere, hujusmodi vero actiones e diverso praeparationes bonorum effectionesque sunt.* Ad quae ita annotavit: αἵρεσις, *graece modo electionem significat, ut* προαίρεσις, *modo delectionem sive sublationem, ut* ἀφαίρεσις. *Itaque* αἵρεσις *vocabulum est ancipitis intelligentiae,* ut tollere *latine, — quo verbo ex industria usus sum, ut quemadmodum graece sic item latine flecti possit in utramque partem pro cujusque sententia: nam locus utrumque intellectum admittit. — vel tollere malum dixit pro sumere et eligere malum, quoniam ex duobus malis lenius seu minus est eligendum. — Cum igitur crimina et flagitia in urbe patrantur, aut injuriae singulorum perturbatioque civitatis permittenda est, aut poenis et animadversionibus delicta vindicanda; quod utrumque per se malum esse videtur, sed posterius minus malum, ac*

proinde eum necessitas urget eligendum: quia minus malum, ut est Ethicorum quinto, vicem habet boni. Vides, quam vim verbis inferre sit opus, ut extorqueas e vulgari scriptura sensum aliquem, minime tamen philosophiae Aristotelicae accommodatum. Res ipsa, tum etiam verba opposita κατασκευαὶ καὶ γεννήσεις, monstrant verum esse ἀναίρεσιν. Nusquam enim αἵρεσις legitur positum pro ἀφαίρεσις. Sepulvedam Ramus recte secutus est vertendo: *illic enim mali cujusdam est depulsio, hic contra boni comparatio et affectio.* Camerarius: *Alterum enim illud aliquid etiam mali assumit, cui hujusmodi actiones contrariam habent rationem.* Victorius in annotatione: *Sumimus enim malum molestiamque aliquam primo inde sentimus; id tamen facimus, ut depellamus a nobis malum.* Heinsius plane Sepulvedam est secutus.

Ad VII, 10, 5. ἀμπέλων συστάδας] Vide etiam dicta ad Columellam p. 170.

Ad VII, 12, 5. Διὸ κατ' εὐχὴν εὐχόμεθα τὴν τῆς πόλεως σύστασιν ἐξ ὧν ἡ τύχη κυρία. Reizii emendationem secutus jam olim Sepulveda vertit locum: *Itaque urbis ac civitatis ex his rebus, quae arbitrio fortunae gubernantur, constitutionem precibus optamus.*

Ibidem καὶ γὰρ εἰ μὴ πάντας ἐνδέχεται σπουδαίους εἶναι, καθ' ἕκαστον δὲ τῶν πολιτῶν, οὕτως αἱρετώτερον· ἀκολουθεῖ γὰρ τῷ καθ' ἕκαστον (ita enim scribendum est) καὶ τὸ πάντας. Lambini rationem, a Reizio probatam, reperi in annotatione Sepulvedae ad hanc suam loci versionem: *Nam si fieri posset, ut probi essent cives universi, non autem singuli, sic esset expetibilius: quoniam ut sint universi, sequitur ex eo quod singuli sunt.* Sepulveda igitur ad haec ita: *Ut sensus sit: si fieri posset, ut universa civitas esset proba, absque eo, ut quisque civis esset probus, expetibilius foret, ut tota civitas esset proba, atque proinde felix, quam ut singuli cives: quoniam bonum universale majus est et expetibilius privato. Tamen id fieri non potest, quoniam idcirco omnes simul, sive universa civitas est proba, quia unusquisque civis probus est, ut paulo antea dixerat.* In nostra et Camerarii ratione verba ἀκολουθεῖ γὰρ — τὸ πάντας ita sunt interpretanda: *Primum enim ordine est id,*

quod fieri potest, ut singuli aliqui cives sint probi; alterum id, quod difficulter aut potius nunquam obtineri potest, ut omnes sint probi. Quod si tamen fieri per naturam hominum non potest, praeferendum et optabilius est, ut singuli (quam plurimi) sint probi cives: neque enim aliter fieri potest, ut sint omnes cives probi, nisi singuli aliqui antea sint probi. Ex singulis enim fiunt paulatim plures, et tandem omnes cives probi.

Ad VII, 13, 20. *Ἐπεὶ δὲ μείζω τε ἀγαθὰ ἢ τὰ τοῦ πολέμου — φανερὸν ἐκ τούτων.* Camerarii et Reizii rationem jam antea Sepulveda iniit, qui verbis *ἢ τὰ τοῦ πολέμου* omissis locum vertit. *Cum autem haec sint majora bona, hinc palam fit, his frui quam virtutibus, praestare, et horum fruitionem esse propter se expetendam.*

Ibid. sect. 21. *καὶ διὰ τῶν ἐθῶν ὁμοίως ἦχθαι.* Sepulveda vertit *et per mores similiter duci.* Annotavit in graecis exemplaribus scripturam variare: in quibusdam enim *διὰ τῶν ἐθῶν ὁμοίων*, in aliis *δ. τ. ἐ. ὁμοίως*, in nonnullis *διὰ τῶν ὁμοίων*, omisso *ἐθῶν*, esse scriptum: mediam lectionem ut commodissimam se secutum esse; quam deinceps eodem plane modo ut Reizius interpretatur.

Ad VII, 14, 3. *δεῖ τὴν ἀρχὴν — εἰς τοὺς χρόνους καταβαίνειν τούτους.* Recte Aretinus *ad hunc finem concurrant:* Camerarius *convenire* vertit. Sepulveda *in haec tempora congruere*, et annotavit graecum verbum esse positum pro *συγκαταβαίνειν*. Male Victorius cum vetere Interprete *descendere*, Ramus *incidere* posuit.

Ibidem sect. 4. *ἀλλ᾽ οὐ πρὸς τὴν τῶν καρπῶν κομιδήν.* Fructuum et frugum perceptionem intempestivam atque immaturam oraculo significatam fuisse verbis ambiguis, ante Sylburgium monuit Sepulveda.

Ibidem sect. 5. *ἔτι τοῦ σώματος αὐξανομένου.* Sepulveda monuit in Codicibus emendatis vocabula *τοῦ σώματος* non legi addita, in aliis *τοῦ σπέρματος*, in nonnullis *τοῦ σώματος* legi. Ipse primam scripturam secutus vertit *inter augescendum*, id est, dum crescit adolescens.

Ibidem sect. 8. *ἕξις — οὔτε ἡ θεραπευτικὴ καὶ κακοπαθητικὴ λίαν.* Sepulveda *imbecillus ac nimis calamitatibus afflictus ha-*

bitus. Lambino partim rectius *valde laboriosus et morbis exercitus.* Scilicet est ἕξις ἡ τῶν θεραπευτῶν, quos in simili disputatione de causa odoris gravis sudorum nominavit Theophrastus in Fragmento de Sudoribus p. 455. ed. Heinsii: ἐπεὶ ὅτι γε τῇ καχεξίᾳ (intellige κακώδεις τοῖς ἱδρῶσι) πολλαχόθεν φανερὸν, ἔκ τε τῶν καμνόντων καὶ ἐκ τῶν ἀφροδισιαζόντων πλεῖω ἕξιν ἐχόντων ἤδη, καὶ τῶν θεραπευτῶν ἤδη ὅλως. quae Furlanus vertit: *nam quod et a malo habitu plerumque sudoris foetor proveniat, aegroti argumento sunt et qui rebus venereis dediti habitum exinde malum contraxerunt, et omnino, qui curari a gravi aliquo morbo nequeunt.* Grangerius autem in Editione Parisiensi anni 1576 *partim ex iis qui rebus venereis utuntur, quamvis habitiores sint, partim ut omnino dicam, ex ipsis etiam gymnasii ministris.* In annotatione aliam interpretationem nihilo meliorem proponit, ut aegrotorum ministri et curatores intelligantur. Lexicon Basileense a Roberto Constantino auctum θεραπευτικὴν ἕξιν interpretatur habitudinem corporis curatione indigentem. Scilicet est habitus corporis tener ac delicatus, qui cura assidua atque exquisita indiget, victuque accurato, ut officiis suis fungatur, nec morborum accessionibus vel levissimis succumbat.

Ad VII, 15, 8. ubi vetat imaginem vel picturam turpem alicubi extare εἰ μὴ παρά τισι θεοῖς τοιούτοις, οἷς καὶ τὸν τωθασμὸν ἀποδίδωσιν ὁ νόμος. Sepulveda vertit *quibus lex lasciviam attribuit:* in annotatione addit, *ut Priapo Deo et Baccho ac Veneri.* De Venere et Baccho dubito, eosque non magis hic respici puto, quam qui supra Cap. 14, §. 9. dicuntur θεοὶ οἱ εἰληχότες τὴν περὶ τῆς γενέσεως τιμήν. Plures Athenis praeter Priapum similes ei deos cultos fuisse verosimile est, quorum templa imagines, statuae et picturae turpes ornabant, quosque mariti adibant precibus et votis de sua liberorum et conjugum salute, τιμαλφεῖν ὑπὲρ αὐτῶν καὶ τέκνων καὶ γυναικῶν. In Alciphronis Epist. 3, 37. vidua Epiphyllis fanum Hermaphroditi adit εἰρεσιώνην ἐξ ἀνθῶν πλέξασα τῷ Ἀλωπεκῆθεν ἀναθήσουσα, i. e. corollam e floribus plexam in honorem mariti defuncti Phaedriae, Alopecensis suspensura. Hermaphroditos coronantem civem Atheniensem superstitio-

sum narrat Theophrastus Charact. 16, 3. Fuit praeterea Athenis daemon e genere Priapi cultus publice, Ὀρθάνης, cujus nomine inscriptam fabulam poeta Eubulus dederat, memorante Athenaeo 3, p. 420. Schw. Juxta hunc Plato comicus in fabula Phaone apud eundem 10, p. 118. nominat Κονίσαλον, Λόρδωνα, Κύβδασον et ἥρωα Κέλητα. Quorum nominum postrema tria a poeta ficta ridiculi causa fuisse suspicor, uti fuerunt ab Aristophane Equitum versu 674. Σκίταλοι, Φένακες, Βερέσχεθοι, Κόβαλοι et Μόθων. Praeter Aristophanem Lysistr. versu 982. Κονίσαλον cum Ὀρθάνῃ nominavit Strabo 13, p. 588. Ejusdem farinae daemon fuit Τριφάλης ab Aristophane fabula celebratus, unde fragmentum apud Scholiasten Platonicum Ruhnkenii p. 10. adde Brunckianis. A quo acceptum *Triphallum* Satyrae titulum indidit Varro.

Ad VIII, 2, 2. Ἔστι δὲ καὶ — προσεδρεύειν δὲ λίαν πρὸς τὸ ἐντελὲς, ἔνοχον ταῖς αὐταῖς βλάβαις. Sepulveda comparavit locum Ciceronis de Officiis 1, 6. ubi de cognitione veri tanquam primo quatuor locorum, e quibus honesti natura et vis ducitur, disputat. *Alterum est vitium, quod quidam nimis magnum studium multamque operam in res obscuras atque difficiles conferunt easdemque non necessarias. Quibus vitiis declinatis, quod in rebus honestis et cognitione dignis operae curaeque ponetur, id jure laudabitur: ut in astrologia C. Sulpicium audivimus, in geometria Sex. Pompejum ipsi cognovimus, multos in dialecticis, plures in jure civili. Quae omnes artes in veri investigatione versantur, cujus studio a rebus gerendis abduci contra officium est. Virtutis enim laus omnis in actione consistit.* Eadem ratione usus olim Socrates dicitur a Xenophonte, Memorabilium 4, 7, 3. ubi nimium geometriae, astronomiae et physices studium improbat; causam enim praecipuam hanc edit ἄλλων πολλῶν τε καὶ ὠφελίμων μαθημάτων ἀποκωλύειν. Scilicet et is omnem veri cognitionem et cogitationem ad vitam civilem et virtutem referendam esse merito censuit: quod facit etiam nunc Aristoteles, dum incommoda memorat e nimis assiduo scientiarum quarundum studio oriunda, quae cum artibus atque opificiis illiberalibus habent communia; impediunt enim virtutis exercita-

tionem, dum animi cogitationem in rebus a virtute alienis occupant ac distinent.

Ibidem ſ. 3. Αὕτη γὰρ ἀρχὴ πάντων — περὶ αὐτῆς. Sepulveda ita ad h. l. otium cunctis ponitur tanquam principium deliberationis in vita instituenda, quia cuncta ad otium referuntur tanquam ad finem. Itaque principium hoc in loco vocat finem, quoniam eadem res et finis dicitur et principium. Quem ſequitur cum Ramo Lambinus et Heinſius. Contra Victorius docere conatur αὕτη non eſſe ad σχολὴν, quae ſupra nominata non ſit, ſed ad φύσιν referendum. Nimis tamen ille urget pronominis genus foemineum αὕτη; hoc enim ſaepiuscule ad genus ſequentis nominis quam antecedentis referri ſolet. Verumtamen verba ἵνα καὶ πάλιν εἴπωμεν περὶ αὐτῆς faciunt, ut in ſententiam Victorii concedam.

Ad VIII, 4, 2. καὶ ταῖς ἀναγκοφαγίαις καταλαμβάνειν τὴν ἐχομένην ἡλικίαν. Sepulveda *certa ciborum neceſſitate proximam aetatem exercere.* Comparavit etiam locum Quintiliani 12, 10, 41. *athletarum corpora etiamſi validiora fiant exercitatione et lege quadam ciborum, non tamen eſſe naturalia, atque ab illa ſpecie, quae ſit conceſſa hominibus abhorrere.* Qui locus ſimul illuſtrat alterum noſtri ſupra c. 3, ſect. 3. ubi ait ἕξιν ἀθλητικὴν λαβᾶσθαι τὰ εἴδη τῶν σωμάτων.

Ibidem ſ. 4. Ἢ πρὸς διαγωγήν τι συμβάλλεται καὶ φρόνησιν; Sepulveda vertit *ad vitam liberalem atque prudentiam.* Ad quae ita annotavit: *Ad vitam beatam et contemplationem. Nam quod Ariſtoteles graece dicit διαγωγὴν, hoc interpres modo vitam liberalem, modo vitam beatam convertit. In hoc enim intellectu utitur eo vocabulo Ariſtoteles. Prudentiam autem hoc in loco impropria pro intelligentia et contemplatione poſuit. — Muſica igitur tunc ad vitam beatam et intelligentiam pertinere dicitur, cum intellectus in muſicae contemplatione, ut in quodam intelligibili et ſcientia quadam verſatur, ſonorum ſcilicet proportionem, discrimina, compoſitionem et concentuum efficientiam in humanis animis contemplando.* Hunc ſcilicet uſum muſica praebuit Pythagorae ejusque ſcholae. Cum fruſtra hucusque in ſignificatione vocabuli φρόνησις in-

daganda laboratum fuerit, alia via aggrediamur interpretationem loci, incipiendo a verbis istis καὶ γὰρ τοῦτο τρίτον θετέον τῶν εἰρημένων; quibus respicit antea dicta. Sed ubi dixerat eadem antea? In sequenti quidem Capite sect. 1. tria haec repetit: ἡ δὲ πρώτη ζήτησίς ἐστι, πότερον οὐ θετέον εἰς παιδείαν τὴν μουσικὴν ἢ θετέον; καὶ τί δύναται τῶν διαπορηθέντων τριῶν; πότερον παιδείαν ἢ παιδιὰν ἢ διαγωγήν; tandem in eo desinit, ut a sectione inde 4. quaerat εἴπῃ καὶ πρὸς τὸ ἦθος συντείνει καὶ πρὸς τὴν ψυχήν; id quod deinceps demonstrare conatur argumento hoc: ὅτι ποιοί τινες γιγνόμεθα τὰ ἤθη διὰ τῆς μουσικῆς. Quaeramus nunc locum in priore disputatione de musica, quem nunc respicit Philosophus. Nullus alius hodie extat nisi Capitis 2, sect. 2. ubi docere conatur musicam pertinere ad illas artes, quae disciplinam puerilem ingrediuntur atque adhibentur πρὸς τὴν ἐν τῇ διαγωγῇ σχολήν, minime vero quod sint necessariae ad vitam, aut quod voluptatem, aut commoditatem atque utilitatem ad vitae privatae varia munera, aut corporis habitum et usum, aut ad reliquam doctrinam rectius percipiendam habeant, sed propter se ipsas. Addit tum haec: Λείπεται τοίνυν πρὸς τὴν ἐν τῇ σχολῇ διαγωγήν. Tum utitur testimonio Homeri, qui inter vitae heroicae conviviorumque oblectamenta honesta commemoraverit acroamata musica cantoremque fidibus canentem. Ceterum Reizius recte vidit loci istius sensum verbis quibusdam ex oratione anteriore repetitis ita esse supplendum: Λείπεται τοίνυν τὴν μουσικὴν ὑπὸ τῶν πρότερον εἰς παιδείαν τετάχθαι πρὸς τὴν ἐν τῇ σχολῇ διαγωγὴν i. e. reliquum igitur est, ut statuamus musicam a veteribus ad puerilem institutionem fuisse adhibitam eo consilio, ut aliquando viri facti atque otium nacti haberent aliquam διαγωγήν, quod videtur vocabulum significare, *quo aliquid quo liberaliter atque honeste otium oblectarent.* Cum vero fructum voluptatis solum in usu musicae spectari negaverit, praetereaque necessarios vitae usus commoditatesque corporeas excluserit, relinqui ut omnis musicae usus isque honestus redeat ad animum, inprimis ad eam animi partem vel facultatem, quae quodammodo a musica affecta facit, ut σχολάζειν καλῶς, *honeste otiari,* et

et *χαίρειν ὀρθῶς*, *recte gaudere et laetari*, possimus, denique, ut *ποιοί τινες τὰ ἤθη εἶναι* id est *aliquo modo morati esse* videamur. Hanc animi facultatem in loco, de quo quaerimus, *φρόνησιν* appellat; in altero 8, 5, 1. *παιδείαν*. Apparet, Sepulvedam a vera vocabuli *φρόνησις* significatione longius recessisse, quam Reizium, qui *animi elationem* interpretabatur, comparato vocabulo *φρόνημα*. Nec potest admitti Victorii explicatio *scientiam* interpretantis. Videtur igitur *φρόνησις* significare eam animi partem, qua Graeci dicunt hominem *εὖ φρονεῖν*, *ἄλλο φρονεῖν*, *παραφρονεῖν*, *μέγα* et *μικρὸν* et *ταπεινὸν*, *μέτρια*, *ἴσα θεοῖς*, *ὑπὲρ ἄνθρωπον φρονεῖν*, *μηδὲν θνητὸν ἀλλὰ πάντα ἀθάνατα φρονεῖν*. Plures sunt ejusmodi phrases, quibus Graeci animi sensus vel affectiones varias significant.

Haec si vere conjeci (conjecturis enim tantum in hoc dicto interpretando locus relictus esse videtur) quid causae esse dicamus, cur separatim Aristoteles paulo antea haec posuerit: Ἢ *μᾶλλον οἰητέον πρὸς ἀρετήν τι τείνειν τὴν μουσικήν, ὡς δυναμένην* — *τὸ ἦθος ποιόν τι ποιεῖν, ἐθίζουσαν δύνασθαι χαίρειν ὀρθῶς*? Quem usum cum repetit sect. 6. ponit verba *εἰ δύναται τὰ ἤθη βελτίω ποιεῖν* — *ὀρθῶς τε χαίρειν δύνασθαι*. Utrum usum musicae *πρὸς ἀρετὴν* diversum voluit intelligi ab altero *πρὸς φρόνησιν*? Scilicet *ἀρετὴ*, virtus, omnis actione continetur, nec ad sola *ἤθη ποιὰ* spectat. Quare usus ejus ab otio alienus est, ubi actioni locus non est. Contra si *φρόνησις* est ea pars animi, qua certo quodam modo affecti atque animati sumus, omnino pertinent ad eam, et solam quidem, *τὰ ἤθη τὰ ποιά τινα*, *mores certi quidam*, atque hi possunt ad honestam otii oblectationem referri. Atque haec quidem *φρονήσεως* distinctio ab *ἀρετῇ* posset hoc in loco admitti, nisi ipse Philosophus infra c. 5, sect. 5. diceret: *ἐπεὶ δὲ συμβέβηκεν εἶναι τὴν μουσικὴν τῶν ἡδέων, τὴν δ' ἀρετὴν περὶ τὸ χαίρειν ὀρθῶς καὶ φιλεῖν καὶ μισεῖν, δεῖ δηλονότι μανθάνειν καὶ συνεθίζεσθαι* — *τὸ κρίνειν ὀρθῶς καὶ τὸ χαίρειν τοῖς ἐπιεικέσιν ἤθεσι*. Ita vero ipse impedit, quominus hic *ἀρετὴ* possit a *φρονήσει* separari in usu musicae ad puerilem educationem demonstrando. Supervenit ecce altera dubitatio, quid ita Aristoteles, postquam in loco nostro juxta *διαγωγὴν* commemo-

raverat τὴν φρόνησιν, de illa quidem rationes suas explicuerit, de hac vero velut oblitus, ne verbum quidem subdiderit? Cui dubitationi non possum alia ratione occurrere, nisi ut lectorem admoneam, similem esse Aristotelis tractationem quaestionis antecedentis: Ἢ μᾶλλον οἰητέον πρὸς ἀρετήν τι τείνειν τὴν μουσικήν. ubi lectorem media in dubitatione ambigentem destituit. Quae num fuerit Philosophi ipsius culpa, an potius librarii error, lacunam facientis, aliis dispiciendum relinquo.

Ad VIII, 5, 2. οὐχ ὅσον ἐπίπλεον ἀλλὰ καὶ διὰ τὴν ἡδονήν, Sepulveda vertit *non solum ob alia, sed etiam propter voluptatem.* Hinc Ramus *non solum ob alios majores fructus.* Equidem locum vitiosum esse censeo: medicinam nondum reperi.

Ibidem sect. 7. Οὐ μὴν ἀλλ᾽ ὅσον διαφέρει καὶ περὶ τὴν τούτων θεωρίαν, δεῖ μή. Sepulveda haec vertit: *Ceterum si quid in harum rerum contemplatione interest, adolescentes non Pasonis — intueri debent.* Lambinus: *Verumtamen quantacunque sit in harum rerum inspectione differentia.* Ramus: *Tametsi quod ad tabularum et signorum inspectionem attinet.* Heinsius: *Quod pictores — nos docent, quorum quoque opera nequaquam ratione eadem neque ex aequo oculos afficiunt. Ideoque, si quid illud quoque potest, longe magis* etcet.

Ibidem sect. 8. ὀδυρτικωτέρως καὶ συνεστηκότως μᾶλλον. Sepulvedam vertentem *ad fletum magis et moerorem*, imitatur Ramus: *ad luctum et moerorem.* Contra Victorium vertentem *luctuose et contracte magis* Lambinus sequitur: *aliquanto moestius et contractius.* Cum Roberto Constantino in Lexico Basileensi posui in versione *contracto animo.*

Ad I, 1, 11. καὶ πρότερον δὲ] Oblitus sum monere priores Editiones habere δή, quod a sententiarum serie alienum est.

C o r i g e n d a.

P. 9. Cap. 2. lin. 4. ſcribe οἰκία
— 12. ſect, 9. lin. 5. — ἐμψύχοις
— 20. lin. 1. ſcribe Οἱ μὲν ἂν etcet. In margine deeſt numerus ſectionis 5.
— 21. ſect. 10. lin. 2. ſcribe χρηματιστικὴν, δι᾽ ἣν
— 30. Cap. V. lineáe 9. in margine apponi debebat numerus ſectionis 2.
— 31. ſect. 3. lin. 4. ſcribe περὶ τὴν τῆς κτήσεως
— 42. ſ. 16. lin. 9. — κἀκεῖνος εἶναί φησι τῆς
— 45. ſect. 6. lin. 4. — ἕκαστος· ἀλλ᾽
— 58. lin. 10. — πλεονεκτεῖν
— 82. ſect. 9. lin. 9. — ἡσυχίας
— 95. ſect. 6. lin. 3. — ἀρχόμενος,
— 104. ſect. 7. lin. 1. — Ἔοικε
— 115. ſect. 2. lin. 7. — ὁτιοῦν
— 127. ſect. 4. lin. 4. — ὁποιαοῦν
— 141. ſect. 4. lin. 3. — ἄλλης οὐ καλῶς
— 147. l. penultima — πόλεσι, καὶ καλῶς
— 154. ſect. 7. lin. 6. — βαδίζοντας, διὰ δὲ
— 187. ſect. 9. lin. 5. — πρὸς τὴν ὀλιγαρχίαν
— 192. lin. 2. — Διὸ ὅσοι
— 203. ſ. 11. l. 14. — προσαγωγῆς
— 229. ſect. 7. lin. 7. — τυραννικόν·
— 230. lin. 11. — ἄλλων,
— 238. ſect. 5. lin. 4. — ἢ ὁποιασοῦν
— 240. Libri V. Cap. I. lin. 13. ad verba Ἔτι δὲ in margine apponatur numerus ſectionis 2.
— 258. ſect. 4. lin. 16. ſcribe μνήμονες,
— 260. ſect. 10. lin. 6. — εὐθύνας,
— 264. lin. antepenultimae apponi debet in margine numerus ſectionis 4.

P. 268. ſect. 5. lin. 4. ſcribe ὅπως διαπόζωσι
— 272. ſect. 4. lin. 2. — εἴπῃς
— 278. ſect. 3. lin. 5. — τὴν ἐννομίαν, καὶ
— 321. ſect. 5. lin. 5. — ἀνέντες τὰς παῖδας, καὶ
— 325. ſect. 3. lin. 9. — μὲν ὗν.

In verſione latina.

P. 348. ſect. 16. lin. 4. dele vocabulum *homo.*
— 368. ſect. 12. lin. 7. ſcribe *ſanguine*
— 375. ſect. 13. l. 12. — *divinum, ſed*
— 405. ſect. 5. lin. 2. — *dicendos*
— 407. ſect. 9. l. 15. — *fieri*
— 410. ſect. 5. lin. 9. poſt *Euripides* tolle punctum.
— 449. lin. penultima ſcribe *formae*
— 475. lin. 19. appone in margine ſectionis numerum 2.
— — lin. 34. — — — — — 3.

In Commentariis.

P. 79. lin. 27. ſcribe *Lambinus atque Heinſius:*
— 136. ad ſect. 7. lin. 7. ſcribe *quam tum*
— 168. ad ſect. 9. lin. 7. ante *Lambinus:* ſupple: Giphanius: *conſuetudinem ſpectantes:*
— 171. lin. 23. ſcribe *reipublicae.*
— 289. lin. 5. — ἄπασιν

Berolini typis G. Haynii.


LENOX LIBRARY
PRETIO
Bancroft
Purchase

